Incipiunt capitula primi libri phisicorum.

Primum capitulū declarat ꝙ licet in scientia naturali sicut ⁊ in ceteris sciētijs de se scire sit per causas tamen ex nobis notioribus ad notiora simpliciter in ipsa est pertractandum.

ij. enumerat dubitationes que sūt de principijs nature.

iij. declarat ꝙ naturalis nō est disputare contra negantes sua principia nec soluere per rationes sophisticas loquentium nō naturaliter de natura.

iiij. probat per ratioēs sumptas tā ex parte entis q̄ vnius ꝙ ens nō potest eē vnum tantum siue infinitum ut dicit mellisus siue finitū ut dicit permenides.

v. declarat ꝙ licet posteriores consentientes permenidi ⁊ melliso. conati fuerint auferre multitudinem ab ente ⁊c.

vj. continet solutionem mellisi ⁊ permenidis ostendens diuisim earum.

vij. improbat coniunctim opiniones mellisi ⁊ permenidis de vnitate entis excludens modum quorundam concedentium incōuenientia que ad dicta eorum sequuntur.

viij. recitat opiniones loquentium naturaliter de pncipijs nature maxime empedo. ⁊ anaxa. ⁊c.

ix. improbat opiniones anax. primo quo ad infinitatem. secundo quo ad hoc ꝙ ponit q̄dlibet esse i quolibet tertio ⁊c.

x. colligit ex dictis opinionibus ꝙ principia esse contraria.

xj. probat ꝙ principia entis non sunt vnum nec infinita sed rationabiliter videtur esse tria.

xij. premittit differentiā inter simplicem ⁊ compositam factionem.

xiij. declarat ꝙ licet tria sint principia entium scilicet subiectum ⁊ duo contraria ⁊c.

xiiij. ex his que supradicta sunt de principijs soluit defectuosas opiniōes removentium generationem ⁊ multitudinem ab entibus ostendēs ꝙ aliquid potest fieri ex aliquo per se vel per accidens ⁊ ex ente actu vel potentia.

xv. declarat ꝙ materia differt a priuatione ⁊ aliter ē principium entium vtrūqꝫ ipsorum.

Incipiunt capitula secundi libri.

Primum inuestigat diffinitionē nature oñs que sunt hñtia naturam ⁊c.

ij. declarat ꝙ natura dicitur de materia ⁊ de forma non est essendi ⁊ est de forma totius.

iij. ostendit differentiam phisici ⁊ methaphisici.

iiij. premisso ꝙ natura dicitur tam de materia q̄ de forma probat ꝙ ad phisicum pertinet consideratio de vtraqꝫ.

v. ostendit primo que ⁊ quot sūt cause secundo ꝙ contingit per se conuenire ad vnum effectum.

vj. declarat quot sunt modi causarū ⁊ effectuum.

vij. propositis his q̄ dicēda sunt d̄ fortuna ⁊ casu primo improbat opinionem dicentium nichil esse a fortuna.

viij. inuestigat quid est fortuna ⁊ casus ⁊ manifestat ꝙ sunt in his que fiunt propter finem.

ix. cōcludit ex dictis ꝙ fortuna est causa indeterminata ⁊ īmanifesta.

x. designat differentiā inter fortunā ⁊ casum.

xj ostendit ꝙ fortuna ⁊ casus reducūt ad genus cause efficientis.

xij. premisso ꝙ naturalis considerat quattuor causas ⁊ ex ipsis demonstrat adiungit ꝙ forma finis ⁊ efficiens coincidunt in idem.

xiij. primo presupponit ꝙ natura sit propter finē ⁊ ꝙ neccessarium aliq̄ modo est in ea.



xiiij. ostendit tam artem quam naturam agere propter finem.

xv. declarat quod in phisicis necessitas est ex suppositione.

Incipiunt capitula tertij libri.

Primum ostendit necessitatem determinandi de motu et de sequentibus ipsum.

ij. concludit quod motus diffinitive est actus entis in potentia.

iij. ostendit motum esse bene diffinitum.

iiij. primo manifestat quod omne movens phisice movetur. secundo concludit quod motus est rei mobilis.

v. premissa dubitatione vtrum actio et passio sint duo actus. secundo arguit quod non potest esse vnus. tertio soluit et ostendit quod sunt idem motus siue actus secundum rem differentes tamen secundum rationem.

vj. probat primo ex his circa que est scientia naturalis quod ad ipsam pertinet consideratio de infinito

vij. arguit quinque rationibus infinitum esse.

viij. primo distinguit quot modis dicitur infinitum. secundo probat et cetera.

ix. probat naturali ratione quod nec corpus compositum nec simplex potest esse infinitum.

x. probat quod corpus sensibile non potest esse infinitum.

xj. probat primo tripliciter quod non potest esse infinitum se ipsum fulciens et loco carens.

xij. ostendit quod est dare infinitum in potentia.

xiij. concludit ex diciens quod infinitum non est extra quod nichil est accipere.

xiiij. reddit rationem propter quam in magnitudine est infinitum ad diuisionem et non ad appositionem.

xv. reducit infinitum ad causam naturalem

Capitula quarti libri.

Primum ostendit quod ad naturalem pertinet considerare de loco et motu locali et probat ipsum esse aliquid ex transmutatione corporum.

ij. inuestigat disputatiue quid est locus.

iij. arguit quod locus est idem cum forma rei.

iiij. distinguit modos essendi in alio.

v. narrat quasdam proprietates loci ad inuestigandum diffinitionem ipsius.

vj. probat quod locus non est forma nec spacium nec medium nec materia sed terminus corporis continentis.

vij. quod in loco est extra quod est corpus continens ipsum probans ex hoc quod celum totum non est in loco licet eius vna pars contineatur ab alia.

viij. manifestat quod diffinitione loci soluuntur omnes dubitationes superius posita capitulo secundo contra naturam loci.

ix. ponit modum negantium esse vacuum et motiua affirmantium esse.

x. declarat primo quod vacuum non est locus priuatus corpore nec materia nec spatium medium inter latera corporis. secundo soluit predictas rationes ex quibus videbatur vacuum esse aliquid.

xj. probat sex rationibus quod non est vacuum separatum tanquam locus priuatus corpore ad quem vel in quo naturaliter corpora moueantur

xij. supponit quod vnus motus excedit alium in velocitate vel propter differentiam medij vel propter virtutem mobilis.

xiij. probat ex natura triplici ipsius vacui non esse spacium vacuum.

xiiij. recitat ea que faciunt dubium si vacuum negetur esse et supponit quod ex ente in potentia non fit ens in actu.

xv. arguit logice quod tempus nichil est et querit vtrum nunc sit in toto tempore vel aliud et aliud nunc

xvj declarat quod tempus non est idem quod motus celi nec idem quod eius sphera nec idem quod motus.

xvij. concludit quod diffinitio est numerus motus secundum prius et posterius ex hoc quod tempus non est idem quod motus nec est sine motu.

xviij declarat ꝙ tam motus ꝙ nunc habent idemptitatem et diuersitatem et ꝙ vnum istorum nõ est sine alio et ꝙ tempus continuatur et diuiditur per nunc.

xix. declarat ꝙ in tẽpore est minimum secundum esse distinctum et nõ secundum esse cõtinuum

xx. declarat modum quo tempus mẽsurat motum et quãdo motum esse in tẽpore est ipsum mensurari ab eo et ipse est causa corruptionis et ideo sempiterna nõ sunt in tempore.

xxi. probat ꝙ tẽpus mensurat quietẽ secundum ꝙ eius duratio quãta est et declarat quomodo quedã nõ entia nõ sunt in tẽpore ut impossibilia quedã autẽ sunt in tempore ut possibilia

xxij. declarat ꝙ nunc aliud est ꝙ diuidit vel continuat tempus ad idtempus qd est proprie presens et ꝙ tunc et ꝙ nũc est semper principium finis et quid est iã olim repente.

xxiij. manifestat ꝙ omnis mutatio est in tempore propter prius et posterius et ꝙ hec duo aliter accipiantur in preterito et aliter in futuro.

xxiiij. declarat ꝙ tẽpus est in oĩbus mobilibus et ꝙ aliquo modo tps est sicut aĩa et quomodo oĩm motũ sequitur et pncipaliter motum primi mobilis.

Capitula quinti libri.

Primum capitulum declarat ꝙ transmutatur aliud per partem aliud per se et ꝙ eadem est diuisio de mouente et c.

ij. premittit quot modis potest terminus mutationis variari et ex hoc ostendit ꝙ generatio et corruptio sunt mutationes et nõ sunt motus et probat quot sũt species mutationis.

iij. supponit ꝙ motus est in tribus generibus tantum scilicet quantitate et qualitate et ubi et probat ꝙ in substantia et in ad aliquod non est motus nec mutationis mutatio.

iiij. declarat nõia cõuenientia spẽbus motus et ꝙ motus infra eandẽ spẽm per magis et minus est alteratio secundo ꝙ nõ oĩe imobile quiescit sed solum illud quod est aptum natum moueri.

v. declarat qd est simul tãgere et separatũ mediũ cõseqnter habens et cõtinuum

vj. manifestat quis motus est vnus genere et quis vnus specie et quis vnus numero et simpliciter et si idem potest esse qd corruptum est et post factum.

vij. declarat ꝙ necesse est motum qui est vnus cõtinuũ esse et qd ad hoc requiritur vnũ tps et vnus terminus et ꝙ alio modo dicitur motus vnus qñdo est perfectus.

viij. ostendit ꝙ motus dicitur vnus qñdo est regularis et ꝙ regularitas in motu potest causari ex subiecto et modo et concludit ꝙ ex diuersis motibus nõ potest consurgere vnus regularis.

ix. premittit diuisionem qui mẽbrem et ostendit ꝙ non est motus contrarius motui.

x. declarat ꝙ quies in termino a quo est contraria priuationi motui que est ex ipso termino.

xj. declarat ꝙ sicut in motu locali est motus secundum naturam et extra naturam ita et in aliis motibus et mutationibus et ꝙ dicitur contrariatur motus motui et quies motui et quieti.

xij. declarat ꝙ quietis violente nõ est gñio per se et ꝙ cõtraria est quies motui.

Capitula sexti libri.

Primũ probat ꝙ nullũ cõtinuũ cõponitur ex indiuisibilibus quia indiuisibilia nõ possunt esse ad inuicẽ continua.

ij. probat ꝙ si magnitudo componitur ex indiuisibilibus motus componitur ex momentis.

iij. supponit tria que conueniunt velociori mobili in comparatione tardioris.

iiij. ꝙ in tempore est vnum nunc indiuisibiliter ⁊ in ipso nichil mouetur ⁊ quiescit ⁊ ꝙ nullum indiuisibile mouetur.

v. declarat ꝙ motus est diuisibilis secundum partes suas quibus proportionatur partibus mobilibus.

vj. determinat ꝙ illud quod est mutatum quando est mutatū est in quo mutatum est.

vij. probat ꝙ illud quod mutatur in aliquo tempore primo mutatur in quolibet ipsius ⁊ dicit ꝙ mutatum esse semper precedit mutari ⁊ ecōuerso.

viij. determinat ꝙ motus non potest esse in magnitudine finita tempore infinito ⁊ econuerso.

ix. determinat ꝙ nō est dare tempus in quo primo aliquid statuitur.

x. soluit rationes quatuor zenonis negantis oēm motum.

xj. probat quattuor rationibus ꝙ indiuisibile nō potest diuidi.

xij. demonstrat ꝙ nulla mutatio potest esse infinita primo ex his que sunt inter opposita ⁊ contraria secundo de loci mutatione.

Capitula septimi libri.

Primum probat ꝙ omne quod mouetur ab aliquo mouetur.

ij. manifestat ꝙ in omni motu est deuenire ad principium ⁊ nō est processus in infinitum in mouentibus.

iij. proposito ꝙ primum mouens ⁊ inmediatum est simul cum motu probat hoc de eo ꝙ mouet se ipm ⁊ de eo qd mouetur ab alio localiter.

iiij. manifestat ꝙ ultimum alterantis ⁊ primum alteratum simul sunt.

v. probat nō esse alterationem in qualitatibus quarte speciei formis ⁊ figuris

vj. probat vtrum omnis motus sit omni comparabilis ⁊ quot requiruntur ad cōparabilia.

vij. declarat quis motus cui sit comparabilis.

viij. declarat proportiones que sunt inter virtutes mouentes ⁊ res motas.

Capitulo octaui libri.

Primum ponit intentionem suam inquirendo de sempiternitate motus sicut omnes antiqui. ⁊c.

ij. probat mobile primo existere motui ⁊ ex hoc arguit sempiternum esse motum.

iij. probat ex sempiternitate temporis sempiternitatem motus.

iiij. declarat ꝙ videtur esse contra ordinem nature dicere motum aliquando incepisse simpliciter.

v. adducit rationes tres ex quibus apparet motum aliquando incepisse.

vj. probat ꝙ nō omnia semper quiescunt nec mouentur.

vij. probat ꝙ nō omnia semper quiescunt nec mouentur nec omnia que quiescunt semper ⁊c.

viij. probat ꝙ omne quod mouetur siue motu naturali siue violento mouetur ab alio.

ix. manifestat a quo mouentur grauia ⁊ leuia concludens ex hoc quicquid mouetur mouetur ab aliquo.

x. probat ꝙ necesse est deuenire ad aliquod primum mouens vel quod est inmobile vel mouet se ipm.

xj. probat ꝙ omne quod mouetur ex se diuiditur in duo quorum vnum est motum ⁊ aliud imobile.

xij. probat ꝙ ad rationem mouentis se ipsum requiruntur duo. s. mouens imobile ⁊ motū tantū.

xiij. probat p ea que aliquando sunt ⁊ non sunt ꝙ primum est incorruptibile ⁊ perpetuum nec mouetur per se nec per accidens.

xiiij. confirmat ꝙ primū mouens est

immobile ꝛ perpetuum ex his que aliq̃n do mouentur aliquando nõ.

xv. inuestigat quis motus sit primus inter species motus probans ꝙ motus localis est huiusmodi.

xvi. inuestigat ꝙ nullus mot9 potest esse continuus nisi localis volens mani festare ꝙ loci mutatio sit prima.

xvij. probat demõstratiue ꝙ nulla lo ci mutatio sit continua ꝛ perpetua nisi sit circularis.

xviij. soluit quasdaz dubitationes que possent habere ortum ex precedentib9.

xix. probat rationibus logicis ꝙ nul lus motus reflexus potest esse continu9.

xx. manifestat motum circularem taz per ratioẽs proprias ꝙ̃ per comunes so lum posse esse continuum.

xxi. manifestat ꝙ nulla potentia fini ta mouet tempus infinitum ꝛ ꝙ finitum nõ potentiam infinitam.

xxij. declarat quomodo projecta mo uent projciente existente ĩmobili.

xxiij. probat ex dictis mouentis primi ꝛ quod primũ mouens est Imobile cuius motus regularis ꝛ cuius sitis est in circũ ferentia. nec motus alterius potest esse perpetuus concludit ergo ꝙ primũ mo uens est indiuisibile nullã habens mag nitudinem.

Cōmentator istius operis

Jacobus de Alexādria

[illegible]

[S]erenissimo principi dño Ruberto iherusalem sicilie regi frater Jacobus de alexandria ordinis minorum professor: reuerentiam in eo qui est fons sapie. Eminentaliter illustrari ingenij vestri nobilitas ac scienciali habitus impressiones regiminis solicitudinis cõsiliorum: cunctas scientias e librorum multitudine ratione abiliter appetat ut quantum permittit cura regiminis incumbentis possitis quoquomodo sapientiali speculationi vacare. Uestris itaqz votis q̃ micħi cesso deputanda precepta me coaptare desiderans: libros naturales: methaphisicales: necnõ et morales: distinctis capitulis conatus sum ad euidentiã clariorẽ reducere secundum mee sciẽtie paruitatẽ. Quã copilationem siue declarationem majestati vestre intitulãs pro laboris premio: merito exercicij: utilitate legentium: et vestre gr̃e uiuere sum contentus. Incolumẽ semp ac felicẽ vestram excellentiam: rex celorum conseruare dignetur Amen.

Liber phisicorũ capitulũ primũ qđ sic incipit. Quoniã quidẽ intelligere ꝛ scire cõtingit circa oẽs sciẽtias ꝛ c̃. Declarat qͥ in sciẽtia naturali sicut i ceteris sciẽtijs scire sit per causas. et tamẽ ex notioribus nobis ad notiora simpliciter in ipa est procedendũ. quia in ipsa posteriora sunt nobis notiora.

Quoniã itelligere ꝛ scire ꝓuenit i oĩb9 sciẽtijs ex cognitiõe causarũ ꝑincipiorũ ꝛ elemẽtorũ tũc eĩ arbitramur cognoscere unũquodqz. cũ eius causas et ꝑincipia primo cognoscim9 usqz ad elemẽta. manifestũ est qͥ ad naturalẽ scientiã acquirendã primo tẽptandum est determinare de causis et ꝑincipijs. Quãuis autẽ ex parte scientie in sciẽtia primis ꝑincipijs incohoandũ. tamẽ i nata est nobis via procedẽdi ex notiorib9 nobis ad cognoscẽdum ea que simpliciter et secundũ naturã de se sunt notiora. Non enim semp ea que sũt magis nota d se. i. naturaliter noscibilia. sũt nobis magis nota. Necesse est i naturalibus procedere hoc modo. videlicet ex nobis notioribus que tamẽ nature. i. in se sũt simpliciter minus nota: cuiusmodi sũt effectus. in certiora et notiora nature. cuiusmodi sũt ꝑincipia et cause. nã nobis pri9 sũt manifesta ꝛ certa magis confusa ꝛ indistincta ut oĩa ex quibus resolutis uel distinctis fiũt nota elemẽta atqz ꝑincipia. et ideo ex vniũsalioribus ad singularia opportet ꝓcedere. Quõ aũt talis processus i sciẽtia naturalium sit seruãdus: primo patet quia i eis noticia icipit a sensu. totũ autẽ notũ est sensui priusq̃ aliqua eius pars. Uniuersale aũt est quodã totum cũ cõprehẽdat multa q̃si partes. Secũdo hoc patet qͥ eundẽ ordinẽ tenẽt nomina respectu diffinitiõis. nõia eñi q̃ in distincte significãt rem: sũt prius nobis nota diffinitione. que diuidit significatũ et distincte ipm significat. Tertio idẽ patet ex ꝑma noticia puerorũ. qui prius oẽs viros appellãt pr̃es. et oẽs feminas matres: processu vero t̃poris determinãt pr̃em a nõ pr̃e. quasi procedẽtes a coĩ et confusa noticia ad propriam et distinctam.

quod ait albertus ... quoniam ipsi pueri ... cerebrum ... ~~[illegible]~~ sensibilium ... [illegible]

Capl'm secũdũ qđ sic incipit. Necesse igitur vnũ esse ꝑincipiũ aut plura et c̃. Enumerat dubitatiões q̃ sũt de ꝑincipijs nature quantũ ad vnitatẽ et pluralitatem mobilitatem et immobilitatem.

Necesse est aũt vnũ esse ꝑincipiũ nature aut plura. et si vnũ: aut imobile ut dicit permenides et melissus. aut mobile sicut extimãt naturales. quorũ aliqui esse aerem. alij aquã dicũt esse ꝑincipiũ primũ. Si aũt sũt plura ꝑincipia: dubitatur utrũ sint finita vel infinita. Et si finita: utrũ duo vel tria vel secũdũ aliũ numerũ Si vero sint infinita: utrũ oĩa sint unius generis diferẽtia tamẽ figura ꝛ spe. i. forma

ut dicit democritus. aut etiam inter se contraria. Similiter querunt prime dubitationes decente. utrum totũ ens sit vnum aut plura. et si multa: utrum finita uel infinita. querendo enim ens: querunt principiũ et elementum utrum unum aut multa.

Capitulũ tertiũ quod sic incipit. Id quidem igitur si unum et c̄. Declarat ꝙ naturalis non est disputare contra negantes sua principia. nec soluere rationes sophisticas loquentiũ non naturaliter de natura.

Id quidem quod intenditur si unum. i. si vniuersaliter ipm ens est vnum et immobile ad naturalem non pertinet. Sicut enim geometra nõ habet rationem contra negantem principia geometrie qꝛ hoc pertinet ad superiorem scientiam uel ad eam que est omibus comunis. Sic nec phisicus potest intendere opiniones negantium sua principia. qualis est opinio que dicit ꝙ totum ens est vnum et immobile. Si enim est vnum solum ens: non est principium. quia principium arguit principiatum. tanꝙ aliud ens ab ipso. cum principium sit cuiusdam principiati uel quorundam. Naturalem sibi solicitum esse de hac opinione ꝙ ens sit unum et immobile. Simile est ad disputare contra quãlibet opinionem extraneam verbi gr̃a eracliti dicentis nichil moueri. vel alicuius dicentis omnia esse vnum hominem. Non pertinet etiam ad naturalem soluere rationes permenidis et melisi que sunt sophistice. qꝛ peccant in materia cum recipiant falsa. et in forma: cum non sillogizẽt. Magis autem vana est ratio melisi et non inducit dubitationẽ. tamen nõ propter hoc ratio permenidis est vera cum aliquod falsũ contineat ad quod multa sequũtur. vno enim inconuenienti dato alia contingunt. Et hoc non est mirum. Nobis igitur naturaliter loquentibus supponantur omĩa aut quedam naturalia moueri. sicut manifestum est ex inductione. Similiter non cõuenit omĩa soluere in qualibet scientia: sed sola ea que quis falso concludit ex principiis scientie nõ autem ea que mentiuntur principijs destructis verbi gracia. Quadraturam circuli que per discisiones lunarum fiebat qꝛ procedebat ex principijs geometrie: geometrie est dissoluere. nõ autem illam q̃ erat antifontis: qꝛ eadem principia destruebat. Quãuis tamen hec ita sint: tamen qꝛ predicti de natura locuntur licet deffectus. i. eorum dubitationes non naturales sint: bene se habet disputare de ipsis assũpta forma philosophi primi.

Capitulum quartum quod sic incipit. Principium autẽ maxime oĩum proprium et c̄. Probat per ratioẽs sumptas tam ex parte entis ꝙ vnius ꝙ ens non potest esse vnum tantum. siue infinitum ut dicit melissus siue finitum ut dicit permenides.

Principium maxime proprium ad probandum ꝙ ens non est tantum vnum ex hoc sequitur ꝙ ens dicitur multipliciter. s. de substantia et alijs cathegorijs. dicunt ergo ens esse. aut vnam substantiam. aut vnam quantitatẽ. aut vnam qualitatem aut vnam aliam cathegoriam. Et iterum si vnam substantiam aut aliam cathegoriam hoc dicunt esse: aut vnum hominẽ aut vnum album aut aliud vnũ numero alterius predicamenti. hec enim differunt multum et impossibilia sunt dicere esse vnum. Si enim ens est simul substantia quantũ et quale: iam est multa et non vnum tantũ. cum hec sint multa: siue sint simul sũpta siue abinuicem separata. Si uero oĩa entia sũt quantũ vel quale: sequitur impossibile. qꝛ sũt plura. siue ponatur substantiã esse siue nõ. Si eni substãtia nõ ponatur: sequetur ꝙ accidẽs potest esse sine sbã.

quod falsum est: cum nullū accidens aliorum entium sit separabile a substantia. omnia tanq̄ȝ de subiecta substantia dicuntur vel sunt in ea. Preterea melisus dicit ens esse infinitū: est ergo quantū. q2 infinitū est passio quanti. nam infinitas non cōuenit substantie vel qualitati: nisi per quātitatē. q2 ratio infiniti per se cōuenit quātitati et nō substantie nec qualitati. Si ergo ens est simul substantia et quātitas: nō est vnum tantum sed duo. Si vero est solū substātia: nō est infinitū nec habet ullam magnitudinē q2 iam esset quantū. Amplius ex natura vnius patet ꝙ ipossibile est ens esse vnū. vnū enī sicut et ens multipliciter dicitur. Est enī vnū continuitate. indiuisibilitate. et diffinitiua ratione dicente qd̄ quid est rei. Si ergo ens est vnum cōtinuitate: possunt esse multa entia: cum cōtinuū sit diuisibile in infinitū. De toto autē cōtinuo et eius partibus oritur dubitatio. que licet nō sit ad propositū. tamē in se ipsa est utilis. utrum videlicet totum et partes sil' sumpte sint idē aut diuersa. hoc enī tam de partibus cōtinuis quā de nō cōtinuis scȝ cōtiguis dubiū est. Si enī quelibet earū indiuisibiliter est idem toti: inter se erunt indiuisibiliter idem. Si vero sunt aliud a toto: totū erit aliud a se ipso. cū nō sit nisi partes simul sūpte. At vero si ens est vnū indiuisibile: nichil erit quantū et sic nichil erit infinitū ut dicit melisus. nec finitū ut dicit permenides. Quod enī indiuisibile nō sit quantū: patet in pūcto qui exīs terminus linee finite. tamē q2 est indiuisibilis: nō est finitus. sic nec quantus. Si autē ens est vnū ratione diffinitiua: sequitur opinionē eracliti esse verā. videlicet ꝙ oīa sunt vnū q2 quorūcūq3 est vna diffinitio: illa sunt vnū. et sic idē erunt cōtraria ut bonū et malū. et cōtradictoria bonū et nō bonū. et disparata ut homo et equus. eius etiā qd̄ nichil est erit diffinitio: sicut eius quod est aliquid. q2 talia erūt idē. qualitas etiā et quātitas erūt idē ens. que tamen sunt predicamenta entis diuersa.

Capl'm quintū quod sic incipit. Conturbati sūt autē posteriores et c̄. Declarat ꝙ licet aliqui posteriores cōsentiētes permenidi ꝛ meliso conati fuerint auferre multitudinē ab ente: tamē necessario coacti sunt concedere ꝙ multitudo stat cum vnitate.

Conturbati sūt autē sequaces dicentiū ens esse vnū. sicut et priores. q2 ex eui dentia rationis cōtingit idē esse simul vnū et multa. vnde ne cogerentur hoc ponere: aliqui ipsorum ut licofron auferebāt verbū copulatiuū ab enūtiatiōe eo ꝙ est nota differentie inter subiectū et predicatū. nec dicebat homo est albus: sed tantū homo albus. Alij vero mutabāt dictionē dicētes homo dealbatur. ne si adiungerēt verbū est: facerēt vnū subiectū esse multa ratione. tanq̄ ens et vnū dicantur singulariter et nō reperiātur i multis. Sed cum entia sint diuersa aut ratione formali sicut aliud est esse albo aliud musico licet sint eadē q̄m sunt in eodē subiecto. Ita ꝙ tunc vnū subiecto est multa ratione: aut sunt entia multa diuisione. quō totū respectu partiū: oportet cōcedere vni enti nō repugnare multitudinē. Hic autē ubi agitur de vno ꝙ per diuisionē potest fieri multa: iam deficiebāt dicti phi et cōfitebātur vnum esse multa licet eis videretur incōueniēs idē esse vnū et multa. qd̄ tamē nō est impossibile. q2 nō est oppositū simpliciter vnū multis. cum utrūq3 posit esse in potentia non opponuntur.

Capl'm sextū quod sic incipit. Sed ex quib9 demōstrant et c̄. Continet solōnes obiectionū melisi et permenidis. ostēdens diuisim defectū eoȝ.

Rationes ex quib9 demōstrant melisus et pmenides nō est difficile soluere. cum uterq3 sillogizēt sophistice. nā recipiūt falsa peccādo in materia. nec seruant

formã debitã.et ideo nõ sillogizãt. Melisi autẽ ratio magis est defectuosa. nõ tamẽ
ꝓpter hoc ratio permenidis verũ cõcludit.q2 implicat aliq̃ inconueniẽs.vno aũt incõ
ueniẽti dato sequitur alia et hoc nõ est mirabile. Quod quidẽ melisus male arguat
patet.opinatur eni cõsequẽtiã hanc esse verã si quid factũ est:habet ꝑncipiũ.q̃ cõseq̃n
tia procedit a destructione antecedentis et sic est falsa. Postea addit aliud in cõue
niẽs cũ subiũgit.qḋ nõ est factũ nõ habet ꝑncipiũ et per hoc est infinitũ: cũ caret ꝑnci
pio ⁊ fine.ꝙ eni hoc nõ sequatur:patet.oĩs eni res naturalis habet ꝑncipiũ realitatis
et magnitudinis sue etiã posito ꝙ non sit facta.ac per hoc est finita terminis sue natu
re.ꝓprius si non est facta:nõ habeat ꝑncipiũ t̃poris ⁊ g̃nonis:nõ dico g̃nonez:simplicẽ
influxũ quo in instãti aliquid producitur:sed potius dico g̃nonem q̃m precedit mot9
alterationis tanq̃ mutationis nõ momẽtanee facte in instanti. Preterea nõ seq
tur tertia illatio melisi.videlicet si ens est vnũ:ergo ĩmobile nõ eni sequitur est vnum.
ergo ĩmobile nã si aqua sit una:potest pars eius moueri infra totã. Et si pars:ergo to
ta.cũ sit eiusdẽ nature. Preterea infra vnum potest esse motus alteratiois. ut aq̃
vno alterari potest exñs vna. Preterea nõ potest vnũ esse totũ ens secidũ esse spe
cificum et formale licet scḋm esse materiale ex quo fiũt entia aliqui naturaliũ dicãt ip̃z
esse vnũ ꝙ eni scḋm esse specificũ nõ sit vnũ:patet.q2 homo ab equo alterũ est specie.
et cõtraria disparata ad inuicẽ specie diũa sunt. Et cõtra permenidẽ est idẽ modus
rationũ qui est cõtra melisũ:quãuis sint aliqui sp̃ales et proprij contra ip̃m.idẽ quidẽ
in cõmuni soluendi ratione spme.et meli.est modus.nã et falsa recipit. et eius ratio
nõ cõcludit.sicut soluebatur ratio melisi.falsa eni recipit:supponendo ꝙ ens vno mo
do dicatur:qḋ tamẽ multipliciter dicitur. Non concludit autẽ dicendo solũ ens est:ꝙ
tantũ vnũ est.nã si sola alba supponãtur ita ꝙ nichil sit eius nisi albũ:albo significante
vnã naturã:nichillominus ip̃a alba sũt multa et nõ vnũ.q2 albedini ⁊ susceptibili eius
q̃ ambo importãtur per albũ:nõ est idẽ esse formale.cũ nec cõtinuitate q2 nõ est quãti
tas.nec ratione diffinitiua sint vnũ.et sic albũ erit multa.etiã posito ꝙ extra albũ non
sit aliquod ens nec diuersũ esse sit albedini et substãtie separabilia sũt ab inuicẽ: sed q2
esse formale accidẽtis et subiecti cui inest alterũ est et diuersũ. et hoc permenides non
dum vidit. Necesse est ergo ens significare nõ solũ qḋ predicatur de substãtia siue
est accidẽs:sed etiã ip̃am substantiã que vere est vnũ ens qḋ sic patet.accidẽs ei predi
catur de quodã subiecto.si ergo ip̃m accidẽs est solũ ens:subiectũ erit alterũ ab ente
et per hoc erit nõ ens.igitur aliquid erit cũ nõ sit.et si subiectũ nõ sit:accidẽs nõ inerit
ei.nõ ergo erit accidẽs subiecto:nisi subiectũ habeat esse ens.hoc autẽ esse nõ potest
poito ꝙ accidẽs sit ens nisi ens sic multa significet:ꝙ vtrũq3 sit ens:nõ bene igitur cõ
cessum est a permenide qḋ est significare vnum. Preterea si substãtia noĩe entis
importatur que vere et simpliciter ẽ ens et nulli accidit sed illi accidit aliquid:ens ma
gis significat substantiã q̃ vere est ens q̃ significet accidẽs qḋ nõ est vere ⁊ simpliciter
ens. Si ergo subiectũ qḋ vere est ens et albũ sint idẽ eo modo quo homo albus dicitũ
idem ens:cum entitas albi nõ sit vere simpliciter ens q2 nõ accideret alteri nec idẽ sit
simpliciter ens et simpliciter nõ ens:sequitur qḋ id qḋ est nõ sit.nec dico nõ sit excludẽ
do.ab eo aliquã entitatẽ:sed ꝙ oĩo nõ sit per nõ hñdo ullã entitatẽ. igitur veruz est di
cere q2 est qḋ nõ est.veruz ei est dicere q̃m albũ est qḋ tamẽ nõ significatur per ens sed
hoc est tantũ vnuz. Quare si albũ vere significatur per ens:oportet ip̃m multuz signi
ficare. Preterea magnitudo nichil erit:si ens est tm̃ vnũ simpler.vtriq3 nãq3 ꝑtiũ
magnitudinis est aliud et aliud esse qḋ nõ cõtingeret si ens esset simplr̃ vnũ tantum.

Capitulum septimū quod sic incipit. Quod autem diuiditur ꝙ vere est aliqd aliud et c̄. Improbat coniunctim opiones melisi et permenidis de vnitate entis excludens modum quorūdam concedentium inconuenientia que ad dicta eorum secuntur.

Quod aūt substātia ꝙ est ens simplr et qd vere est ens diuiditur ī plura entia similiter substānalia ratione magnifestū est verbi grā. Si homo est aliqd vere ens simplr: neccesse est aīal et bipedē esse entia vere simplr. Si eī nō sūt vere entia substātialia: erunt accidētia homini uel alicui subiecto. qd est īpossibile sicut patz Accidens enim dupliciter dicitur. primo quod contingit eidem in esse ꝛ nō in esse ut sedere homini inest sicut separabile. Secundo proprium in cuius diffinitione inest subiectum cui accidit sicut in simi diffinitione inest nasus cui accidit simitas. Amplius supponatur ꝙ quecūqz sunt in diffinitiua ratione alicuius aut ex quibus est ipsa diffinitio diffinitum nō inest in ratione diffinitiua alicuius eorum. sicut in diffinitione bipedis nō est homo sed bipes est in diffinitione hominis. Si igitur ista habēt hunc modum et homini accidit bipes tanqȝ separabile accidens: contingit hominem non esse bipedem. si accidat ei tanqȝ proprium: necesse est hominem esse in diffinitione bipedis quod est impossibile cum hoc. s. bipes sit in hominis diffinitione qz tunc esset circulatio in diffinitionibus. Si autem dicatur ꝙ animal et bipes sunt accidentia alij ꝙ homini et non entia substantialia: sequetur ꝙ homo sit accidens alteri cum ex eis existat: hoc est impossibile. qz sicut suppositū fuit quod vere est ens simplicit nulli est accidens. cum ergo vnum diffinitum hoc est ac multa diffinientia: si tale diffinitū potest vere esse: oportet multa vere esse. Preterea de quo ambo diffinientia coniunctim ꝛ quodlib et ipsorum diuisim dicuntur: de eodem et diffinitū quod ex eis est p̄tur. Si ergo vnum et idē ens indiuisibile et nō plura sūt omīa diffinientia et quodcūqz diffinitū omne ens erit ex indiuisibilibus: sicut diffinietur per vnum indiuisibile et simplex. Quidā autē utrisqz predictis rationib9 permenidis cōcesserūt, videlicet illi qui dicūt omīa esse vnum sicut pl9 posito ꝙ ens significet substātiā et accidēs. Et etiā qui dicūt omīa esse ex indiuisibilibus. qz faciūt magnitudines īdiuisibiles illas ad quas per decisionem stat diō magnitudīs alicuius. Magnifestū est autē qm̄ nō est verū ens simul significare qd est et quod nō est si ipm significat vnū. s. quod est nō eīm possibile ē cōtradictionē simul esse verā de eodē. propter qd idē ens nō significabit qd est ꝛ qd nō est que sūt cōtradictoria. si igitur ens simpliciter qd est substātia et accidēs quod nō est simpliciter ens: ens nō erit nichil. qz nichil probibet id qd nō est simplr: esse ens secundum quid. Preterea dicerē ꝙ nichil extra substātiam que est vere ens sit aliquid separatū omīa erūt vnū: est incōueniēs. qz sicut sciētia nō est nō entis ita nullus adiscit qd in veritate est nisi ipm aliquid sit. Adiscit aliquis autē entitatē accidētis etiā nō separati a substātia ergo est aliquid ens. Et qz ita est: nichil probibet entia esse multa sicut dictū est. Qd quidē igitur nō sit possibile ens esse tantū vnū: manifestum est.

Capl'm octauum qd sic incipit. Sicut phici dicūt duo modi sūt et c̄. Recitat opiones falsas loquētiū naturaliter: de p̄ncipijs nature ꝛ maxie empedoclis et anaxagore. Isti eī cū supponerēt motū naturaliter locuti sūt.

Sicut autē phici dicūt: duo sūt modi circa assignationē p̄ncipiorꝫ. Quidā eīm p̄ncipiū materiale faciūt corpus subiectū qd est aut aliquod triū elementorꝫ exclusa terra: aut mediuz dempsitus igne et subtilius aere. ex quo per raritatem

et densitatē alis generātur faciūt ipsi ergo multa principia et inter se cōtraria.s.ra
rum et densum que vniuersaliter reducūtur ad excellentiā et deffectū eo modo quo
plō dixit ꝙ magnū tanꝙ excellēs et paruū tanꝙ deficiēs sunt rerum principia. In
hoc tamē differt a phicis ꝙ hanc cōtrarietatē ponȳt ex parte materialis principij.et
vnitatē ex parte formalis.phici autē ecōtrario vnā faciunt materiā: plura aūt et cōtra
ria dr̄as et formas. Quidam autē segregāt contrarietates.i.cōtrarias formas ex
vno chaos confuso in quo eas dicūt in esse ut dicit Anaximādros et quicūqz dicūt en
tia simul esse vnum et confusū in quo sūt multa. sicut empedocles et anaxagoras qui
segregāt oīa entia ex quodā mixto. Differūt tamē hij duo.qz empe.ex tali confu
so per segregationē dicit fieri elemēta.et ex tali confuso per congregationē ex elemē
tis:fieri confusū.et sic facit circulationē hoꝝ ad inuicē.Anax.vero tātum semel facit
ex confuso distincta.nam scdm eum intentio ogeuus primi segregauit res distinctas
semel. Et hic anaxa.īfinitas partes similes dicit esse principio reꝝ.Empedocles
autē solū quatuor elementa ꝑncipia dicit Videtur autē anaxa.propter hoc opinari
infinitas partes similes cuiuslibet et infinita ꝑncipia dicēs quodlibet esse in quolibet:
qz supponit comunē opinionē naturaliū esse verā que est ꝙ ex nō ente nichil fit.prop
ter hanc eīm naturales dicūt ꝙ oīa simul preseruerūt: et fieri:dixerūt esse alterationez
et nō generationē.aliqui tamē ipsorum dixerūt esse cōgregationē et segregationē:per
hoc ꝙ oīa prefuerūt et ideo oīa sunt in oībus. Amplius contraria videamus ex in
uicem fieri ut album ex nigro et econtrario.ergo inerat vnū in alio qd patet.Si eīm
omē qd fit ex his que sūt fit.cum nō possit fieri ex hijs que nō sunt: qz in hoc cōueniūt
oēs naturales ex nichilo nichil fieri:reliquum iam putauerūt ex necessitate cōtingere
s.quod fit fieri ex his q̄ ꝑfuerūt in eo ex quo fit. Quāuis autē oīa sint in oībus:tamē
ꝓpter paruitatē magnitudinis aliquoꝝ ex insensibilibus nobis fiunt q̄ ex pre exn̄tibꝫ
fiunt.dicūt ergo quodlibet existere in quolibet qz vidēt quodlibet fieri ex quolibet.
Apparere autē dr̄a et appellari altera ab inuicē:prout erit ex maximē habundātia et
predn̄ante i multitudine partiū infinitarū.ita ꝙ sincere nichil est totū albū aut nigrū
aut dulce aut caro aut os qd plus habet de aliquo predcōꝝ quā habeat de quocumqz
alio videtur esse id de quo plus habet in mixtura oium rerum.

Capitulum.x.quod sic incipit. Si igitur infinitum secundū ꝙ infinitum ig
notum est. Improbat opionem anaxa.primo quantum ad infinitatem ꝑnci
piorum.secundo quantum ad hoc ꝙ potest quodlibet esse in quolibet.tertio.
quantuz ad segregationem quam ponit fieri ab intellectu .quarto quātū ad
hoc ꝙ dicit sp simile fieri ex simili.

Si igitur infinitum secundum ꝙ infinitum secundum multitudinē discretam
idest secundum numeruz et secundum magnitudinem continuam quoddaz
quantum ignotum:ita infinitum secundum formam et speciem.i.qualitatē
sit quoddam quale ignotum formaliter et per consequens principiata principijs igi
tur infinitis existentibus secundum multitudinem z secundum formales differētias
impossibile erit cognoscere principiata ex ipsis.qz ita arbitramur cognoscere cōpositū:
quādo cognoscimus ex quibus et quātis est. Amplius necesse est illud totū esse in
determinatū cuius aliquā partiū in quā cum infit totū diuiditur cōtingit i determina
tam esse scdm quātitatē vel scdm naturā specificā.Si ergo impossibile est aliqd totuz
verbi grā.aial aut plantā esse in determinate q̄ntitatis scdm magnitudinē et multitu
dinē aut paruitatē:magnifestū est ꝙ nec aliquā partiū contingit in determinatā eē cū

totum et partes similes sint quantū ad esse determinatū: caro autē et os et huiusmodi partes sunt animalis. et fructus plantarū. Sicut ergo nō est animal quantitatis indeterminate: ita nō est possibile carnē aut os esse in determinate quātitatis aut in magis aut in minus. Amplius si verū est q̄ oia insunt in omibus ad inuicē nec fiūt de non ente: sed potius segregantur cum insint licet quodlibet denotetur a predñante: si etiam verum est q̄ quodlibet fit ex quolibet per segregationē ut ex carne aqua et aq̄ ex carne segregatur: supponatur tertio. q̄ omne corpus finitū ablato multociēs ab eo aliquo corpore finito consumitur. Remota itaq̄ per segregationē carne ex aliqua aqua: et ex reliqua aqua alia caro segregari poterit per secundā suppositionē predicta rum. Quis in tali segregatione semp minor remanebit quātitas aque per tertiā cuius aque magnitudo nō excedit in paruitate oēm quantitatē. i. per segregationē ad tantā deueniet paruitatē q̄ vna nō erit maior altera cum nō sit indeterminate quātitatis in magis nec in minus. Si ergo stabit segregatio carnis ex aqua deueniēdo ad tā par uam aquā in aqua nō sit caro: nō oīe erit in oīi ut dicit prima suppositio q̄ est anax. Si vero nō stabit segregatio sed semp ex qualibet aqua quātumcūq̄ parua poterit segregari caro: sequitur q̄ in magnitudine finita inerāt infinita quoq̄ q̄libet erit equa lem magnitudine et in quo inerit. quod est impossibile. Amplius autē si oīe cor pus per rēotionē partis ab eo minus necesse est fieri. et cum hoc determinata est quā titas cuiuslibet corporis ut pote carnis tam in magnitudine q̄ in paruitate: magni festum est q̄ ex minima carne nullū segregabitur corpus. esset eīm minus minimo. Amplius si in corporibus finitis ex quibus per segregationē semper potest fieri aliud corpus inest caro infinita et similiter sanguis et cerebrū nō cōparata in vnū sed ab inuicē separata: cum ergo vnūquodq̄ horum realiter sit aliud ab illo separatū et sit infinitū: irrationabile est q̄ oīa sint in aliquo finito. q̄ infinita infinities erūt ī re finita. Nequaquā igitur est segregandū quodlibet ex quolibet. nec est scientis dicere q̄ quodlibet potest separari a quolibet: cum passioēs et accidētia sint inseparabilia a subiecto. Cum ergo colores et habitus semp sunt permixti subiecto. si separētur ab eo: erit aliqua albedo et sanitas non existe eis aliquo subiecto de quo dicātur. q̄d est īpossibile. et intellectus hec impossibilia querēs: est irrationabilis. querit autē impossibilia si velit segregare quodlibet ex quolibet: cum sit impossibile. tam scd̄m quātitatē: eo q̄ ex minima magnitudine nichil potest segregari q̄m etiā scd̄m qualitatē ex eo q̄ passiones inseparabiles sūt a subiecto. Non recte etiā accipit anax. fieri gñonē ex segregatione similiū in spe. cōtingit eīm aliquādo simile fieri ex simili. sicut quando lutū diuiditur in luta. Cōtingit etiā aliquid fieri ex nō simili. sicut quādo lateres fiūt ex luto et domus ex lateribus et aer ex aqua et ecōtrario. Melius est autē accipere p̄ncipia pauciora et finita sicut empe: quā infinita ut ponit anaxagoras.

Capitulū decimū quod sic incipit. Oēs igitur principia cōtraria faciunt et c̄.
Colligit ex dictis opinionibus principia esse contraria et primū auctoritate.
Adiungens secundo q̄ est consonum rationi.

Omnes igitur predicti p̄hi faciunt principia cōtraria dicētes enim totum ens esse vnū et imobile: adiungūt huic duo cōtraria permenides eīm calidum q̄d appellat ignem. frīm quod nominat terrā: dicit esse p̄ncipia. Quidam autem rarū et dēpsum. democritus etiam firmū quod est quasi ens et inane quasi nō ens: dicit esse principia. Adhuc signāt aliqui aliam differentiā inter athomos quos principia ponit. ait eniz eos differre positione figura et ordine que sunt genera contrario

rum. nam infra positionẽ: cõtraria sunt sursũ et deorsum ante et retro. infra figurã: angulare ⁊ rectũ et circulare. infra ordinẽ: prius et posterius. Quod quidẽ igitur oẽs faciunt pñcipia cõtraria: patet. Et hoc rationabiliter patet scilicet per rationem q꞉ pⁱma cõtraria habent oĩa que sũt de ratione principioꝝ. Oportet eĩm omĩa principia nõ esse ex alterutris. s. ꝙ vnũ sit ex alio materialiter eo ꝙ cõtraria sunt. nec esse ex alijs et ꝙ fiant oĩa ex ipsis. hec autẽ oĩa insunt pⁱmis contrarijs ergo sunt pñcipia. Propter hoc ꝙ principia sunt: non pñt esse ex alijs. tunc eĩm aliqua essent priora primis. Obid vero ꝙ sunt cõtraria: vnum ex alio nõ est. et sic nõ sunt ex alterutris. Qualiter autẽ cõtraria oĩa sunt ex ipsis vel qualiter alia fiãt ex cõtrarijs: oportet ex ratione cõsiderare. Supponẽdũ est igĩ pⁱmũ ꝙ infra numerũ entis nõ est aptũ natũ p se agere vel pati quodcũq ⁊ a quocũq ⁊ nec fit quodlibet ex quolibet: nisi scdm accidẽs. sicut fit album ex musico q꞉ accidẽtaliter cõiungitur musicũ albo vel nigro. fit igitur per se determinatũ ex determinato ut album ex nõ albo nõ ex omĩ non nõ albo sed ex nigro vel medijs coloribus Et musicũ ex non musico sibi opposito quod potest dici immusicũ. aut ex determinato medio ipsorum si ipsis est mediũ. Neq ⁊ etiã corrũpitur per se ⁊ pⁱmo quodlibet in quolibet. sicut album nõ corrũpitur in musicũ nisi per accidẽs sed in non album. nõ quidẽ in quodcũq ⁊ non album sed in id quod est nigrũ vel mediũ ipsorum. Et similiter musicũ corrũpitur in nõ musicũ quod est sibi oppositũ aut in mediũ si ipsis est mediũ. Non solum autẽ hoc verũ in generatione et corruptione simplicium verũ etiã cõpositorũ: q̃uis hoc in eis lateat ob hoc ꝙ opposite differẽtie in ipsis noĩate non sint. Necesse est eĩm oĩe consonãs fieri ex inconsonãtia et ecõtrario. ⁊ corrumpi cõsonans in inconsonãtiam. non contingentem: sed sibi oppositam. Differt autem nichil nominare compositionẽ nomine consonantie aut ordinis aut compositionis oppositum vero nomine inconsonãtie. eadem eĩm ratio. s. ꝙ fit quodlibet ex determinato sibi opposito saluatur in omnibus. domus eĩm et statua et quodlibet aliquod cõpositum predicto modo fit. domus enim fit ex partibus non compositis sed diuisis. similiter statua et quodlibet figuratum fit ex non figurato. Vnũquodq ⁊ autem figuratum ⁊ aut consistit in quodã ordine aut in compositione. Nam aliqua exeunt in esse per ordinationem et compositionem. Si ergo hoc verum est ꝙ fiat oĩe quod fit ex contrarijs et corrumpatur quod corrumpitur in contraria aut in horum media: hec autem ex contrarijs ut medij colores ex albo et nigro: sequitur ꝙ ea que fiunt per naturam aut sint contraria aut ex contrarijs: Vsq ⁊ igitur ad hanc noticiã deuenerunt plurimi antiquorum ut prius diximus ꝙ principia sunt contraria. vnde oĩs dicunt vocata ab eis elementa esse contraria: non assignando rationẽ huius sed ab ipsa veritate coacti. Differunt tamen ab inuicem in hoc. ꝙ alij priora alij posteriora principia dicunt. et alij notiora secundum rationẽ. alij secundum sensum. secundum sensũ quidẽ notiora ponunt principia: hi qui dicunt calidum et frigidum vel humidum et siccum secundum intellectum autem: hi qui parem et imparem. vel sicut quidam dicunt concordiam et discordiam esse causas generationis hi enim ab illis drũt penes modum secundum sensum et secundum rationem. Quare contingit eos dicere principia quodãmodo esse eadem quodãmodo esse diuersa. diuersa quidem per diuersitatẽ eorum que ponunt principia diuersa. eadem autem: secundũ analogiã et conformitatẽ. cum oẽs attribuant eis eundẽ ordinem dicendo ꝙ alia continent alia continentur. dicũt ergo et similiter et dissimiliter et peius et melius cum hi dicant notiora secundum rationem: illi secundum sensum esse principia. vniuersale enim secundum intellectum ⁊.

Singulare autem secundum sensum est notum. qꝛ ratio est vniuersalis. sensus autē particularis magnum etiā et paruum secundum rationē. rarum autē et dēpsum scḋm sensum est notum. manifestum est igitur ꝙ pncipia oportet esse contraria.

Capitulum. xj. Quod sic incipit. Consequēs autē dicere erit vtrum duo aut tria et cē. Probat ꝙ principia entis non sunt vnum nec infinita sed rationabiliter videntur esse tria.

Onsequēs est dicere vtrum principia sint duo aut tria aut plura. vnum enim esse tantum nō est possibile. cum sint contraria que se non cōpatiuntur ī vno. Infinita autē non sunt propter quinqꝫ rationes. Primo qꝛ cum infinitum sit ignotum si principio entis essent infinita ipm non est scibile nec noscibile. Secundo qꝛ in quolibet vno genere est vna prima contrarietas sicut ī substantia que est quoddam vnum genus et cum genera sint finita contraria erūt ꝗ̄ finita ergo et principia cum ipsa sint contraria. Tertio qꝛ melius est facere principia finita si ex ipsis eque bene possent fieri principiato sicut ex infinitis. Empedocles ita opinatur assignare causam entium ex finitis principijs. sicut anaxa. ex infinitis. Quarto qꝛ sicut aliqua contraria sunt priora alijs. ita et aliqua principia sed in infinitis non est prius sic nec principium. Quinto qꝛ non oīa contraria sunt principia cum quedam ipsorum fiant ex alterutris vt dulce et amarum que sunt contraria et posteriora que sunt ex prioribus albam et nigrum. prima principia autem semper oportet manere et ita in eis est status qui nō potest esse in infinitis. Quod ergo nec vnum nec infinita sint principia. manifestum est. Quū autem finita sunt principia secundū quamdā rationem s. qꝛ contraria sunt videntur esse duo. secūdum autem aliam rationem non videntur esse duo sed plura. Dubitabit eīm vtiqꝫ aliquis qualiter dēpsitas apta nata sit facere raritatē vel ecōtrario et eodem modo de qualibet alia cōtrarietate nō eīm cōcordia disponit discordiā et facit aliquid ex ea nec ecōtrario. sed vtraqꝫ supponit quoddā tertiū ex quo alia facit. vnde et aliqui supponūt plura ꝛ nō vnū tantū ex quibus disponūt et ordināt naturā entiū. Adhuc magis dubitatur de eo qḋ sequitur nisi aliqua natura supponatur cōtrarijs. Substātiā enī nulli videmus esse cōtrariā. si ergo sola cōtraria sūt pncipia. substātia non erit principiū. sed oportet aliquā substātiā esse pncipium propriū cīm est substāne nō dici de aliquo. pncipiū autē oportet nō dici de aliquo subiecto. qꝛ si de sbō diceretur esset pncipiū pncipij sicut est aliqd prius eo. subiectū eī pncipiū est et prius predicato. Amplius dicimus substātiā nō esse cōtrariā substātie. Si igitur sola cōtraria sūt pncipia. ipsa non erūt sbē et sic substātio erit ex pncipijs sꝗ̄ nō erūt sbē et ex nō substātijs fiet substātia et nō ens prius substātio erit postea substātia qḋ ē impossibile. Unde siqs ponit primā rōnem esse verā et hāc q̄ est dicere. s. sbām nō eē contrariam sbē et tamen est principium. necesse est si debes saluare vtramqꝫ rationem supponere subesse cōtrarijs aliqḋ tertiū. hoc enim modo faciunt dicentes vnam quādā materiā numero esse pncipium. vt aquā aut aerē aut medium ipsorum de quo medio magis videtur ꝙ sit principiū. qꝛ extremorum ignis terra aer et aqua habent annexa contraria propter quod rationabiliter subiectum aliquod commune diuersum ab eis vt prius ipsis ponitur principium. Aliqui tamen dicunt aerem esse subiectum contrariorum qꝛ de se minus habet sensibiles qualitates aliorum elementorū. post aerem autem aliqui dicunt aquam esse tale principium. Sed omnes predicti quicunqꝫ vnum subiectum principium ponentes distingunt ipsum contrarijs vt dempsitate et raritate vel magnitudine et paruitate que omnia reducuntur ad excellentiam et

deffectum ut prius est dictũ. Uniuersa autẽ hec esse antiqua opio ꝙ hec tria videlicet vnum et super habundãtia et deffectus principia rerum sunt nõ tamẽ eodez modo ea esse principia. qꝛ antiquiores duo posuerunt ex parte actiui principij et vnuz ex parte passiui. posterioꝝ autem quidã vt plõnici econtrario. duo ex parte passiui magnum scilicet et paruum. vnum vero ex parte actiui. tria quidez igitur dicere principia esse ex his et similibus considerãtibus videbitur aliquam habere rationem. Plura autem tribus ponẽda non sunt cum vnum sit sufficiẽs ad patiẽdum et duo ad agẽdum. Si enim ponãtur quattuoꝛ principia prima cum ipsa sint contraria faciẽt duas contrarietates primas quarum utriqz oportebit supponere alterã quandã naturam mediã et sic sex erunt principia. Si itaqz vna illarum cõtrarietatum poterit ex alia generari altera erit occiosa in ratione principij cum ipsa sit principiata. Preterea impossibile est plures contrarietates primas et principales poni. Substantia enim est quoddam genus entis et principium in quo genere diuersa principia drũt ab inuicez non genere sed scḋm prius et posterius. Cum igitur in vnoquoqz genere sit vna contrarietas prima ad quam cetere reducuntur oportet oẽs cõtrarietates reduci in vnã

Quod igitur nec vnum sit principiuz nec plura duobus vel tribus palam est licet multum sit dubium utrum sint duo vel tria.

Capitulum xij. quod sic incipit. Sic igitur nos dicamus de omĩ genere aggredientes et cẽ. Premittit differentiam inter simplicem et compositã factionem a diũgẽs ꝙ aliter fit aliquid ex subjecto aliter ex priuatione. Deinde cõcludit ꝙ in omni factione preter formam et priuationem requiritur subjectũ et sic tria sunt principia.

Sic igitur nos aggredientes ostendere tria esse principia dicamus primo coĩter de omni genere factionis. hic enim est naturalis ordo scientie videlicet ꝑus considerare comunia deinde circa vnũquodqz proprie speculari. Dicimus enim tam in generatione substantiali in qua fit aliud ex alio. q̃z in factione accidentali in qua fit alterum ex altero: fieri simplex ex simplici vel compositum ex composito: verbi gr̃a. homo fit musicus. non musicus fit musicus. Simplex quidẽ factio est in duobus primis. s. cum dicitur homo fit musicus. et non musicus fit musicus. Composita autem tam ex parte subjecti ꝙ predicati. quando dicitur homo non musicus fit homo musicus sicut compositum ex composito. vel fit musicus sicut simplex ex cõposito. Differenter tamen dicitur fieri aliquid ex priuatione vt est non musicus et ex subjecto ut est homo. qꝛ quãdo ꝑuatio ponitur ut terminus a quo. potest dici hoc fit hoc. ut nõ musicus fit musicus. potest etiã dici hoc fit ex hoc. ut ex nõ musico fit musicus. quãdo vero subjectũ ponitur ut terminus a quo: non semper dicitur fieri hoc ex hoc. ut ex hoĩe fit musicus. sed hoc fit hoc. qꝛ homo fit vel factus est musicus. Eoꝝ etiã que fiũt sicut simplex ex simplici subjecto: ita dicitur fieri aliquid: qḋ ipm permanz re facta ut homo ꝑmanet quãdo fit musicus. ꝑuatio aũt ꝛ forma cui opponitur quãdo ex vno ipoꝛuz dicitur fieri aliquid: nec in gñone simplici nec ĩ cõposita manẽt. ut si ex musico fiat musicũ. vel ex imusico homine: musicus. immusicũ nõ manet. Determinatis igitur his ex omnibus que fiunt ex predictis modis diligenter considerãtis: contingit hoc colligere. ꝙ omni quod fit oportet semper aliquid subici. quod quidem est vnum numero per modum subjecti. tamen est multiplex formali ratione. sicut in homine imusico quod est vnum subjectum quãdo ex ipo fit musicus. nõ est idẽ formale esse hoĩs et musici Cuius signum est qꝛ illud qḋ in hoc subjecto. s. homo im

Capitulum. xiij. quod sic incipit. Dicendum quidẽ igitur primum est quoniam natura et c̃. Primo supponit ꝙ natura sit propter finem et ꝙ necessarium aliquo modo est in ea. secundo improbat naturalia esse ex necessitate materie. tertio ꝙ natura agit propter finem.

Jcendū est primo ꝙ natura est causa agēs propter finē. secūdo quō necessariū reperitur in naturalibus in hanc eius causā. s. necessariā inducūt quidam oīs effectus nature dicētes oīa ex necessitate esse et fieri nō ex virtute alicuius agētis. sed qr apta nata sunt esse talia ut hoc est calidū qr aptū natū est esse tale ꝛ de alijs. Et nāqz si alij assignēt quācunqz aliā causam ut empe. cōcordiā et discordiam. et anax. intellectū. Sinant tales causas quiescere ꝛ gaudere in se ipsis qr nichil faciunt per se ad tales effectus. Habet autē primū dubitationē. vz utrum natura agat propter finē. multa eīm naturalia vīr fieri nō propter finem. neqz propter melius sed ex necessitate materie. sicut pluit jupiter nō propter hūc finem. s. ut augmētet frugmentū sed ex necessitate materie qr aquā sursū ductaz necesse est infrigidari et congelatam ferri deorsum propter grauitatem. Cum autem hoc fiat per accidēs est ꝙ augeatur frugmentū sicut per accidēs est ꝙ tunc perdatur in area cum nō adhuc pluit ut perdatur. Nichil etiam prohibet eodē modo partes in aīalibus naturaliter se habere ut dentes anteriores oriri accutos ex necessitate materie aptos quidem ad diuidendū mollares vero latos utiles ad cōterendū cibum nō ꝙ natura ꝓpter hoc tales fecerit eos sed contingēter hoc euenit. Similiter est de alijs partibus in quibus est aliquis finis. Ubicūqz autē oīs partes sic cōcurrunt sicut si essent facte ꝓpter finem talia entia a casu facta sunt et saluata eo ꝙ apte consistentia sunt. Quecūqz vero nō habent talem aptitudinē perdita sunt et perduntur quēadmodū em ped. dixit. hominigenas quarum inferiora mēbra erāt bouis et superiora hominis qr nō omnia mēbra erant apta ad usum hominis vel bouis cito fuisse destructas. Et idē dixit circa viperas. hec igitur ratio ꝛ si qua est ei similis est propter quā dubitabit aliquis naturam non agere propter finem. Sed impossibile est ista habere hunc modum qr omīa naturalia sunt. aut semper aut sicut frequenter. nichil autem eorum que fiunt a fortuna et casu est semper vel frequenter. unde non pluit multotiens in hieme a fortuna vel casu sed forte sub cane sunt subitō tamen non est cauma ab eis. sicut aliquando in hieme cauma aliter est. Si igitur naturalia videntur esse vel a casu vel propter finem. Non est autem possibile ipa esse a casu. Relinquitur ꝙ sint propter finem. Ibi enim affirmant ꝙ talia sunt a natura. Et itaqz in his que sunt et fiunt a natura actio propter aliquid. Amplius in quibuscūqz naturalibus finis aliquis est propter ipsum agitur quodlibet eorum que sunt ad finem siue prius siue posterius fit ordinatū ad ipsum. Itaqz sicut agitur sic aptum natum est cogi et sicut aptum natum est agi sic agitur nisi impediatur. Si ergo quod est a natura agitur propter finē aptum natum est agi propter ipm ut si domus fieret a natura sic utiqz fieret propter finem sicut nunc fit ab arte. Et si ea que fiunt a natura fierent ab arte eodem modo fieret quo apta nata sunt fieri. videlicet alterum quod est ad finem propter ipsum finem. Omnino autem ars quedam perficit que natura per se operari nō potest. In quibusdam vero imitatur et ideo similiter se habent ad inuicem in naturalibus et artificialibus finis et ea que sunt ad finem. quare manifestum est ꝙ si ea que sunt ab arte sunt propter finem et ea que sunt a natura. Maxime autem manifestum naturam agere propter finem in alijs animalibus que nec arte nec studio nec deliberatione agunt ut aranee et formice in quorum actionibus tantus est ordo ad finem ꝙ dubitatur a quibusdam utrū intellectu aut quadā alia virtute collatiua operentur. paulatim aūt procedēti ad cōsiderationē vegetabiliū in plātis apparēt quedā expediētia fieri ꝓpt finē. ut folia ꝓpt cooperimētū fructus quare si naturalia agūt ꝓpt finē ut irūdo nidū ꝓpt fetū. i. prolem

aranea telam propter predam plante folia propter fructus et radices deorsum gratia vegetandi manifestum est quod causa finalis est in his que sunt a natura. Et quoniam natura dicitur de materia et forma. et hec secunda est finis sicut propter finem sunt alia ita materia est propter formam.

Capitulum. xiiij. quod sic incipit. Peccatum fit in his que sunt secundum artem et cetera. Ostendit tam artem quam naturam agere propter finem non obstante quod aliquando in eis accidit impedimentum et peccatum quibus declinatur a fine non obstante etiam quod non agunt deliberando.

Peccatum autem accidit in his que sunt ab arte sicut gramaticus interdum scribit non recte et medicus non recte sumit potionem et eodem modo contingit in natura. Si igitur in arte sunt quedam in quibus quod recte fit agitur propter finem in quibus etiam peccatur et nichilominus in his agitur propter finem quod factum fuit in substantijs que empe. pasuit fuisse bonigena. In talibus enim accidit impedimentum propter quod non potuerunt venire ad aliquem terminum et finem debitum corrupto principio a quo facta sunt sicut et nunc accidit in his que fiunt ex semine quando corrumpitur. Et bene potest impedimentum tale in phisicis accidere quia in animalibus que fiunt ex semine necesse est prius fieri semen ex quo tamen non fit statim animal sed prius est in alle naturaliter et faciliter patest recipere alterationes diversas ex quibus debita formatio impediretur. Amplius in plantis est aliquid ordinatum ad finem licet minus distinctum quam in animalibus unde sic in istis potuerunt contingere monstra ut bonigena et viripera corrupto principio. ex quo ita in arboribus potuerunt accidere vingene et olimpere tanquam monstra ipsorum. Nec solum in formatione eorum que fiunt ex semine patest accidere peccatum verum etiam in ipsis seminibus quoniam fiunt ex aliquo patest impedimentum esse et aliquid accidere contingenter. Omnia autem destruit naturam et ea que ab ipsa sunt ille qui dicit ipsam non agere propter finem. Quecumque enim sunt a natura sic sunt quod continue mota a quodam principio intrinseco accedunt ad aliquem finem. Ita tamen quod unumquodque non fit ab unoquaque principia sed determinatum a determinato quod quidem semper tendit ad eundem finem nisi aliquid impediat. Fimo itaque est propter finem fieret aliquando a fortuna sed per accidens sicut aliquando dicimus hic extraneus a fortuna venit huc nisi antequam recederet intrauit balneum tanquam si propter hoc venisset cum tamen non venit propter hoc sed accidit ipsum balneatum esse et sic fortuna que est causa per accidens. Si autem semper hoc fiat aut frequenter iam non est per accidens nec a fortuna. In naturalibus semper sic fit sicut requirit finis nisi impediatur. Inconueniens autem est opinari naturam non agere propter finem quia in ea non est principium mouens ex deliberatione cum ars non deliberet in multis. Si enim virtus factiua nauis esset in ligno tanquam principium naturale. Ita sine deliberatione natura fecisset nauim sicut fit nunc ab arte sic igitur ars est propter finem et natura. Et hoc manifestum est in exemplo medici sanantis se ipsum qui ex propria arte tanquam ex principio intra agit propter propriam sanitatem cui assimilatur natura propter principium intra sic igitur patet naturam agere propter finem.

Capitulum decimum quintum quod sic incipit. Quod autem ex necessitate utrum ex suppositione et cetera. Determinat quod in phisicis necessitas est ex suppositione et hic imponit necessitatem his que sunt ad finem sicut principia conclusionem.

Uoniam autē necessariū est duplex. vno modo simplr ut quod est ex natura sit ex alio intrinseco. alio modo ex alterius suppositione. dubitatur utrū in phicis necessariū existat simplr aut ex suppositione. Quidā tamē opinātur q in rebus generabilibus necessitas simpliciter insit ex materia quēadmodū si quis dicat murū vel domū sic dispoṅi ex necessitate materie propter quā grauia deorsum in fundo oportet collocari lateres vero esse super ipm propter leuitatem. ligna autē supeminere q2 leuissima sunt. Sed licet domus nō sit sine his tamē nō est propter hoc tanq propter necessariā causā. s. tanq materialē sine qua potest esse sed de necessitate talis est propter finē qui est protegere a caumatibus et pluuijs et eodē modo in omnibus q sunt propter finē qualia sunt naturalia necessitas est ex fine. Omnis enī talia nō sint sine materia debita nō tamē sunt propter eam sic sicut propter materiā sed ponit propter finē ut serra est ferrea et dētata propter opus serrandi qd opus impossibile est fieri nisi sit ferrea et ideo necesse est ferreā esse si debet esse serra et opus ipsius. Ex suppositione igitur est necessariū in phicis nō q necessitas imponatur fini sed ex fine imponitur materie cum finis sit ratione cuius inest necessitas materie. Est aūt necessariū in scientijs demōstratiuis et in his que fiunt per naturā aliquomodo similiter vellut necessitas conclusiōis est ex suppositione premissa2 ut angulus exterior trianguli equipollet duobus intrinsicis necesse est triangulū habere tres angulos eqles duobus rectis. In his etiā si principia sunt necesse est conclusionē esse et nō ecōtrario potest enim conclusio nō. si premisse non sunt ut si tres anguli nō sunt equales duobus rectis nec angulus exterior equipollet duobus intrinsicis. in his autē que fiūt propter finē et econtrario q2 finis tenet rationē principij nam si finis erit aut est et ea que sunt ad finem necessario erunt aut sunt. Si nō sunt ea que ad finē nec finis est sicut non est conclusio nō sunt premisse finis etiā est principiū nō actionis sed rationis finis etiā ita est ratio agendi que non est actus. Si igitur est forma domus que est finis domificationis necesse est materiam esse que est propter domū s. lapides et lateres et non q domus sit propter hoc nisi sint et materia. Et q finis non sit forma propter ista tamen non erit finis si ista et ideo cum hec non sint non erit domus sicut nō erit serra si non sit ferrum nec premisse si non sit conclusio. Manifestum est igitur q esse ex necessitate est in naturalibus ita tamen q hoc imponitur materie et motibus siue dispositionibus ipsius ex fine itaq2 enim sunt naturales cause principaliter tamē finis cum hec sit causa materie et non econtrario. Finis autē cuius causa est principium sumptum a diffinitione et ratio rei. Sicut enim est in artificialibus finis acceptus in eorum diffinitione est causa imponens necessitatem materie. verbi gratia. si domus est talis q cooperiat de necessitate oportet materiam eius sic disponi. Et si sanitas est talis habitudo oportet ex necessitate humores sic disponi. Ita et in phisicis si finis talis est et ea que sunt ad finem talia erunt. Fortassis autem in phisicis necessarium accipitur ex his que sunt in diffinitione ut si quis diffiniat opus serrandi dicens quoniam est talis diuisio scilicet in ligno. necessarium est si hoc opus esse debet ex serra ipsam habere tales dentes hi autem esse non possunt nisi ferrū sit. et sic oportet eam esse ferream vnde etiā diffinitione rerum naturalium sunt quedam partes ut materia.

Quoniam autem natura est principium motus et mutationis et c.

Huius libri capitulum primū ostendit necessitatem determinan-

di de motu et consequentibus ipsum adiungens quasdam diuisiones neces sarias ad inuestigandum diffinitionem motus.

Quoniam natura est principiū motus status et mutationis. Scientia autē presens est de natura oportet nō ignorare quid est motus qr necessariū ē ipo ignorato ignorari naturā. Determinātibus autē de motu tētandū est aggredi de cōsequētibus ipm quorū primū est continuum qm motus est de numero continuorū. secundum est infinitū quod ponitur in eius diffinitione. cōtinuū quod est diuisibile in infinitū. Adhuc autem sine loco et vacuo et tēpore īpossibile est esse motum propter hoc igitur et qr hec tria sunt comunia omibus rebus naturalibus in quibus esse videntur intendendum est disputatiue de vno quoqz istorum incipiendo a comunioribus qr consideratio de proprijs posterior est ea que de comunibus. Primū igitur cōsiderādum est de motu ad cuius inuestigationē sciendū est φ de numero entium aliquid est in actu completo aliquid tantū in potentia. Et eorum que sunt actu aliquid est substantia aliud quale vel aliquod aliud predicamentū entis de quoꝫ numero est ad aliquid cuius vna species est secundū super habundantiā. ꝛ deffectum ut duplum et subduplū alia secundū actiuū. et passiuū et olno motiuū et mobile. nam motiuū est motiū mobilis et mobile a motiuo est mobile. Non est autem motus preter res ad quas est motus. cum omē quod mutatur aut secūdū substantiā aut secūdum quātitatē aut secundū qualitatē aut secundū locum mutetur. extra que nō est accipere vnum comune quod nō sit aliquod predictorū quare nec motus erit extra predicta cum nichil sit extra ipa. Vnūquodqz autē istorū dupliciter dicitur substantia enim aliquid dicitur per modū forme et aliquid per modū priuationis. quātitatis vero aliud perfectū aliud diminutū. qualitatis autē aliud album aliud nigrū et secundū loci mutationē aliud sursum aliud deorsum qr igitur ī quolibet horum pūt reperiri duo termini potest in quolibet saluari mutatio et sic tot sunt species motus quot entis predictorum quattuor generum.

Capitulū secundū quod sic incipit. Diuiso autē secundū vnūquodqz genus et c̄. Concludit primo φ motus diffinitio est actus entis in potētia secundū φ in potentia. Secundo declarat primum. s. φ est actus entis in potentia. tertio φ secundum φ in potentia. quarto confirmat utrumqz.

Quoniam autē diuiso est secundū vnūquodqz genus esse in actu vel potentia et motus nō potest esse eorū que sunt actu perfecto. quia ad hec terminatur nec eorum que sunt in potentia simpliciter qr a tali incipit diffinitio motꝰ. relinquitur φ motus est actus entis in potentia secundū φ in potentia verbi grā. Alteratio ē actus alterabilis in quantū est alterabile siue possibile alterari augmentū est actus augmentabil' in quantū augmētabile. et diminutio actus diminuibilis in quantū diminuibile. Non enim est comune nomē augmētō et diminutioī sicut alteratio. comunis est omī alterationi generatio etiā et corruptio actus est generabil' et corruptibilis ꝛ loci mutatio actus scōm locū. Quod autē motus sit actus manifestū est hedificabile enim in quantū hedificabile quando hedificatur tūc dicimus esse in actu hedificādi et tūc dicimꝰ hec est hedificatio. Similiter ē doctrinatio cū actu docet doctrinabile ꝛ medicatio cū actu medet medicabile et sic de alijs. Qm̄ aūt eadē sūt et ī potētia et ī actu nō quidē sil' et scōm idē sed potius diuersis respectibus sic aliqd est potētia calidū et actu frigidū multa adinuicē agūt et patiūtur quorum quodlibet est actiuum ꝛ passiuum mobile et motiuum propter quod omē mouēs phice mobile erit. cū sic moueat

in quãtum est actu quod mouetur in quantum est potentia. Ex qua ratione quibusdam videtur quod omne mouens mouetur. de hoc tamen magnifestum erit in octauo quod est quoddam mouens immobile non tamen sit magnifestum quod motus est perfectio entis in potentia in quantum ipsum est mobile quando actu mouetur ab agente extrahente ipsum de potentia ad actum. Dico autem motũ esse actum entis in potentia in quantum in potentia quia nõ est motus entis actu in quãtum est actu sicut motus ad fieri statuam nõ est in ere in quãtum es actu es sed in quãtum est potentia statua. non enim idem est scdm rationẽ esse eris in quãtum est es et potẽtia mobile ad aliquid aliud quoniam si simpliciter et scdm rationẽ idem essent motus esset actus entis in actu scdm quod in actu ut motus eris ad statuam esset actus eris in quãtum est actu. es nõ est itaque idem esse actu eris et esse potẽtia aliud. Magnifestum est autem quod non dicitur in contrarijs. nam posse sanari et posse infirmari diuersa sunt. Si autem idem esset simpliciter esse in actu et in potentia cum idem subjectum quod actu sanum est sit potentia infirmũ idem esset sanari et infirmari idem enim subjectum ut pote humiditas vel sanguis est sanabile potentia et actu infirmum. Quoniam igitur non est idem esse actu tale et potentia aliud sicut nõ idem est color et visibile cum motus nõ possit esse entis in actu secundũ quod in actu relinquitur quod sit actus entis possibilis in quãtum possibile. Quod quidẽ motus sit actus huius et tunc mouetur aliquid quando inest ei talis actus ostensum est tamẽ hoc idem sic patet. Contingit enim vnũquodque aliquãdo operari et aliquando non quãdo enim hedificabile est tãtum ens in potentia nõ est sub opere et tunc non est eius motus sed quãdo est actus eius in quãtum hedificabile tũc est motus qui dicitur hedificatio aut enim actus talis est qui dicitur hedificatiua ut domus facta. Sed cũ domus iam est facta nõ amplius est hedificabilis. quia quod est nõ fit. hedificatur autẽ id quod est hedificabile. relinquitur ergo hedificationẽ esse actum et cum ipsa sit motus necesse est motum esse quemdam actum. Et quod dictum est de motu hedificationis intelligendum de alijs motibus.

Capitulũ tertiũ quod sic incipit. Quod autẽ bene dictum sit magnifestũ est et c. Ostẽdit motum esse bene diffinitum primo ex dis que alij opinati sunt de ipso secundo quia est actus imperfectus propter admixtionem potentie.

Quod autem bene dictum sit motum esse actum entis in potentia magnifestum est quod tam ex his quod alij dixerunt de ipso quam ex hoc quod non est facile ipsum diffinire eo quod nõ potest poni in alio genere actus. Hoc autẽ patet ex hoc quod quidam dicunt motũ esse alteritatẽ et inequalitatẽ et nõ ens. Quod dictũ apparet falsũ. primo quia nullum predictorum necesse est moueri nõ enim mouentur aliqua quia sunt altera nec quia inequalia nec quia non entia. Secundo quia nullum predictorum magis est principium vel terminus motus quam eius oppositum. Causa vero propter quã ipsum in talibus generibus ponunt est quia videtur ipsum esse aliquid indeterminatũ cũ sit de numero principiorum coordinationis priuatiue quod principia eo sunt indeterminata quo sũt priuatiua. Quod autẽ motus de talibus sic patet ex hoc quia nec est substãtia nec qualitas nec aliquod de numero predicamentorum dicentiũ positionẽ. Videri autem ipsum esse indeterminatũ causa est quia nec poni potest in genere eorum que sunt in pura potentia nec simpliciter in actu. verbi gratia non est possibile moueri quantitatem in pura potentia existentem nec eam que simpliciter est in actu. Et motus quidem videtur esse quidam actus tamẽ imperfectus propter admixtionẽ potẽtie. ideo enim imperfectũ est cuius actus admiscetur potẽtie semper ergo talem imperfectionem difficile est

accipere qd sit motus qꝛ aut necesse est ipm ponere aut in priuationē aut in potentiam. aut in simplicem actum quorum nullum videtur et conueniēs aut relinquitur esse modus predictus.s. ꝙ sit actus entis in potentia sicut diximus et licet hoc sit difficile intelligere contingit tamen et possibile est ita esse.

Capitulū quartū quod sic incipit. Mouetur autem et mouens ꝛ oīe sicut dictum est et c̄. Primo magnifestat ꝙ oīe mouens phice mouetur. secundo concludit ꝙ motus est actus rei mobilis. tertio ex hoc ostendit magnifestum esse dubium quo consueuit queri vtrum motus sit in moto vel in mouente qꝛ est actus elicitus a mouente et receptus in moto.

Mouetur autem oīe mouens phice sicut dictum est cuius ratio est qꝛ cum sit mobile in potentia quando mouet inest ei actus in quātum mobile et per hoc inest ei motus. Preterea illud cuius imobilitas est quies. mobilitas est motus. qꝛ cum motus inest huic imobilitas quies est mouenti autē phice dum mouet inest mobilitas. Adhuc agere phicum est ipm mouere hoc autē facit tangēdo quare simpliciter patitur ab eo ī quod agit ac per hoc mouetur vnde qꝛ motus inest semp oīm quod mouetur patet ꝙ motus est actus mobilis in quātum mobile. Et qm̄ conuenit hoc mobile moueri mediante tactu similiter ab eo patitur mouens. In oīm autē motu semper extimabitur esse aliqua forma que est ratio mouendi et hec erit aut substātialis aut qualis aut quāta que est pncipiū et causa motus per quā mouens id quod tale est in potentia mouet ad simile sibi in actu ut in generatione homo actu ex homine exīte in potentia facit hominē actu. Et dubium autē de subiecto motus iam magnifestum est nam ex dictis patet ꝙ motus est in mobili aut in subiecto cuꝫ sit actus mobilis ipius licet sit ad hoc quod mouet non eīm potest esse elicitiue actus alterius ꝗꝫ mouētis. Oportet enī eundē esse actū mouentis et mobilis. nam motiuum est quod habet potētiam ad mouēdum mouens autē quod actu mouet vel agit istud autem est actuū mobilis quare vnus actus est utriusqꝫ sicut eadem est distantia vnius ad duo et duorum ad vnum. et similiter idem spacium ascendētis et descendentis tamen cum sic sint vnum re ꝙ dnt̄ ratione et eodem modo idem est actus mouentis et moti tantum dr̄ens ratione.

Capitulū quintum quod sic incipit. Habet autē deffectum rationalē et c̄. Premissa dubitatione. vtrum actio et passio sint duo actus. secundo arguit ꝙ nō potest esse vnus. tertio soluit ostendens ꝙ sint idem motus siue actus secundum rem differens tamen secundum rationem.

Habet autem dubitationem rationabilē vtrum actio et passio sint idem actus Fortassis enim necesse est quemdā actum esse actiuum qui dicitur actio. passiuum autem palo quod ex hoc inferatur qꝛ opus et finis actiui est actio passiui autē passio. Sed hoc est impossibile qm̄ si duo sunt cum uterqꝫ sit motus oportet eos esse ī aliquo aut ergo utriqꝫ sūt ī agēte aut in patiēte aut actio in agēte et passio in patiente non eīm potest dari quartum videlicet ꝙ actio sit in patiente aut passio in agente. qꝛ tunc passio diceretur equiuoce cōueniret ei nomē passionis. Si ergo utriqꝫ est in agente equiuoce vel actio ī agente et passio in patiēte sequetur ꝙ oīe mouens moueatur cum actio sit motus et omne id mouetur in quo est motus aut quod habens motum non moueatur. Si autem utrumqꝫ est in patiente et moto scilicet actio et passio et doctio et doctrina q̄ sunt duo et ambo sunt in adiscēte sequerētur duo incōuenientia. sequeretur pmo ꝙ actꝰ vniuscuiusqꝫ agētis nō erit ī ipo. Secūdo ꝙ patiēs ꝛ motū

duobus motibus mouebitur et sic due alterationes vnius speciei erunt in eodez qd est impossibile. Sed dicetur q sunt ambo idē motus et actus hoc autē inconueniēs videtur propter quattuor. pmo qz irrationabile est duoꝝ diuersoꝝ scd̄m speciē eundē et vnum esse actū. Preterea si actio et passio sunt idē doctio et doctrina erūt idē. Preterea docere et adiscere erūt idē et etiā agere et pati. Ex his autē necesse erit oēm docentē discere et agentē pati. Dicendū ad hoc q actio et passio sunt idē actus siue idē motus qz nō est inconueniēs actum vnius esse in altero ut id qd est ab vno effectiue sit in alio subjectiue. Et eīm doctio est actus huius docētis receptus tamē in quodam adiscente et nec diuisus ab eo. est eīm actus huius docētis in hoc adiscente. Nec impossibile est eundē esse actū duoꝝ ut pmo objectū est. hic tamē actus non est idem scd̄m rationē sed tātum scd̄m rē. eodē modo quo in habitudo passibilis est ad agens eadē re et nō ratione. Nec sequitur q si agere et pati sint idē motus q per hoc necesse sit docentē adiscere ut arguebatur. quarto qz nō sunt idē scd̄m vnā rationē dicentē q quid est. sicut sunt idē tunica et indumentū: sed potius sunt idē sicut via a thebis ad athenas et ecōtrario. Sicut dictū est prius: qz ita est vna scd̄m spaciū q alia ratio est in ea ascensus et alia descensus. Non eīm oīa que alijs dr̄ eadē sunt simpliciter eis eadē propter quancūqz idēptitatē sed solū his quibus esse diffinitū est idē. At vero nō sequitur q si doctio et doctrina sūt idē actus q adiscere et docere sūt idē ut arguebatur tertio. sicut nō sequitur q si idē spaciū sit duoꝝ distātium q distare inde huc et hinc et illuc sint idem. Dico autē nec doctio cum doctrina nec actio cum passione idē sunt proprie et formaliter ut arguebatur secūdo. sed hic motus cui hec insunt vnus est idem. n. actus est huius agētis in hoc patiēs et huius paciētis ab hoc agēte alterū est ratione. Quid igitur motus sit et vniuersaliter etiaz scd̄m eius spēs dictum est.

Manifestū est eīm ex dictis qūo determinabitur vna queqz spēs ipsius. alteratio quidē est actus alterabilis scd̄m q alterabile. Amplius dicere motuz esse actū mobilis in quātum huius verius est et melius q̄ dicere ip̄m esse potentiam vel perfectionem actiui et passiui simpliciter vnde hedificatio est actus hedificabilis in quātum hedificabile et eodem modo dicendum est de alijs speciebus motus.

Capitulum sextū quod sic incipit. Qm̄ autē de natura scientia est circa magnitudines et tempus et c̄. Probatur primo ex his circa que scientia naturalis q ad ipsam pertinet cōsideratio de infinito. secundo cōfirmat hoc per cōsiderationem antiquorum. tertio subjungit q infinitum rationabiliter ponitur habere naturam principij et quod est ingenitum et incorruptibile continens omnia habens esse diuinum.

Qoniam autem scientia naturalis est circa magnitudines tempus et motus quorum vnumquodqz necesse est aut infinitum: aut finitum esse q̄uis non omne ens sit aut finitum aut infinitum. Qualitas enim et punctum sunt de numero talium quibus non competit per se ratio finiti vel infiniti. inconueniens est negociantem de natura considerare si est aut non est infinitum et si est quid est. Signum aūt huius q scientie sit propria consideratio de ipso est q omnes qui videntur rationabiliter tetigisse naturalem phiam fecerunt mentionem de infinito. Et omnes ponunt ipsum tamq̄z quoddam principium eorum que sunt sed differenter.

Alij namqz ut pictagorici et plato dicunt infinitum esse non sicut accidens a-

licui nature sed per se et sicut substātiā et isti iter se dupliciter dixit. pmo pictagorici di-
cunt ipm esse nō abstractū sed in sensibilibus sed etiā esse extra celū; plato autē nichil
ponit extra celū qr nec corpus nllū ibi ponit neqz ydeas cum dicatur esse nusq͂ ponit
etiā infinitū esse tam in sensibilibus q͂z in ydeis Secundo differūt qr pictagorici di
cunt numerū parez esse finitū eo ꝙ est cōprehēsus et cōclusus sub īpare adhibitis
que sunt infinitatē. cuius signū est qr circūpositis nominibus vnū circa vnum et extra
ipm quādo hoc fit per numerū parē semper fit alia spēs figure quādo vero per īparez
semper fit eadē. Si eim vni addatur pmus numer9 par scilicet binarius fit figura tri
anguli si ad hāc addatur secundus par. s. quaternarius fiunt septē que nō sunt eiusdē
figure specifice cum ternario et sic semp addēdo per ordinē parē numerū mutabitur
spēs figure qd nō accidit per numerū imparē. Si eim vni addātur tria q͂ sunt primus
numerus impar reddit quatuor cuius est figura quadrata Et sibuic addātur quinqz
que sūt secūdus impar fiunt nouē q͂ sunt eiusdē figure et sic per ordinē addēdo nume
rum imparē reddatur figura eiusdē speciei. plato autē duo infinita facit. s. magnum
et paruum. De natura autē oēs naturaliter loquētes semper subiciūt infinito ali
quā naturā dictoꝝ elemētoꝝ. s. aquā et aerē aut mediū horum. Ita tamē ꝙ null9 isto
rum qui posuit elemēta esse finita secundū numerū dixit ea ia esse infinita cum hec se
quātur naturā elemētoꝝ. Qui cunqz autem faciūt elemēta infinita ut anaxagoras
partes similes et democritus athomos quos dicit semīa ex quibus per contactū figu
rarum fit cōtinuum tales dicunt esse aliquid infinitū differūt tamē ab inuicē. qr anax.
dicit quodlibet esse in quolibet eo ꝙ videt quodlibet fieri ex quolibet hinc eim videtur
ꝙ oīs res simul fuerint mixte ut caro os et quodlibet aliud. ita ꝙ tunc sic erāt simul in
vno. hec eim similitas nō solū est pncipiū in quolibet per se sūpto ꝙ ex ipo aliud disgre
getur seu extrahatur sed etiā est pncipiū oīm qm̄ oēe quod fit ex tali corpore fit ī quo
oīa fuuit simul. Et qm̄ oīm est generatio licet nō simul ideo oīa fiūt ex illo ī quo prefue
runt. Adhuc autē cōcurrit quoddā pncipiū efficiēs gnōnis qd iste vocat intellectum. In
tellectus eim intelligēdo operatur ex quoddā materiali pncipio in quo necesse est si
mul aliquādo oīa esse et aliquādo moueri ad actū essendi per intellectū disgregantē.
Democritus autē nichil alterū dicit fieri ex altero. sed quoddā commune corpus e
pncipium magnitudinis differēs tamē scdm partes et figura ex quibus fiunt diuersa
Quod igitur sit cōuenieēs phicis speculatio de infinito magnifestum est. Ratio
nabiliter autē oēs posuūt infinitū esse pncipiū. qr nec potest esse frustra nec possibile ē
aliā potentiā quā pncipium in esse eidē. Omnia eīm aut sunt pncipiuz aut ex pncipio.
magnifestū autē ꝙ nō potest esse ex pncipio qr tunc esset quoddā pncipium et per con
sequens finis. Amplius si finitū cum est quoddā principium ingenitū est et incor
ruptibile. Ingenitū quidē qr oēe qd fit ita habet pncipium ꝙ necesse accipit finem.
Incorruptibile qr oīs corruptiōis est aliquis finis et oēe corruptibile finibile. Sicut
ergo diximus nō est infiniti pncipium sed hic vr̄ esse pncipium alioꝝ. Et vr̄ conti
nere oīa et etiā gubernare sicut affirmāt qui extra ipm nullā faciunt aliā causā ut intel
lectum aut concordiam. Et hec videtur esse diuinū sicut dicunt anaxīandros et pluri
mi phorum.

Capitulum septimum quod sic incipit. Esse autem aliquid infinitum fides
ex quinqz contingit et c. Arguit quinqz rationibus infinitum esse adiungēs
ꝙ siue ponatur esse substantia siue accidens maxime phici est cōsiderare si est
magnitudo sensibilis infinita.

sse autẽ aliquid infinitũ opinari cõtingit intendẽtibus maxime ex quinqz. Et ꝑmo ex tẽpore qḋ videtur esse infinitũ. Secũdo ex diuiõne magnitudinis i qua mathematici utũtur infinito dicẽtes ꝙ diuiditur in infinitũ. Amplius sic solũ et nõ aliter potest semꝑ cõtinuari generatio et corruptio si ponitur duratio infinita. Amplius omne corpus finitũ semꝑ includitur et terĩatur ad aliquid et hoc ad aliud et sic semꝑ proceditur nec est dare terminũ ultimũ sed semꝑ necesse est includere alterũ ad alteꝝ in infinitũ. Maxime autẽ et magis proprie quintuz facit oĩbus dubitationẽ de positione infiniti, videlicet ꝙ intellectui aliquid respondet in re nec est difficere quin semꝑ eidẽ correspõdeat res. Et qꝛ intelligitur numerus crescere in infinitũ idcirco videtur esse infinitus et eodẽ modo magnitudo infinita est cuz intelligatur diuidi in infinitũ et extra celũ est spaciũ infinitũ sicut cõcipit itellectus. Est etiã ibi corpus infinitũ et mũdi .s. infiniti qꝛ nõ est ratio quare sit magis vacuũ in vna parte ꝙ̃ in alia quare si in vno loco est magnitudo et ubiqz oportet esse. Si autẽ dicat totũ infinitũ qḋ est extra celũ esse vacuũ erit ibi locus infinitus et per cõsequẽs corpus infinitũ qꝛ locũ infinitũ aliquãdo cõtingit esse plenũ corpore et si cõtingit ergo est cuz sit perpetuũ cõtingere eim ab esse nichil dĩt in perpetuis. Habet ergo dubitatiões cõsiderario de infinito qꝛ si nõ põtur esse: multa impossibilia accidũt ut dictuz est. Si autẽ ponatur esse dubiũ est utrũ sit substãtia vel accidẽs inherẽs alteri tamẽ si ẽ infinitum siue vnum siue plura sint scõm magnitudinẽ. Maxime autẽ phisici est considerare si est magnitudo sensibilis infinita.

Capitulum. viij. quod sic incipit. Primũ igitur determinãdum quot modis ⁊ c.

Primo distinguit quot modis dicitur infinitũ. secũdo probat tribus ratioibus ꝙ nõ potest esse aliquid infinitũ separatũ a sensibus. tertio ꝙ rationi corporis et numeri repugnat infinitas.

Rimo igitur determinãdum ꝙ infinitũ vno modo dicitur qḋ impossibile est ꝑ transiri qꝛ nõ est aptum natũ habere transitũ sicut vox est inuisibilis qꝛ non est apta nata videri. Alio modo ꝙ quidẽ habet transitũ tamẽ per suũ excessuz est incõmensurabile aut vix mẽsurari potest ut profunditas maris. Tertio qḋ est aptum natũ habere finẽ ⁊ transitũ et nõ habet. Amplius aliquid potest intelligi esse infinitũ ut scõm appositionẽ aut scõm diuisionẽ aut utroqz modo. Separatũ quidẽ infinitũ a sensibilibus esse aliquid ĩpossibile est qꝛ si tale poneretur nõ posset esse substantia nec accidẽs. Substãtia quidẽ nõ: qꝛ hec circũspecta quãtitate et quolibet accidẽte indiuisibilis est cum omne per se diuisibile sit aut magnitudo aut multitudo indiuisibile autẽ nõ potest esse infinitũ nisi secũdo modo. sicut vox dicitur inuisibilis nõ sic autẽ dicũt hij qui affirmãt infinituz esse nec nos sic querimus. sed si est sic intrãsibile potest tamẽ transiri. Si autẽ infinitũ est scõm accidẽs nõ erit ꝑncipiuz eoꝝ que sunt sicut inuisibile nõ est ꝑncipiuz locutiõis ꝙ̃uis vox sit inuisibilis qꝛ hoc accidit ei. Amplius quõ cõuenit ipm infinitũ esse separatũ: passio eim minus separabilis est ꝙ̃ eius subiectuz sed nõ contingit numerũ et magnitudinẽ quoꝝ per se passio est infinituz esse separata ergo ipm minus cõtingit separatũ esse. Preterea manifestũ est ꝙ nõ contingit infinitũ esse quoddã ens actu quod sit substãtia ⁊ ꝑncipiuz qꝛ si tale ponatur et sit partibile quodlibet ipius acceptũ per se erit infinitũ sicut et quelibet pars eius est substãtia ita erit infinita aut ergo erit impartibile aut in infinita diuisibile hoc autẽ est impossibile quõ vnuz nõ potest esse multa infinita. Et bene dico ꝙ si erit diuisibile quelibet pars eius erit infinita esset enim eiusdem rationis in toto et in parte. Sicut ergo quelibet pars

aeris est aer. Ita quelibet pars infiniti est infinitũ si ipm est substãtia et principiũ sic et est in eo infinitas et entitas. Impartibile ergo oportet ipm esse si est substãtia. Sz impossibile est infinitũ actu esse impartibile cuz habeat quãtitatẽ relinquitur igitur ꝙ sit accidẽs ex quo sequitur ꝙ nõ potest esse ꝑincipiũ sed magis erit illud cui accidit. verbi gr̃a aer aut numerus par. Inconueniẽter itaqz infinitũ esse dicũt pictagorici ꝛ sequaces faciẽtes ipm substantiã et cum hoc indiuisibile. Sed tamẽ queritur utrum in methaphisicis et intelligibilibus ac in nõ habẽtibus ullam magnitudinez cõtingit esse infinitũ fortasse magis vlis questio ꝙ̃ se extẽdat cõsideratio phica. Nos eim intendimus ad presens de sensibilibus de quibus scientiã hanc facimus ut in ipis est, an nõ est corpus infinitũ in augmentũ. Rationabiliter tamẽ speculãtibus rationẽ corporis et numeri videtur nõ posse in eis esse in actu aliquid infinitũ si eim diffinitio corporis est esse superficie terminatũ nõ erit corpus sensibile vel intelligibile infinitũ qꝛ omẽ terminatũ neccessario est finitũ. At vero neqz numerus aliquis potest esse sicut separatus a sensibilib9 et infinitus ois eim numerus et omẽ habẽs ipm est numerabilis, tale autẽ potest numerari et per cõsequẽs ꝑtransiri. Igitur nullus numerus est infinitus.

Caplm. ix. quod sic incipit. Phisice autẽ magis cõsiderãtibus et c̃. Probat naturali ratione ꝙ nec corpus cõpositũ nec simplex potest esse infinitũ.

Phisice autẽ cõsiderãtibus magis apparet impossibile omẽ corpus sensibile infinitũ qꝛ nec cõpositum nec simplex huius esse potest. Cõpositũ quidẽ nõ erit infinitũ si elemẽta ex quibus cõponitur sint infinita scd̃m multitudinẽ qꝛ non vnũ illoꝝ nõ oia possunt esse infinita scd̃m magnitudinẽ Ex finitis autẽ multitudine et magnitudine nõ potest fieri nisi finitũ. Qd̃ autẽ vnũ ipsorum nõ possit esse magnitudine infinitũ sic patet. Cum eim sint plã habẽtia virtutes cõtrarias si debet ex eis fieri vnũ cõpositum oportet virtutes cõtrarias equari vno autẽ ipsorum infinito existẽte nec virtus eius in infinitũ excedit virtutes alioꝝ et sic corrũpet alia Et si ponatur ꝙ infinitũ de natura sua sit minoris potẽtie ꝙ̃ finitũ de sua hoc nõ obstat qꝛ ꝙ̃tũcũqz deficiat virtus naturalis corporis infiniti a virtute corporis finiti verbi gr̃a. Si ignis finitus sit et aer infinitus. hoc solũ posito ꝙ aer quãtũcunqz multiplicatus equatur cuilibet igni dato habẽti tamẽ certũ numerũ et gradũ magnitudinis sequitur ꝙ infinitũ corpus excedit finitũ in virtute et sic corrũpet ipm ergo nõ potest vnũ ipoꝝ esse infinitum. Vnũquodqz etiã ipoꝝ infinitũ esse impossibile est qꝛ cũ corpus habeat dimẽsiones ad omẽ diametrũ corpus infinitũ sine termino extẽdetur et oẽm locũ occupabit et ideo nõ poterit esse plus ꝙ̃ vnũ. At vero nec cõtingit esse corpus vnum et simplex infinitũ nec si tale ponatur aliud ab elemẽtis ex quo oia fiant nec simpliciter quidam eim dicũt quoddã corpus aliud ab elemẽtis esse infinitũ nõ tamẽ aliquod ipsorũ elemẽtoꝝ qꝛ si esset aliquod ipoꝝ infinitũ cum habeant cõtrarietatẽ ad inuicẽ ut aqua est frigida et ignis calidus et illud corrũpet per suam infinitã virtutem propter hoc ergo dicunt corpus vnum simplex infinitũ alterum esse ab istis Impossibile tamẽ est tale corpus esse nõ accipiendo hanc impossibilitatẽ ex hoc ꝙ ponitur infinitũ qꝛ de hoc dicetur aliquid comune tali corpori et elementis. Sed accipiendo eam ex hoc ꝙ nõ est dare tale corpus sensibile preter elementa quod sic patet. Omẽ qd̃ ex aliquo est resoluitur in id ex quo est sed nullum est corpus sensibile preter elementa in quod fiat resolutio compositorum ergo nullum tale simplex est. Nec possibile est ignem aut aliquod elementorum esse infinitum qꝛ etiam si nulla eius pars esset infinita sed

totum haberet infinitā virtutē que oīa alia corrūperet et sic nullum corpus preter ipsum posset esse vel fieri sed oīa converteret in se sicut eraclitus dixit oīa aliquando fieri ignem. Et eadem ratio est de illo corpore quod phisici dicunt preter elementa infinitum esse quia cum ex ipso dicant fieri elementa et mutetur quicquid mutatur ex cōtrario in contrarium iam haberet contrarietatem ad ipsa ut ex calido in frigidum.

Capitulum decimū. quod sic incipit. Oportet autē de omī in his considerare et cē. Probat autem ꝙ corpus sensibile non potest esse infinitum sive sit partium eiusdem rationis sive alterius.

Portet autem in sensibilibus naturaliter considerare de omī corpore quod impossibile sit aliquod tale infinitū esse. Supponatur itaqꝫ primo ꝙ omne sensibile est aptum natum esse alicubi. Secundo ꝙ vnius cuiusqꝫ corporis est proprius locus. Et tertio ꝙ idem locus est totius et partis ut totius et terre et vnius glebe et ignis totius et scintille. Si igitur ponatur corpus infinitū eiusdem rationis in toto et in parte habebit locum proprium per secundam propositionem in quo aptum natum erit esse per primā. In hoc autem loco aut erit imobile aut semper movebitur. semper autē ipm moveri est impossibile cum nō sit ratio propter quā magis sursum ꝙ deorsum moveatur. tale autē corpus esse imobile aut semper moveri necesse est si aliqua eius pars alicubi moveatur aut alicubi maneat locus eīn totius corporis cuius est pars est infinitum continens totum et partē. Cum igitur idē sit locus totius et partis ut suppositum in tertia propositione si pars ubiqꝫ quiescit et totum et similiter movebitur totum ubicunqꝫ ipsa movebitur. Si autem corpus infinitum sit diversarum rationum in toto et parte et loci respondentes eisdem erunt diversi ex quo primū sequetur ꝙ totius vniversi nō erit vnum corpus continuū sed cōtiguum. Postea autem partes huius corporis specie differentes aut erunt finite. aut infinite finite autem numero esse non possūt si ex eis cōpositū est infinitum nisi altera illarum sit infinita. hoc autem posito sequetur corruptio aliarū propter prelium contrarie virtutis sicut dictum est prius unde nullus antiquoꝝ naturalium dixit ignem esse infinitum nec terram propter contrarias qualitates licet quidam posuerunt aerem aut aquam aut ipsorum medium infinitum esse propter carentiam contrarietatis qꝛ tenent rationem cuiusdam medij in qualitate sicut tenent medium locum. Nam vnius cuiusqꝫ istorum locus est manifestus et terminatus qꝛ medium est inter sursum et deorsum. Si autem corpora ex quibus totum infinitum cōponitur fuerint infinita et simplicia et loci erunt infiniti eis correspondentes cum vniuscuiusqꝫ sit proprius locus Elementa etiam ex quibus fit totum erunt infinita. Si autem hoc est impossibile et loci finiti sunt et totum finitum esse necesse est cum impossibile sit non cōmensurari locum et corpus locus enim vniversi non est maior ꝙ corpus quod in ipso contingit esse. Similiter nec corpus est infinitum excedens locum qꝛ aut esset vacuum in quo poneretur idem quod in corpore excederet locū aut corpus aliquod nusqꝫ aptū natum est esse ꝙ ambo impossibilia sunt.

Capitulum .xj. quod sic incipit. Anaxagoras autem convenienter dicit et cē. Primo probat tripliciter ꝙ nō potest esse infinitū se ipm fulciēs ꝛ loco carēs secūdo tripliciter ꝙ nō potest esse corpꝰ sensibile infinitū in loco exñs.

Naxagoras autem inconvenienter loquitur de quiete infinite dicens ipsum se ipm sustentare eo ꝙ est in se ipso et nihil est extra continens ipm cogentes vnūquodqꝫ ibi esse ubi aptum natum est. Hoc autem non est verū primo

quia aliquid erit violenter alicubi et tunc constat ꝙ non est ubi aptum natum est. Preterea si maxime propter hoc non movetur universum infinitum quia fulcit se et est in se ipo necesse est ipm esse imobile. Dicenda igitur est causa ꝑpter quaz nõ sit aptum natum moveri quia omne imobile habet causam propter quã caret aptitudine ad motum nec sufficit dicere aliquid ideirco esse imobile quia aptum natum est quiescere. est eim aliquod non motum ꝙ hoc aptum natum sit quiescere. alia tamen causa est quietis ꝙ sola aptitudo verbi gratia. terra in medio non movetur nec moveretur si esset infinita quia prohiberetur moveri a medio in quo tamẽ nõ quiesceret propter hoc ꝙ haberet cui inniteretur nec quia apta nata esset sic quiescere et si forte liceret dici de ea tunc ꝙ fulcit se ipam nec hoc habet causa quietis eius in medio. Sed quia habet gravitatem naturaliter autem omne grave propter gravitatez manet in medio. Si ergo in terra etiam si sit infinita aptitudo non est causa quiescendi in medio sz gravitas et infinitum similiter in se ipo quiescit hoc non habet qz infinitum nec quia fulcit se ipm sed propter aliam causam. Similiter autẽ si infinitum quiescit hoc nõ habet quia infinitũ nec fulcit se ipsuz sed propter aliam causam quiescit in se ipso et quelibet pars eius per se accepta quiesceret manens in se ipsa et fulciens se quia totius et partis est idem locus sicut totius terre et unius boli eius. Si ergo infiniti locus est ipmmet. quia in se ipso quiescit idem erit locus partis cuiuslibet et manebit in se ipso. Omnino autem manifestuz est impossibile esse hec duo simul verificari videlicet corpus universi esse infinituz et locuz quẽdam esse cuiuslibet corporis si omne corpus sensibile habet gravitatem aut levitatem et si grave naturaliter fertur deorsum leve autem sursum. his enim positis necesse est corpus sensibile infinitum propter gravitatem et levitatem ferri aut sursum aut deorsum impossibile est eniz omnem partem loci totius esse utrũqz. s. sursum et deorsum aut mediuz locum naturaliter recipere utrũqz scilicet habens gravitatez et levitatez sed non potest locus infinitus dividi ita ꝙ una pars eius sit sursum et alia deorsum et una ultimũ alia mediuz quia tunc esset infinitus ergo nec est corpus sensibile infinitum. Preterea omne corpus sensibile in loco est loci autem species et differentie sunt sursum ante retro dextruz et sinistrum que non solum respectu nostri sed in ipso universo determinate sunt. hoc autẽ impossibile est infinito esse. Similiter autem si est impossibile locuz esse infinitũ cum omne corpus sit in loco impossibile est corpus esse infinitum. locum autem non est possibile infinitum esse quod eniz in loco est alicubi est et econtrario. Sicut eniz nullaz quantitatem possibile esse infinitaz. quia oĩs quantitas est determinata naz quodlibet quãtum est tricubitum vel alterius determinate mensure quantuz eim servat certam determinationem sicut quod est in loco est alicubi et hoc est aut sursum aut deorsum aut aliqua predictarum sex distantiarum quarum uniuscuiusqz est aliquis terminus et finis.

Capitulum. xiij. quod sic incipit. Quodquidem igitur actu non sit corpus infinitum et cẽ. Primo ostendit quod est dare infinitum in potentia non quidẽ ad aliquando factum esse sed ad semper fieri. secundo ꝙ hoc aliter est in permanentibus aliter in successivis. tertio ꝙ infinitum in divisione arguit infinitum in appositione. quarto quid de infinito dixerit plato.

Quod quidem non sit infinitum corpus in actu patet ex dictis. Quod autem multa impossibilia accidant si ponatur simpliciter infinitum non esse manifestum est. primo ex hoc ꝙ tempus habebit principium et finem. Secundo

ꝙ magnitudines non erunt semper diuisibiles. tertio quia numerus non poterit semper augeri cum ergo determinatum sit et hoc participare infinitatem et infinitum actu non esse videtur contingere aut ipsum aliquo modo. aliquo modo non est. dicitur enim aliquid vno modo esse in actu completo. alio modo in actu admixto potentia.

Infinitum igitur tam appositione ꝙ diuisione est non primo modo sed secundo. scilicet potentia magnitudo enim non est actu infinita ut dictum est tamen est diuisibilis in infinitum non enim est difficile improbare dictum illorum qui diuidentes lineas resoluunt eas usqz ad puncta vel athomos indiuisibiles tanꝙ ad lineas indiuisibiles. Relinquitur ergo infinitum quod non est actu esse in potentia. Nec oportet sic intelligere infinitum esse nisi potentia deducatur ad actum sicut dicimus. hoc ita est in potentia statua. quia aliquando erit actu statua. hoc enim modo non est ita infinitum potentia quod aliquando erit actu sed est in potentia ad semper fieri successiue. Sicut dies et agõ sunt semper in potentia ad semper fieri successiue In his enim potentia est actui permixta. Agon sit eim in monte olimpho quod est partim in posse fieri et partim in actu fiendi. Aliter autem est infinitum in tempore et successione hominuz et aliter in diuisione magnitudinis. Omno autem infinitum est semper aliud et aliud accipiendo et acceptum quidem esse finitum nec idẽ accipitur bis sed semper alterum post alterum propter quod non oportet intelligere ipm esse quoddam aliquando actu ens. sicut est homo aut domus sed potius sicut ens in semper fieri ut dies et sic non est ut quedam substantia aliquando facta sed est semper in continuo fieri aut corrumpi alterum post alterum nec tamen successio alterius post alteruz in magnitudinibus sic ceciditꝙ id quod accipitur per diuisionem permanet in successione autem hominuz et tempore fit corruptis acceptis et hoc semper alijs succedentibus ita ꝙ non deficiant. Quod autem est infinitum in appositione correspõdet ei quod est secdm diuisionem infinitum enim in appositione fit econtrario infinito in diuisione qz quod per hanc ab aliquo accipitur potest alteri opponi. secdz igitur quod diuisum videtur per diuisionem ire in infinitum. Ita appositio etiam infra determinatam quantum potest esse in infinitum. In magnitudine enim finita sic accipitur esse infinitum potentia ꝙ si quis diuidat eam secdm eamdem rationem seu proportionẽ non accipiendo semper eamdem quantitatem procedet diuisio in infinitum nec consumetur per talem diuisionem in id quod est finitum. Si vero non seruata eadem ratione semper accipiat eamdem quantitatem stabit diuisio ad aliquid quod nõ poterit diuidi amplius in partibus eiusdem quantitatis eo ꝙ omne finitum consumi potest accipiendo ab eo multotiens aliquod finitum. Aliter quidem igitur id quod est finitum non est infinitum nisi potentia et diuisione in fieri actu autem est admixto potentia sicut dies et bellum. potentia vero sicut materia que successiue potest recipere formam post formam. Et ideo non est sic actu tantum esse quantum potest esse potentia. in infinito autem secdm diuisionem semper est accipere aliquid extra quodlibet acceptum. In appositione autem infinitum sic habet se ꝙ quantum per appositionem non excellit oẽm magnitudinem determinatam In diuisione autez excellit omnem determinatam quia semper per diuisionem tenditur ad minus ꝙ sit id quod diuiditur propter quod non est possibile secundum appositionem excellere oẽm magnitudinem determinatam quia infinitum non est etiam in potentia ad incrementuz magnitudinis infinite cum nec per se nec per accidens possibile sit talem magnitudinem esse per accidens quidem non sicut dicebant quidam naturales extra corpus mundi

esse infinitum cuius substantia est aer aut aliquod corpus simplex per se etiam non est possibile esse corpus infinitum actu nec potentia scdm appositionem deducibilem ad actum licet posset apposino semper fieri in infinitum e contrario diuisioni. Plato autem propter infinitatem appositionis et diuisionis duo dixit esse infinita videlicet magnum et paruum volens q in augmentum sunt et in diminutione semper sit excellere quodlibet datum et in infinitum abire. faciens tamen duo infinita non utitur eis cum in numeris scdm diuisionem dicat esse statum ad vnitatem quidem minimu in eis et in augmentum vadat tantum usqz ad decem.

Capitulum. xiij. quod sic incipit. Accidit autem contrarium esse infinitum qm sic dicunt et c. Concludit prima ex dictis q infinitum non est extra quod nichil est accipere sed potius extra quod semper est accipere per quod differt a toto et perfecto. secudo q non continet ut totu sed potius continetur ut pars.

Accidit autem infinitum non esse idem quod quidaz dicut. s. nunc nichil est extra sed contrarium huic. s. cuius semper est aliquid extra cuius signuz est q dicunt anulos infinitos propter hoc q habent circulationem in qua semper potest accipi pars post partem et hoc dictum est non proprie sed scdm similitudinem qz in eo quod proprie est infinitum oportet sic semper accipi aliquid extra quodlibet acceptum q idem no accipitur bis in anulo autem et circulo solum semel fit hoc consequeter autem accipitur quod prius acceptum fuit. Infinitum igitur est cuius semper est accipere aliquid extra quatitatem acceptam cuius autem non est aliquid de ipsius quantitate accipere extra hoc est perfectum et totum. Sic enim diffinimus totum cui nichil abest ut hominem totum dicimus cui nichil deest de humanitate et arcam tota cui nichil deest de integritate eius et sicut particulare totu diffinimus per nichil abesse eius. Ita vniuersale totu cuius oino nichil est extra. Nam cui per absentiam aliquid deest non est esse nec totum cum ei aliquid desit. totum autem et perfectum aut oio idem sunt aut offinia scdm naturam. Sicut igitur perfectum non est aliquod oino non habens finem qui est terminus rei ac per hoc perfectum oportet esse finitum et ita etiam totum necesse est finitum. Et hoc patet q censendum est melius dicere permenidem asserentem vniuersum finiri ab equi distantia medij q melissum qui dicit ipm esse infinituz. Non enim infinitum est de consequentibus ad oine et totu et vniuersum sicut filum consequitur filo quado trahuntur de lino. Propter hoc aute q infinitum habere videtur quadam similitudinem cum toto attribuunt ei hanc dignitatem. videlicet quod est omia continens et omnia in se ipo habens hoc autem verum non est quia infinitum primo reperitur in materia que est in potetia ad perfectionem magnitudinis tanq ad totum et sic est totum in potentia non autem in actu. Et q uis infinitum non sit actu quoddam totum. tame quod est infinitum in potentia est diuisibile ad diminutionem et ad oppositam appositionem et sic non est totum scdm se sed scdm aliud scilicet magnitudinem in qua est ac per hoc non continet in quantum est quantum sed potius continetur et qz tenet se ex parte materie. Ideirco est ignotum materia enim est que non habens de se forma que est ratio cognoscendi ignota est. Manifestum est ergo q infinitum magis habet rationem partis q totius ut es pars statue. Si igitur magnum et paruum tam in sensibilib q in intelligibilib 9 habent rationem continendi ut plato dicit et cum hoc hec duo sunt infinita oporteret infinitum continere intelligibilia quod est inconueniens ymmo im-

possibile ignotum enim et indeterminatum non potest continere notissima et determinata in esse.

Capitulum .xiiij. quod sic incipit. Scdm rationem autem accidit et q secundum appositionem etc. Primo reddit rationem propter quam in magnitudine est infinitas ad diuisionem et non ad appositionem in numero autem est econtrario. secundo ostendit q infinitum primo reperitur in magnitudine quam in motu et tempore.

Secundum rationem autem accidit in continuo non esse infinitum scdm appositionem ita ut excellat oem magnitudinem determinatam quamuis in diuisione ipsius procedi possit semper ad minus quia infinitum continetur infra quantum materie et in potentia. et ideo est aptitudo ad semper diuidi forma vero et species quantum ad quam tenditur per appositionem continet et terminat et ideo ei repugnat infinitas. Rationabiliter etiam in numeris est status eundo versus minimum sed nō versus plus. quia hoc modo contingit excellere quamlibet multitudinem datam in magnitudinibus aut est econtrario ut dictum est in quibus contingit oem excellere versus minus versus magis autem non contingit esse magnitudinem infinitam. causa autē propter quā in numeris est status in minus est indiuisibilitas vnius. vnum enim quodcunque vnum sit in sui vnitate est indiuisibile vt vnus homo ita est vnus q non est diuisibilis in multos status enim est necessario ad diuisibile. In plus autem non est status in numeris cum quilibet eorum sit plura quam vnum. Est enim numerus plures vnitates quod ex hoc patet quia quilibet numerus ut duo tria et similiter quodlibet aliud denominatur ab vnitate dicuntur enim duo due vnitates et tria tres et sic de alijs in infinitū. Contingit enim semper intelligere multiplicari in plus numerum in infinitum. Sic enim decisiones magnitudinis sunt infinite in potentia sic et appositiones ad multitudinē eis correspondentes possunt excellere oem determinatam multitudinem et hoc dico in potentia non in actu. Hic tamen numerus qui per decisiones crescit in infinitum non est separabilis a continuo nec stat infinitas eius ad aliquid actu infinitum sed est in semper augeri sicut tempus et numerus eius in semper succedere. In magnitudinibus autem est econtrario continuum autem diuiditur in infinitum. sed non crescit in infinitum nec est potentia in eo ad infinitum eo q quātum est de ipso in potentia tantum potest fieri in actu et quia non contingit aliquā magnitudinem sensibilem esse actu infinitam quia tunc esset aliquid maius celo ideo non contingit etiam in potentia esse excessum cuiuslibet magnitudinis determinate. Infinitas autem nō reperitur equaliter in magnitudine motu et tempore tanquam vna quedam natura quia prius cōuenit magnitudini. postea secundo et per ipsam motui sicut enim prius est magnitudo quam mouetur vel alteratur vel augetur quam sit motus ita prius conuenit infinitas magnitudini et per hanc motui et per motum tempori. hic autem non supponuntur. posterius autem probabuntur et dicetur quid est vnū quodque horum et quare magnitudo sit semper diuisibilis in magnitudines. Non destruit autem hoc ratio que negat infinitum esse actu considerationem methaphisicorū quia supponunt interdum quantum determinatū quia ad veritatē talis suppōnis nō requiritur infinitū actu nec tali infinito vtūtur sed solū supponūt aliqd finitū quātūcunque libz maxime aūt inest cuilz magnitudini quātū patuit posse diuidi scdm eādē rationē. Et ideo ad demōstrādū aliqd ex suppōne diuisibilis infinitū nichil differt supponere paruā vel magnā quātitatē quātū aūt ad esse actuale ipsius q quod ē est i existibus magnitudinibus differt ponere infinitū vel finitū.

Capitulum .xv. quod sic incipit. Qm autē cause diuise sunt quadripharia et ē Primo reducit infinitum ad causam materialē, secundo soluit rationes quibus videbatur infinitum esse in actu.

Quoniam autem cause diuise sunt quadrupliciter .i. in quattuor causas .s. materialem, formalem, efficientem, et finalem, manifestū est φ infinitū ad causam materialez reducitur et φ esse ipius est priuatio finis subiectū autem per se ipsius ut est priuatio est corpus continuū sensibile. confirmat autem hoc dictum φ oēs utuntur eo ut materia. vnde incōueniens attribuere ei φ sit continens cum potius sit contentum. Reliquum huius tractatus est soluere rationes superius positas scdm quas apparet infinitū esse non solum in potentia sed in actu. quia alique ipsarum nō sunt necessarie q̄zq̄z aliquid veritatis contineant. Alique vero sunt false alique habentes veras conditiones. Nec eim necessariū est esse actu corpus sensibile infinitum ut possit semper continuari generatio sicut arguebat ratio tertia. Cōtingit eim eam continuari etiam si totum vniuersuz est finitum per successionē in qua generatio vnius est corruptio alterius et econtrario. Amplius vero non est idez tangi et finiri ut supposuit ratio quarta quia tangi includit semper respectuz ad id qđ tangit. quod eim tangitur ab aliquo tangitur sed finiri nō includit respectum ad aliquid extra accidit eim finito quod tangitur ab alio cuz possit finiri a terminis proprijs et sic non est finitum tangere aliud nec etiam quodlibet potest tangere quodlibet aliud ut finiat ipm. Intelligentie autē ymaginationi credere ut ratio quinta ponit inconueniens erit. quia abundātia et deffectus ymaginata nō sunt in re sed in ymaginatione cui aliquando subest falsum sicut patet in hoc φ aliquis nrm ymaginabitur se magnum valde augmentās continue se ipm in infinitū. sed nō propter hoc in re extra habebit tantam magnitudinē quantuz intelligit. Sed quāta est eius realis magnitudo ei accidit φ maior concipiatur. Tempus autē et motus ex quibus prima ratio sumpta est nō sunt infinita actu, sed successione cōtinua a nō permanēte id quod de eis acceptum est Ex qua successione potest dici φ infinita est eorum intelligentia qua concipiuntur. Magnitudo autem ex qua arguebatur secundo nec diuisione nec intelligibili augmentatione est actu infinita dictum est igitur de infinito quid est et quomodo est et non est.

Quarti libri quod sic incipit. Similiter autē necesse est phicū et de loco sicut de infinito considerare et ē. Capitlm primū premisso φ ad naturalez pertinet cōsiderare de loco et motu locali. et qđ dubiū est quid sit locus. Secundo probat ipm esse aliquid ex transmutatione corporum confirmans hoc tertio ex dictis aliorum.

Similiter aūt necesse est phicū cōsiderare de loco sicut de finito. de loco eī oportet inuestigare si ē aut nō et qūo est et quid est. Videt̄ eī ex coi opinione oīm φ locus sit q2 oēs opinātur ea q̄ sūt alicubi esse. q2 qđ est nusq̄ est. verbi gr̄a tragelaphus siue ycocenus et chimera de motu etiā qui ī loco ē quē motū vocamus loci mutationē qui nichilo9 inter alias spēs coi9 et pprius dicitur motus phicum oportet cōsiderare. Habet aūt multas dubitationes quid sit locus ppt duo q2 cōsiderādo eius quiditatē ex oībus pprietatibus ipius nō videtur idē eē locus. Deinde nō habemus ab alijs aliquid bene dubitatū aut determinatū de ipo loco, ergo oportet nos determiare de ipo loco. Quod quidez igitur locus sit videtur

manifestū esse ex trāsmutatiōe corpoꝝ per quā fit ꝙ ubi nūc est aqua ipa exeūte quasi ex vase succedit aer et q̄ndo hec hn̄t locū eundē cōmunē aliud corpus tanq̄ locus continet ea q̄ corp9 oībus videtur diuersū esse ab his q̄ in eo sūt ⁊ ad inuicē cōmutātur in ipo in quo eīm nūc est aer ī eodē prius fuit aqua ex q̄ manifestū est ꝙ locus est aliquid ⁊ quasi receptaculū diuersū ab utrisq3 in quo loco vnū alterī successit et ex q̄ alteꝝ mutatū est. Amplius loci mutationes phicoꝝ corpoꝝ cōpositoꝝ et etiā simplicū ut est ignis ⁊ terra et huiusmodi nō solā ostēdūt ꝙ loc9 sit aliquid s3 etiā ꝙ habet naturalē potentiā respectu locati cuius signū est q2 vnūqdq3 corpoꝝ simplicū nō prohibitū fertur naturalr̄ in locū suū ut ignis sursū terra deorsū. hec sūt ei partes p̄ncipales ⁊ quasi specifice loci. s. sursū et deorsū et dextrū sinistrū ante et retro q̄ nō solū quātū ad nos habēt differētiā sed etiā in natura tot9. q̄ntū ad nos quidē idem ē sursū vel deorsū s3 mutatur et fit idez. aliq̄n sursū et aliq̄n deorsū. scdm ꝙ utimur et eodē modo idē fit aliq̄n dextrū nobis et aliq̄n sinistrū. Et simil̄r aliq̄n ante aliq̄n retro. in natura aūt vnūqdq3 istoꝝ determinatū est et ab alio discretus. Nō ei est sursū mūdi ubicūq3 cōtingit. s3 tm̄ ubi feruntur leuia. Et deorsū nō est ubiq3 sed ubi ferūtur grauia tan ꝙ nō tantū pōne respectu nr̄i. hec adinuicē drn̄t sed poti9 potēna seq̄nte naturā. Ostēdūt aūt etiam locoꝝ mathematicoꝝ quelz de se nō cōceruāt locū tn̄ scdm relationē ad nos dicuntur habere dextrū et sinistrū vnde solū per respectū ad nos cōtingit intelligere positionez ipoꝝ quā tn̄ nō hn̄t ex ꝓpria natura. phica vero corpora hoc hn̄t per naturā. Amplius affirmātes vacuū esse dicūt ꝙ locus est cuz vacuū sit locus ꝓuatus corpore ꝑ hoc itaq3 cōcipiet aliquis ꝙ locus ē aliquid preter corpora et q̄ oīe corp9 sensibile est in loco

Uidetur aūt et hesiodus affirmare locū suū dicēs. primū chaos factū deinde terrā latā q2 indigebat distinctio rerū. ꝙ primo esset receptaculū aliq̄d corpoꝝ. opinati eīm sūt isti sicut et alij oīa esse alicubi et in loco. Si aūt locus est talis qualē hesiodus dicit mirabilis est eius potētia et p̄mo oīm cū locus possit esse sine alijs alia vero nō sūt sine ipo q̄ eīm est sine alijs et alia nō sunt sine ipo. necesse est primū esse huius autez est locus qui non perditur corruptis his que fuerunt in ipo.

Capl̄m secundū q̄ sic incipit. At vero sed habet deffectum rationabilē et c̄.

Inuestigat disputatiue quid est locus arguēs primo ꝙ nō est corpus. secundo ꝙ non est aliud a corpore. tertio ꝙ non est elementum nec causa entium. quarto ꝙ non est aliquid.

T vero si locus est aliquid habet rationabilē dubitationē quid est videl3 utrū quedā molles corporea aut quedā altera natura icorporea. vnde p̄mo querēdum est genus ipius. Ex hoc itaq3 ꝙ locus habet tres dimēsiones quibus oīe corpus determinatur. videlicet lōgum latum profundū videtur esse corpus hoc autē est impossibile. quia cum oīe corpus sit in loco si locus esset corpus corpus esset in corpore et sic duo corpora essent in eodem. Amplius non videtur differre a corpore. Si eīm locus est receptaculum corporis: manifestum est ꝙ erit receptaculum superficiei linee et puncti. cum eadem ratio sit istoꝝ et corporis respectu loci. ubi eīm prius erant superficies aque: illa exeunte: ibi erit superficies aeris q̄ succedit aque S3 puncti et locus puncti non drn̄t cum punctus in puncto non faciat nisi punctum. ergo similiter non drn̄t superficies locans et locatum. Quid autem ponemus esse locum: nec enim possunt esse elementum nec ex elementis habentia talem naturam qualem videtur locus habere. Nam nec videtur esse de natura corporeorum nec incorporeorū. Incorporeorum quidē: q2 nō habet magnitudinē q̄ nō est nisi ī reb9 cor

poreis. Corporeorum autem non habet naturam: cum non sit corpus. Cum igitur corporum sensibilium elementa sint corpora eo q ex intelligibilibus nulla fit magnitudo: manifestum q locus non est elementum. Amplius non potest dici q locus sit aliqua causa de quattuor causis cum non sit sicut materia entium. Nec eni entia constant ex ipso. non fit etiam forma que est ratio essendi nec fit finis vel movens. Preterea si locus est aliquid erit alicubi. qd concessum est. omne quod est: alicubi esse ex quo rationabiliter opinio zenonis sic arguet. Omne quod est aliquid est in loco z sic loci erit locus in infinitum. Preterea sic omne corpus est in loco: ita in omni loco est corpus. Si ergo locus est aliquid preter corpus: necesse est augeri locum corpore augmentato cu non sit minor locus vel maior corpore locato. Ex his itaqz necesse est dubitare non solum quid sit sed etiam utrum sit locus.

Capitulum tertium quod sic incipit. Qm aute in aliud quidem scdm se et c.
Primo arguit q locus est idem cum forma rei. secudo q est idem q materia. tertio q difficile est cognoscere quid sit. quarto ostendit q impossibile e locum esse formā vel materiā.

Uoniam autem aliquid dicitur de aliquo scdm se aliquid vero sdm aliud conveniens est hoc reperiri in loco ita q alius erit locus idest per accidens communis in quo corpora sunt sicut in loco comuni. alius autem idest per se propri in quo primo et imediate est quodlibet corpus. Dico autē locum comunē. ut tu nūc es in celo mediāte aere. et in hoc mediante terra. que dia sunt loca communia. In terra autem es mediante illo loco qui nihil plus continet q te. hic eni est proprius locus. Sic igitur videtur proprius locus esse primū continens vnumquodqz corpus. hic autem est terminus proprius et sic locus est terminus. cum itaqz terminus rei sit forma specifica. videtur locus esse species et forma. i. corpus vel quantitas vniuscuiusqz. i. quo termino vel loco. quod idem est quo terminatur magnitudo eius z materia que est sub magnitudine. hec autem determinans est forma dans esse vniuscuiusqz. locus ergo videtur ex hac consideratione esse forma. Scdm autē q locus, videtur esse distantia contenta intra latera magnitudinis. idem videtur q materia. qr sicut talis distantia est diversa a magnitudine et contēta sub ea ita materia est diversa a forma et contenta ac determinata sub ea sicut distantia sub plano et linea que distantia est velut materia et quasi quoddaz indeterminatum terminus autem continet et determinat eum et cum removeretur a magnitudine termini et passiones proprie nichil relinquitur nisi materia. ex quo videtur q locus prout est distātia sit idē q materia hoc autem cōfirmatur ex eo q plato in thimeo locum et materiam idem dicit quia utrumqz est receptivum q'uis in doctrina sua non scripta sed tamen dicta recitaverit idem esse locum et receptim. Ceteri itaqz dicunt locum esse aliquid iste vero solus cognatus est dicere quid sit. Merito autem intendentibus ex his que dicta sūt difficile est cognoscere quid sit locus. quoniaz sive dicatur esse materia sive forma habet altissimam considerationem. quia primo talis est speculatio de principijs que est maxima. secundo quia cum materia et forma referantur adinvicem non est facile cognoscere vnam sine alia. At vero q impossibile sit locum esse materiam vel formam facile apparet ex quattuor. primo quia materia et forma non separantur a re. locum autem a locato separari contingit. et hoc manifestum est triplici signo quorum vnum est quia in loco in qua prius erat aqua postea fit aer ipsis adinvicem transmutatis et similiter de alijs corporibus ad invicem transmutabilibus quare neqz

locus est pars rei vt materia nec est habitus siue forma locati cuz sit separabilis a quolibet locato. secundum signum est quia locus et vas videtur esse idem cum vas sit locus transmutabilis vas autem nichil est rei separabilis igitur est locus a locato sicut vas a contento. Ex hoc ergo q separabilis non habet naturam forme. hec ein non potest separari et saluari, ex hoc autem q continet non habet naturam materie cuius est contineri. Tertium signum est quia quod est in loco semper videtur esse aliquid et alterum extra ipm et sic locus est diuersus a locato. Dicamus igitur platoni transgredientes tamen propositum si locus habet naturam receptiui et participatiui quare idee et numeri qui sunt participata non sunt in loco ex quo sunt in participatio siue hoc sit magnum et paruum siue sit materia ut in thimeo scripsit. Amplius si locus est materia aut forma nichil transfertur in suum locum quia non distabit ab eo nec erit motus ad ipm q cum omis motus talis sit ad distans cuius autem non est motus nec sursum vel deorsum impossibile est locum esse non oportebit itaqz corporibus querere locum extra ipa. Si autem in ipo corpore est locus sicut oportet esse si est idem q materia vel forma erit locus i loco sicut et corpus. Preterea forma et materia transmutantur et mouentur simul cum re nec sunt semper in eodem loco sed ubi est res cuius sunt Si ergo hec sunt idem cum loco locus transmutabit locuz et sic loci erit locus. Amplius cum ex aere fit aqua si locus erat idem cum forma aeris corruptus est z perditus corrupta forma aeris. Deinde aqua non erit in eodez loco in quo prius fuit aer cum sit corruptus sed non est corruptio loci forma aeris corrupta ergo nō sunt idem. Ex quibus ita necessarium est locum esse aliquid et ex quibus dubitatur de natura eius dictum est.

Capitulum quartum quod sic incipit. Post autem hec accipiendum est quot modis aliud in alio est et ē. Primo distinguit modos essendi in alio. secundo probat q licet per alteruz aliquid possit esse in se ipso tamen per se et primo nichil est in se ipso. tertio soluit rationem zenonis probantem locum non esse aliquid. quarto concludit locum non esse materiam et formam.

Ost predicta accipienduz est q octo modis dicitur aliquid esse in alio. Primo sicut pars integralis in toto ut digitus in manu. Secundo sicut totum in partib9 totum enim est propter partes ex quibus constat. Tertio sicut species in genere ut homo in animali. Quarto econtrario sicut genus in speciebus eo modo quo pars diffinitiua est in ratione diffiniti ut animal in diffinitione hominis. Quinto sicut forma in materia vel in subjecto ut sanitas in calidis et frigidis proportionatis. Sexto sicut motum in virtute primi mouentis ut regnuz in regente. Septimo sicut ea que sūt ad finē in fine. et hec est esse in optimo quod est idem cuius causa fit quod fit Octauo maxime proprium inter oīs modos essendi in, est ille quo aliquid est in alio sicut in vase et oīno in loco. Dubitabit autem aliquis utrum vnum z idem aliquid contingat esse in se ipso aut nichil sit tale sed quodlibet aut nusq̄ est aut in alio

Ad quod dicendum q dupliciter intelligi potest aliquid esse in se ipso vno modo per se et primo. alio modo vero per alterum et non per se. dico autem per alterū ut q̄n do aliquid dicitur per alterum de toto ut partes. Cum eīm sint quedā partes toti9 et hoc totū est in partib9 et partes in toto et ob hoc potest dici illud esse in toto qd̄ est in parte q̄ndo itaqz aliemus totius vna pars est in alia rōne partis q̄ inest pōt dici totū inesse cui inest. Ac p hoc pōt dici totū esse i seipo qd̄ aūt a ptedenoīetur totū manifestū ē Totū eī subjectū dicitur albū mediate superficie q̄ est par ei9 et tot9 homo dicitur sciens

mediante vna potentia eius scilicet ratione. Si igitur amphora vini sit quoddaz totum nec amphora per se erit in seipsa nec vinum per se in se ipso totum hoc autem scilicet amphora vini erit in se ipsa. vinum enim quod inest et amphora in qua est utraqz sunt partes nature totius. Sic igitur contingit aliquid esse in se ipso scilicet ut totū denominetur per partem. Primo autem et per se non contingit idem esse in se ipso licet contingat hoc esse per alterum quemodo album est in corpore per superficiē et scientia in anima per intellectum et scdm hunc modum sunt denominatiōes a partibus ad totum quando sunt simul iuncte in eo non autem quando sunt diuise et extra totum verbi gratia. Amphora et vinum cum seorsum ab inuicem sunt non sunt partes actu totius amphore vini sed soluz quando sunt simul et tunc ab ipsis potest denominari totum et dici esse in se ipso non per se sed per aliud sicut albuz est in homine per corpus in corpore per superficiem. In hac autem non est per aliud sed per se et quia per se non est aliquid in se ipo. Ideo albedo et superficies cui per se inest sunt diuersa specie et alteram habet naturam et potentiam. Quod autem impossibile sit idem aliquid esse in se ipo per se et primo patet inductione quia in nullo predictorum octo modorum quibus aliquid est in aliquo potest aliquid esse in se ipo: cum id quod inest et cui inest sēper sint diuersa. Hec hoc idem manifestum est ratione. Si enim aliquid idē esset in se ipo. primo id cui inest dicit totam entitatez eius et similiter id quod inest cum sint idem ex quo sequitur q recipiens est receptuz et receptum est recipiēs ut si amphora vini est in se ipa primo totum hoc est recipiens et cum amphora sola sit recipiens erit ipa totum scilicet vas et vinum. vinum etiam quod est solum receptuz erit totum scilicet vinum et amphora. Si ergo esset vinum in alterum amphora non reciperet vinum per hoc q ipa esset vinum Sed solum per hoc quod est amphora et vinum non reciperetur in ea per hoc q ipm esset amphora. sed per hoc q est vinum aptum recipi in ipa. qm itaqz aliud est esse amphore. et aliud esse vini. manifestum est q alia est ratio eius in quo recipitur aliquid et alia ratio eius quod recipitur in ipso et sic idem non est in se ipo sed semper aliud in alio. At vero nec per accidens contingit aliquid esse in se ipo: quia si hoc esset contingeret duo corpora esse simul ponatur enim q amphora sit per accidens in se ipsa. Cum igitur ipsa habeat naturam receptiuam alterius ut pote vini quam naturam non amittit per hoc quod est accidentali modo ipsa in eadem ut per accidens recipit se ipsam poterit simul recipi vinum cuius est receptiua et sic in eadem poterit simul esse corpus amphore receptum per accidens et corpus vini receptum per se. manifestum est igitur q nichil potest esse primo in se ipso. Quod autem zenon opposuit dicens q si locus est aliquid erit in aliquo et hoc infinitum non est difficile soluere locus enim ita est aliquid quod in aliquo subiecto primo et per se. nō quidē est in potentia sicut locatū in loco. scilicet octauo modo essendi in. Sed sicut forma in subiecto ut sanitas in calidis et frigidis et calor in corpore sicut passio et quia locus hoc modo est primo in aliquo subiecto ibi est status nec oportet procedere in infinitum. Idem autem manifestum est q vas nichil est eius quod est in se ipso cum sint primo diuersa id quod inest et id cui inest. Cum igitur locus sit vas locati non est aliquid eius ex quo sequitur q non est materia nec forma cuz utraqz tamen sit aliquid eius cui insunt. hec itaqz sic sunt opposita de loco.

Capitulum quintum quod sic incipit. Quid autem forte sit locus sic fiet utiqz manifestum et c̄. Ad inuestigandum diffinitionem loci primo narrat quasi

dam proprietates ipsius. secundo qualis debeat esse diffinitio loci. ter
tio q locus queratur propter motum. quarto quo aliquid est in loco.

Quid autem sit locus forte fiet manifestum si accipiamus de ipso proprietates
que videntur ipsi scdm naturam eius inesse. Quarum prima est qz signifi-
camus locu esse id quod primu continet illud cuius est locus ita quod nichil
sit eius. Secunda q oportet propriu et primu locum nec maiore nec minorem es
se re locata. Tertia q nulli corpori deficit locus ita tame q scdm rem separabilis
est a locato. Quarta est q ois locus habet sursum et deorsum. Quinta q omne
corpus naturaliter fertur in locum proprium et manet in eo siue proprius locus eius
sit sursum siue deorsum. His autem suppositis reliqua ad diffinitionem loci utilia
consideranda sunt. Oportet autem intentionem diffinitiuam sic fieri ut per ipsam
reddatur quid sit locus et soluantur opposita contra eius existentiaz Insint etiam per
ipsam quecunqz nata sunt loco in esse appareat nichilominus per eam causa discordie
et ratio oppositorum circa locu. hoc eim modo assignata diffinitione vnuquodqz pul
cherrime demonstratur. Primo igitur modo intelligendum q no quereretur lo
cus nisi esset aliquis motus scdm locum. Nam et propter talem motum maxime opina
tur celum esse in loco cum semper moueatur. huius autem motus. alius est loci muta
tio. alius augmentum et detrimentum. Quod eim augetur vel minuitur localiter tras
mutatur qz quod prius erat hic fit in maiori vel minori loco. Secundo intelligen
dum est q aliud quidem per se ipm actu mouetur. aliud vero et scdm accidens coruz
autem que scdm accidens mouentur quedam per accidens sic mouentur per aliud qd
tamen contingit ea moueri per se si separentur ab illo ad cuius motum mouentur. ut
partes corporis et in naui clauus alia vero nunq nata sunt moueri per se sed semper
per accidens ut albedo et scientia hec eim transmutant locum solum per hoc q id in
quo sunt transmutatur. Qm autem dicimus interdum aliquid esse in celo sicut in
loco qz est in aere contento in celo nec in aere est propter totum aerem sed propter ul
timu corporis continentis imediate et primo id quod est in loco. Nam si totus aer es
set locus proprius huius locati minoris ipso non esset equalis locus locato. q tamen
oportet qz vnuquodqz locatum videtur habere propriu locum in quo est tanq in pn
cipio conseruante seu continente. Et qz locatum est aliud a loco idcirco cum conte
tum non est diuersum a continente sed idem continuum no est in illo sicut in loco. sz
sicut pars in toto quando vero est diuersum ab eo et contactum in quodam ultimo pri
mi continentis non est par eius nec excedit ipsum vel exceditur ab ipso sed equantur
cum sint inter se contigua contiguorum autem ultima sunt simul. Item conten
tum est continuum continenti non mouetur in ipso sed cum ipso ut pars est in toto. qn
do autem est diuisum ab ipso potest moueri in ipso siue continens moueatur siue quies
cat. Amplius quando est non diuisum sed continuum habet habitudinem essen-
di. m. que est partis in toto sicut visiua virtus in oculo et manus in corpore. Cum au
tem diuisum est ab eo habet habitudinem essendi. m. que est continentis ad conten-
tum. Sicut aqua in cado et vinum in cipho. manus enim non mouet in corpore si-
cut in loco. aqua autem mouetur in cado.

Capitulum sextum quod sic incipit. Iam igitur manifestum ex his quid lo-
cus et e. Primo probat q locus non est forma nec spacium medium nec
materia sed est terminus corporis continentis. secundo adiungit propter qd

difficile est accipere quid est locus. tertio concludit diffinitionem eius adiŭgēs ꝙ centrum mundi et extrema circumferentia celi que est versus nos maxime habent rationem loci in vniuerso.

Am igitur manifestum est ex dictis ꝙ necesse est locum esse vnum de quatuor aut enim est forma. aut materia. aut spacium medium inter latera extrema corporis continētis. aut est ipsa extrema siue terminus si nullum spacium medium est preter magnitudinem corporis locati. Horum autem ꝙ non contingat esse aliquod trium manifestum est etiam primo ꝙ non est forma. videtur enim locus esse forma propter hoc quod forma continet et terminat rem sicut locus continet locatum. q: in eodem sunt extrema continentis et contenti. Non autem propter hoc locus est forma ꝙ licet tam forma q̄ locus sint termini nō tamen eodē modo nec eiusdem. Sed forma est terminus rei cuius est forma locus autem est terminus corporis continentis. Secundo videtur esse locus spacium inter latera continēt; corporis ex hoc ꝙ multotiens mutatur contentum & locatum manente continente etiā postq̄ diuisum est contentum ab ipso sicut aqua mutatur ex vase ipsm igitur medium spacium videtur esse aliquod tanq̄ locus sit aliquid preter corpus qd transfertur hoc autem non est verum ꝙ medium sit aliquid tanq̄ spacium separatum sed vnum corpus de his que transferuntur realiter et que sunt apta nata se contingere et vnum in alio recipi intercipitur in aliud corpus cedens ipsum tantum quantum exigit eius receptio. Si igitur locus esset spacium manens in corpore locante aptum natum recipere corpus locabile essent loci infiniti q: sicut requireretur locans spacium proportionatū toti aeri vel aque quando transmutantur ita et cuilibet parti eorum requiretur aliud spacium proporcionatum rei. Et cū diuisio talium sit in infinitū et loca opporteret esse infinita. Preterea locus transmutabilis erit localiter si est spacium medium inter latera continentis q: mutabitur ad mutationem continentis et cum habeat trinam dimensionem oportebit ipsum esse in loco et sic loci erit locus et multi simul loci. Posito enim ꝙ non sit alius locus partis et totius sed sit idem quando totum est in vase cum quo mouetur quando vas transmutatur tunc etiam partes mouentur cum totum cuius sunt partes transmutatur locus tamen in quo tam totum q̄ eius partes sunt non est idem cum eis licet sit pars loci se habentis ad ipm per modum totius quemadmodum locus totius mundi cōtineret quelibet alium locum ut partem. Videtur etiam locus esse materia si quis consideret ipm in requiescente in ipso cui alia succedit non per separationem localem sed per transmutationem sicut quādo in eodem loco aqua mutatur in aerem sicut enim si per alterationem aliquid transmutetur in aliud idem subiectum quod prius fuit ut pote album postea fit aliud. s. nigrum et quod prius molle postea fit durum et ex hoc dicimus materiam esse aliquid quia est communis utriusq; quorum vnum succedit alteri ipsa remanente Ita se habet locus ad corpora in eo sibi ipsis succedenda et hinc est ꝙ per talem apparentiam similitudinis videtur esse materia. Sed in hoc dicerent quis in materia id quod nunc est aqua prius erat aer. Sed cum materia non sit diuersa aere nec contineat sed contineatur sub forma locus autem cū sit realiter diuisus a locato et ipsum contineat non est idem cum materia. Si igitur nichil horum trium scilicet forma. materia. spacium aliquod separatum diuersum a magnitudine rei est locus necesse est ipsum esse quartū videlicet terminū corporis cōtinētis et nō corporis cōtenti dico aūt corpꝰ cōtentū qd mouetur secūdū mutationē localē ppē hoc igitur ꝙ locus hē similitudinē eius for

ma et cum materia. difficile et magnum aliquid videtur accipere quid sit propter hoc etiam ꝙ translatio eius quod movetur localiter fit in aliquo quiescenti et continenti contingere videtur spacium medium esse aliquod inter latera continentis quod quidem est diversum a magnitudinibus motis in ipso et ad hanc apparentiam conferi aer qui apparet in corporeus et quasi ratio replens tale spacium. Et sic non solum terminus vasis videtur esse locus sed medium corporis locantis tanq̄ quoddā spacium vacuum videtur autem imobilitas esse de ratione loci. qꝛ sicut vas est quidam locus trāsmutabilis ita locus est quasi vas imobile. Et ideo quando aliquid movetur ad motum alterius ut navis in flumine magis vertitur in ipō sicut in vase q̄ continetur in eo sicut in loco qꝛ de ratione loci est ꝙ sit imobilis. Unde magis censeri debet ꝙ locus navis sit totus fluvius qui est imobilis q̄ pars aque ad cuius motuz movetur navis. Est igitur locus terminus continētis primo et imediate imobilis propter qđ centrum mundi et ultima circumferentia versus nos corporis circulariter moti propriissime videntur habere rationem loci illud quidem deorsum hoc autem sursum qꝛ centrum imobiliter manet et circumferentia vero uniformiter se habens quasi imobilis est ad quā naturaliter fertur omne leve sicut grave ad centrum. Et quoniam enim quod est i medio et deorsum superficies versus celum et econtrario celi superficies versus terram proprie habent rationem loci Idcirco videtur locus esse quoddam planum et sicut vas continens. Amplius locus simul est cum re locata sicut finis cum re finita. quia locus habet quoddāmodo rationem finis.

Capitulum septimū quod sic incipit. Cui quidez igitur corpori est aliquod extra corpus continēs ipm et c̄. Primo concludit ex dictis ꝙ corpus idez i loco est extra quod est corpus continens ipsum probans ex hoc ꝙ celum totum non est in loco licet una pars eius contineatur ab alia.

Quoniam itaqz locus est terminus corporis continētis hinc est ꝙ corpus cui inest aliud corpus extra continens ipm in loco est verbi gratia. si aqua esset tale corpus extra quod nullum aliud corpus esset partes quidem ipius moveri possent et una contineretur sub alia ut minor sub majori tota autem aqua non sic moveretur ꝙ locum mutaret moveretur tamē circulariter nō mutando locum et sic tota nec esset partibus aut eius esset locus prout una contineret in alia. Et hoc modo partium universi est locus que sic adinvicē continent ꝙ una est sursum alia deorsuz et nō circulariter una sequitur aliam. quedam enim partes universi naturaliter moventur sursum que habent raritatem et levitatem. alie vero deorsum ut habentes densitatem et gravitatem. Ex dictis patet ꝙ alia sunt in loco scđm potentiā ut partes continui eiusdem rationis in toto et partibus. Alia vero scđm actum ut partes separate q̄ quamquelibet per se existit tangunt tamen se sicut collectio lapiduz. Iteruz alia quidem per se in loco sunt ut omne corpus mobile alicui aut secundum loci mutationez aut secundum augmentuz per se. Celum ergo non est alicubi neqz in aliquo loco cuz corpus nō sit extra ipm a quo contineatur vel infra quod moveatur secundum autem ꝙ circulariter movetur sicut locus inest partibus eo ꝙ una continetur ab alia et consequēter se habet ad ipsā. alia vero sūt in loco per accidēs ut ala p corpus et celū p partes q̄ oēs quoddāmodo in loco sūt in qua una cōtinet aliā et circulariter una cōsequtur aliā. Et q̄m solū corp9 celeste habz pfectā rōnem circularē i toto et ptibus ideo

ipsm̄ solū per naturā circulariter mouetur. Ita tamē q ipm̄ scd̄m totum nō est alicubi cum nichil sit extra ipm̄. Quod eīm alicubi est ipm̄ est aliquid aliud extra ipsum in quo cōtinetur extra autē vniuersuz nichil est. Et qm̄ celum est totuz vniuersum. Idcirco oīa sunt in loco Ita tamē q nō totū celū est locus. Sz vltimu a imi9 ei9 versus cētrum tangēs corpus imedediate contētum ab ipso et vniformiter se habēs ad ipsum Ita q iste est naturalis ordo corpoꝝ mundi terra est in aqua et hec in aere. hec a ptem in ethere. hoc et hec est in celo et hoc amplius in alio non est.

Capłm. viij. quod sic incipit. Manifestuz autē ex his qm̄ dubitationes oīs soluuntur et c̄. Declarat q ex diffinitione loci soluuntur oīs objectiones superius posite in secundo casu cōtra naturā loci adiūgēs q rationabiliter vnū quodqz fertur in proprium locum et in eodē naturaliter quiescit.

Manifestum est autē q oīs dubitabiles objectiones supius posite ex dicta loci diffinitione soluūtur. Quia eīm nō est corpus. nō est necesse simul augeri locum quādo augetur corpus lōtum ut obiciebatur vltimo. Et qꝛ locus ē superficies puncto nō debetur locus ut arguebatur secundo. Nec duo corpora sunt simul ut pmo arguebatur qꝛ locus nec est corpus nec spacium mediū corporū inter latera continētis licet eīm aliquod corpus sit in terra corpus continēs ipm̄ tamē spaciū mediū corporis continētis nō est locus. Locus autē cum sit superficies siue terminus corporis cōtinētis nō est alicubi sicut in loco ut obiciebat zeno sed est sicut accñs in subjecto sicut est terminus in terminato. Non eīm verū est q oīe qd̄ alicubi est p se qꝛ solum hoc cōuenit corpori mobili. Et qm̄ locus est terminus corporis continētis realiter vnūquodqz fertur in propriū locū eo q corpus cui aliud corpus cōsequēter se habet tangitur ab eo naturaliter et nō vi. Est eīm proximū. i. vnigeneū et cōuenīēs. vnde talia simul apta nata sunt esse et ab inuicē impassibilia licet in quātum tāgunt se sunt adinuicē actiua et passiua. Rationabiliter etiā vnūquodqz naturaliter manet in proprio loco sicut pars naturaliter manet in toto. locatū eīm sic se habet ad locum sicut pars diuisibilis quēadmodū siquis moueat partē aque in tota aqua quiescente vel partē aeris in toto aere. Amplius sicut materia naturaliter manet sub forma ita locatum sub loco. Est eīm locus continēs ad modū forme. locatū autē contētum ad modū materie. verbi gratia. Aer qui cōtinet naturaliter aquā est sicut forma, aqua vero sicut materia cuius actus est aer et ideo aqua est per se in potētia ad aerem hic autē aliquo modo est in potētia ad aquā. sed nō primo de his causa posterius determinādum est de quibus necesse fuit aliquid dicere propter tēpus loquēdi de cōtinēte et contēto licet in certe dictū sit tunc autē certius dicetur. Si igitur idē est materia vnius et actu aliud ut aqua est materia ꝛ potentia aer actu vero aqua habet se ad aerem sicut pars ad totū. Et ideo naturaliter se tāgunt quādo sunt diuersa quādo autē vnū transmutatur in aliud et fiunt actu vnum copulantur. ut quoddam totum. Dictum est itaqz de loco qm̄ est et quid est.

Capłm. ix. quod sic incipit. Eodē autē modo accipiēdum est phici esse considerare de vacuo et c̄. Premisso q ad phicum expectat cōsiderare de vacuo sicut de loco adiūgit modū negātiū ipm̄ esse de materia motiua affirmātiū esse.

Odem modo et phici cōsiderare de vacuo utrum sit vel nō et qūo et quid sit. Ex his eīm que alij opinātur de ipsis eamdē habēt dubitationē ꝛ fidē qꝛ sicut dicunt locum esse vas seu spaciū priuatū corpore ita et vacuū dicūt esse spaciū priuatū corpore. Ita q tale spaciū quādo habet mollē cuius est susceptiū dicit plenū

quādo vero ꝑuatum est ipō dicitur vacuū tanꝗ̄ subjectiue idē sit vacuū plenū et locꝯ nō tamē idē est eis esse diffinitiuꝫ. Incipere autē oportet cōsiderationē de vacuo accipiēdo ea q̄ dicunt affirmātes ipm̄ esse ⁊ iterū q̄ dicunt negātes ipm̄ esse et tertio cōmunes rōnes de ipīs. Quidā eī tētantes probare q2 nō est nō arguunt ꝙ hoīes rationabiliter volunt .s. ipm̄ vl’r nichil esse sed ꝑticul’r dicunt peccando in probatione ꝙ aer aliquid est et cuꝫ nichil sit in quo saltē nō sit aer nichil est vacuuꝫ de quoꝝ numero fuit anax. et hi qui hoc modo arguūt. Qd̄ autē aer sit aliquid litigādo demōstrant per utres aere plenos ex quibus sētitur aer exire quādo fortiter cōprimunt̄. Qui etiaꝫ plem aeris super natāt aquis ex q̄ apparet ꝙ aer est fortis cū sustētꝫ utres. Aerē etiā esse aliquid demōstrāt accipiētes signū in clepsidris siue tāta ploris ex quibus tamē emanat aqua qua plene sunt per foramē inferius si supiꝯ obturetur q2 aer tunc igredi nō potest hoīes autē nolūt vacuuꝫ esse spaciuꝫ in quo vl’r nullū est corpus sensibile. Unde et opinātes et omē qd̄ est esse corpus sēsibile dicunt illud ī quo oīo nichil est vacuum esse et q2 aer nō est sēsibilis ipm̄ putāt nichil esse ꝓpt’ qd̄ plenū aere vacuū dicūt nō oportet igitur ostēdere ꝙ aer sit aliquid ad probāduꝫ vacuū nō esse sed potius ostēdere ꝙ nō est vacuū nec sicut spaciū a corporibꝯ separatū nec sicut interceptū corporibus actu exīs in eis ⁊ destinguēs ea ab inuicē ne totū corpuꝫ vniuersi sit cōtinuū quō vacuū ponūt democritus et leucippus ⁊ multi naturaliū. aut si totū est continuū oportet ostēdere ꝙ vacuū nō est aliqd extra celum hi ergo nō cōtradicunt ad pobleuma de vacuo utruꝫ .s. sit vel nō scd̄m ea q̄ posita sunt scd̄m q̄ tamē oportet cōtradicere. Sed affirmātes vocuū esse melius arguūt dicētes ꝑmo ꝙ si vacuū nō est motꝯ localis nō erit ita ꝙ nec erit loci mutatio nec augmētuꝫ. Loci quidē mutatio sine vacuo non erit q2 impossibile est plenū corpore aliud recipe q2 si recipet duo corpora erunt ī eodē et si duo ⁊ qōlibet q2 nō est assignare rationē quare magis possint simul esse duo q̄ plura. Si autē plura corpora possunt esse ī vno maximū corpus poterit esse ī minimo cū magnū possit diuidi ī multa parua equalia minima q̄ oīa erunt in ipō minimo. Ex quo sequitur ꝙ si multa equalia cōtingit esse in eodē et multa inequalia cōtinget ī vno esse. Mellisuꝫ autē demōstrat vniuersuꝫ esse imobile per hoc qd̄ vacuuꝫ nichil est dicēs ꝙ si aliquid mouebitur necesse erit vacuū esse cuꝫ ergo nō sit vacuū nō est motꝯ Sic ergo ratio predicta ostēdit vacuū esse ꝓpt’ motū. Alio modo vero appꝫ vacuū esse ex hoc ꝙ coeūtia ad inuicē sub itrāt et se cōprimunt ꝓpt’ qd̄ dolia tātum recipiunt de vino cum utribus quātum sine utribus q2 vinuꝫ in utribus cōprimitur et dēpsatur ꝓpter hoc ꝙ alique partes subintrāt partes vacuas q̄ sunt ī eo. Amplius oībus videtur augmētum fieri per vacuū cū fiat per alimētum qd̄ est corpus duo autē corpora in eodē esse impossibile est. Adducūt etiā ad hoc testimoniū cineris de qua si vas ipletum fuerit tātum aque recipit quātum si vas vacuū esset Affirmāt etiā et pictagorici vacuū esse dicētes ipm̄ ingredi partes mundi ex infinito spū quasi respirare celo ⁊ intercipi .i. interponi corporibus ad determinādum ea ⁊ diuidēdum ab inuicē corpora cōsequēter se habētia tanꝗ̄ sit separatio et determinatio ipoꝝ cuius effectus appꝫ primo in numeris quorum vnus ab alio diuiditur per vacuum determinans naturas ipsorum. Ex quibus itaq3 alij dicunt vacuum esse et alij non esse hec que sunt.

Capitulum .x. quod sic incipit. Ad quale autem se habeat oportet accipere quod significet nomen et c̄. Primo declarat ꝙ vacuum non est locus priuatus corpore nec materia nec spacium medium inter latera corporis. secundo soluit predictas rōnes ex quibus videbatur vacuum esse aliquid.

Ad cognoscendum qualis sit natura vacui oportet accipere quid dicatur per nomen ipsius vacui. Videtur autem quibusdam vacuum esse locum in quo nichil est et huius ratio est quia opinantur omne quod est esse corpus. corpus autem quodlibet est in loco locus igitur in quo non est corpus est vacuum quia nichil est in eo ulterius opinantur omne corpus esse tangibile. tale corpus autem est quod habet gravitatem aut levitatem ex his sillogistice sequitur vacuum esse in quo non est aliquid grave aut leve. Sed inconveniens est dicere vacuum esse in quo nichil est grave aut leve quia cum in puncto non sit aliquid tale punctum erit vacuum ex quo sequitur quod sit locus et spacium quoddam cum id quod est vacuum oporteat esse locum in quo sit spacium susceptivum corporis tangibilis. Sic igitur videtur aliquibus vacuum uno modo dici id quod non est plenum corpore sensibili secundum tactum sensibile tale autem est habens gravitatem aut levitatem. Si ergo dubitet aliquis utrum spacium plenum colore aut sono sit vacuum. manifestum est quod si corpus quo debet esse plenum spacium ut sit vacuum accipiatur solum pro corpore tangibili illud erit vacuum quod plenum est colore et sono. Si autem accipiatur pro corpore sensibili communi non erit vacuum quod est plenum istis. Alio modo ponitur ab aliis vacuum illud in quo non est aliquod determinatum nec aliqua substantia corporea et quia essentia materie de se est huiusmodi ideo dicunt idem esse vacuum et materiam corporis et locum non tamen hoc bene dicitur quia materia non est actu separabilis a rebus. de vacuo autem querunt utrum sit separabile. Quoniam autem determinatum est de loco. vacuum autem dicunt esse locum privatum corpore sicut dictum est locum non esse Ita manifestum est vacuum non posse esse nec aliquid separatum nec inseparabile cum velint vacuum esse non corpus: sed corporis spacium. Vacuum enim dicitur esse aliquid propter locum propter quod ponitur esse. dicunt enim ex hoc posse provenire motum localem: quia locus est aliquid preter corpora incidentia et hec spacium quod de se est vacuum. ita quod eius vacuitas est causa motus. causa dico sicut in quo. quia enim necesse est esse aliquid in quo sit motus. Idcirco dicunt locum esse. cum in ipso sit talis motus. Nulla vero necessitas est vacuum esse. primo quia vacuum non est causa omnis. quod melissum latuit. contingit enim plenum moveri motu alterationis. secundo quia non est causa omnis motus localis. contingit enim corpora adinvicem subiungi etiam si nullum spacium separabile sit in eis preter ipsa corpora mota. sicut manifestum est in revolutionibus corporum humidorum continuorum. Contingit etiam corpora densari absque vacuo: quando alique partes rariores evaporant. ut quando ab aqua agitata aer elabitur: tunc partes aque plus adinvicem comprimuntur et fit densior. Augmentari similiter contingit sine vacuo per generationem unius ex alio ut quando de aqua fit aer. Omnino autem ratio que conatur probare vacuum esse per augmentum: et exemplum de cinere cui aqua infunditur se ipsa impedit. Si enim augmentum sit per vacuum: aut non augetur quelibet pars aucti: cum non sit vacua sive augmentum non fit per corpus. aut si fit: duo corpora erunt simul et eodem oportet esse in cinere et aqua. aut enim quelibet pars cineris est vacua. aut aqua non est corpus. aut duo corpora sunt simul. Dubitationem igitur communem de causa augmenti volunt solvere per vacuum. Et tamen non determinant bene quomodo ipsum sit eius causa. quia totum esset vacuum si totum augeretur si augmentum fieret per vacuum et eadem ratio est in cinere cui aqua infunditur. facile est igitur solvere rationes ex quibus demonstrant vacuum esse.

Capitulum .xi. quod sic incipit. Quoniam autem non est vacuum sic divisum etc. Probat sex rationibus quod non est vacuum separatum tanquam locus privatus corpore ad quem vel in quo naturaliter corpora moveantur.

Quoniam autem non est vacuum separatum sicut dicunt quidam sicut patet unicuique enim corporis de numero simplicium est aliquis motus proprius per naturam ut ignis

sursū et terre deorsū et ad mediū sed vacuū nō est ō natura ipsoꝝ. ergo nō est causa motus localis qui eis cōuenit per naturā et cuꝫ videatur esse causa motus scōm locum et huius nō est causa ergo simplr nullius motus est causa. Amplius ꝙ sic vacuum separatum erit sicut ultimū ad qō est motus et naturalis corpoꝝ velut locus separatus ab eis corpus itaqꝫ positum in eo cum nō habeat aptitudinē ad aliquā partē ipsius quo mouetur nō eīm ubiqꝫ et in oēm partē eius qꝛ tunc simul mouētur cōtrarijs motibus nec ad vnā determinatā partē cum nō habeāt naturalē cōuenientiā cum ca plusꝙ cuꝫ alia. Et eadē ratio est cōtra ponētes locuꝫ esse aliquid separatum qō fertur corpus eīm in ipso positum nō habebit quo feratur nec ubi quiescat. Similiter nō erit in eodē assignare differētiā inter sursum et deorsuꝫ. Et qꝛ ponētes vacuū dicūt esse ipm locuꝫ separatū sicut nō cōtingit assignare qūo aliquid sit in loco separato ita nec qūo sit i vacuo quādo eīm positū fuerit corpus in loco separato quasi in corpore sufferēte nō accidit assignari aptitudines diuersas partiū corporis ad partes loci qꝛ pars nisi seorsū ponatur nō est per se in loco sed in toto cuius est pars et qꝛ nō est locus sepatus ideo nec vacuuꝫ erit. Preterea accidit dicētibus vacuū necessariuꝫ esse si motus est cōtrarium eius qō dicunt videlicet nichil posse moueri si sit vacuū. Nam sicut antiq dicūt terrā ideo quiescere in medio qꝛ in drēter se habet ad circūferentiā ita est necesse gēscere corpus positū in vacuo, cuꝫ nō sit ratio qua moueatur ad aliquā partē. eo ꝙ in vacuo nō est aliqua differētia. Preterea ois motus aut est violentus aut naturalis. Ita tamē ꝙ si violētuꝫ est necesse est naturalē esse cuꝫ iste sit prior ille posterior. posterius autē esse nō potest sine priori ex quo sequitur ꝙ non sit motus naturalis vnicuiqꝫ corpoꝝ phicoꝝ nō erit aliquis motus ipsoꝝ sed in vacuo. sicut in infinito. Impossibile est esse naturalē motū phicoꝝ corpoꝝ ergo in eo nullus motus erit ipsoꝝ. Dico autē in infinito et vacuo nichil naturaliter moueri qꝛ i infinito nō est sursū nec deorsuꝫ nec mediū. in vacuo autē nichil differunt inter se sursuꝫ ꝛ deorsuꝫ qꝛ sicut nullius ꝛ nō entis nulla est differentia sic vacui cum sit priuatio, et nō ens nō est differētia naturalis autēꝫ loci mutatio differentiā includit. Et sic vnus motus naturalis ab alio differt qꝛ igitur in vacuo nō est motus naturalis non erit aliquis motus in ipso aut si alicubi est motus naturalis hoc nō est vacuum. Amplius proiecta nunc postea ad hoc mouētur nō tāgente prohiciente ꝑpter alterā duarum causarum. videlicet aut per successionem aeris cuius vna pars aliā impellit simul cum re proiecta. ut quidā dicunt aut per hoc ꝙ aer simul pulsus cum re proiecta retinet virtutem impellentis per aliquod tempus et secum defert rem proiectam. Sed in vacuo nichil horum assignari potest. ergo in ipso non contingit fieri proiecta sed mouebuntur sicut quod vehitur in alio. Amplius nullus poterit reddere causam propter quod id quod mouetur in vacuo aliquando et alicubi quiescat cum sit oīmoda differentia in eo et sit corpus in vacuo aut semper quiescet aut semper in infinitum mouebitur nisi aliquid maius impediat. Et confirmatur hoc ex dicto ipsorum qui ponunt vacuum causam motus quia cedit corpori. sed ubi vniformiter cedit ergo ubiqꝫ in ipso et vniformiter corpus mobile ferretur.

Capitulum. xij. quod sic incipit. Amplius autem ex his manifestuꝫ est quod dicitur et c̄. Primo supponit ꝙ vnus motus excedit alium siue in velocitate vel propter differentiam medij vel propter virtuteꝫ mobilis. secundo ex parte medij probat non posse motum esse in vacuo. tertio hoc idem concludit ex parte mobilis.

mplius cōseq̄ntibus erit manifestū nichil moueri in vacuo videmus eīm corpus graue velocius ferri deorsū ꝓpter alterā duaꝝ causaꝝ. aut eī hoc accidit ꝓpter drīam medioꝝ per q̄ fertur qꝛ vnum est dēpsius alio ut terra q̄ aqua aut hoc accidit ꝓpter drīam mobiliū quoꝝ vnū excellit aliud in grauitate vel leuitate si in alijs sint vniformia. mediū autē per qḋ fit causa motus est talis drīe qꝛ resistēdo impedit motū mobilis et maxime id qḋ cōtraferē deinde id qḋ quiescit et ideo magis impedit illud qḋ nō facile diuiditur et tale est illud qḋ est grossius. His premissis ponatꝰ q̄ idem mobile. a. feratur p mediū grossius qḋ sit. B. in tēpore. C. deinde moueatur per mediū. d. subtilius qḋ est. b. ex predictis sequitur q̄ tanto velocius fertur p medium. D. quā per mediū. B. si equalis sit eoꝝ lōgitudo quāto subtilius est. d. q̄. b. qꝛ proportio motus ad motū erit scḋm proportionē impedientis corporis verbi grā. mobile. A. feratur per aquā et per aerē quāto subtilior et incorporalior est aer q̄ aqua tāto citius mouebitur per aerem ꝛ eamdē rationē quā habet aer ad aquā in subtilitate habebit velocitas ad velocitatē. ita q̄ si duplo est aer subtilior aqua in duplo maiori tēpore trāsibit idē mobile per aquā q̄ per aerem. Et semꝑ hoc erit qꝛ quāto subtilius erit medium et minus īpedimētū ꝓ̄stans atq̄ diuisibiliꝰ tāto per ipm mouebitꝰ citiꝰ. Sed vacuū nullā habet proportionē ad plenū sicut nec numerus ad nichil ergo ī eo nō est motus. Qḋ autē numerus ad nichil et vacuū ad plenū proportionē nō habeat patet sicut quattuor excellūt tria in vno sed in pluribus excellūt duo qꝛ in duobus et adhuc in pluribus excellūt vnū qꝛ in tribus et ideo habet proportionē ad oīs hos numeros. Idē autē quatuor nō excellit hoc qḋ est nichil in aliquo qꝛ oē excellēs diuiditur in id qḋ excellitur, et id quo excellit et utrūq̄ cōtinet. et sic quattuor cōtineret aliq̄ et nichil vnū nec linea punctū excedit nisi ponatur ex punctis. Si igitur vacuū excelleret plenū in subtilitate cōponeretur ex pleno nullā itaq̄ proportionē habet ad ipm igitur in eo nō est motus. Preterea si aliquod mobile trāseat p aliqḋ corpus subtilissimū qḋ nō sit subtilius in tāto et tali tēpore oportet q̄ in minori trāseat si moueatur p vacuū qꝛ hoc supat oēm proportionē cuiuscūq̄ pleni. Sed dato q̄ per vacuū trāseat in aliquo tēpore possibile erit q̄ in equali trāseat aliqḋ plenū ꝛ sic falsū erit q̄ vacuū supet oēm rationē pleni. Sit enī vacuum. z. plenū autē equalis magnitudinis sit. b. d. Si igitur mobile. a. per vacū. z. transeat in tēpore. i. qḋ est minus q̄ tēpus. E. in quo plenū. b. d. mobile. a. trāsibit plenū subtilius pleno. b. d. in tāto tēpore quātū est si hoc plenū sit subtilius illo in tāto excessu quātū excedit tēpus. i. tēpus. E. sed ī spacio in quo nullū est corpus ferebatꝰ in tēpore. i. igitur in equali trāsibit plenū et vacuū qḋ est impossibile manifestū est igitꝰ q̄ si in aliquo tēpore sit motus in vacuo accidet hoc impossibile in equali tēpore esse motū in pleno et vacuo et sic erit proportio pleni ad vacuū sicut est tēporis ad tēpus sed ut in sūma dicatur manifesta est causa huius īpossibilitatis cōseq̄ntis. qꝛ cuiuslibet motꝰ est ꝓportio cū uterq̄ sit ī tēpore tēporis aūt ad tēpus semꝑ est ꝓportio utriusq̄ finitis vacui aūt ad plenū nulla est oīo ꝓportio. Ex parte itaq̄ medij hec cōtingūt. Scḋm autē excellētiā mobiliū hec īpossibilia accidūt. Uidemus eī mobilia habētia maiorē inclinationē grauitatis vel leuitatis citius ferri deorsū vel sursū p equale spaciū finitū scḋm ꝓportionē quā hn̄t tales habitudines ad īuicē in grauitate vel leuitate. Si igitur motus sit in vacuo p ipm citius ferretꝰ deorsū qḋ est grauius et citius sursū qḋ est leuius. Sed hoc est impossibile cum nō sit aliqua causa propter quā in vacuo citius ferātur in pleno quidē ex necessitate hoc euenit qꝛ mobile fortioris virtutis velocius diuidet mediū resistens. Nā ipsum mediū velociꝰ

diuiditur aut ꝑpter figurā aut ꝑpter virtutē mobilis aut ꝑpter violentiā impellētis vt patet in proiectis. Sed vacuū equaliter cedit cum nulli resistat ergo in ipso erūt oīa eque velocia qd̄ est impossibile. Quod igitur si vacuū sit accidit cōtrarium eius ꝓpter quod vacuū probatū est patet ex dictis. Quod ꝑnabātur ei quidā vacuū separatū esse si erit mot⁹ localis ꝙ idē ꝙ est ꝙ dicere locū spaciū sed hoc sit īpossibile dictū est

Capl'm .xiij. qd̄ sic incipit. Et per se cōsiderātibus videbitur vtiqꝫ dictū vacuum etc̄. Probatur tripl'r ex natura ipsius vacui nō esse vacuū separatū. secundo non esse corporibus imbibitum.

Consideratibus vacuū p se ip̄m videbitur sicut nomē eius sonat esse priuatio quedā et nō ens. Si eīm vacuū esset aliqd cederet corpori locāti in corp̄ so. Sicut eīm si ponatur corpus cubitū ī aqua cedit tātū aque quātus ē cubus Ita et in aere cōtingit sed in manifestū est sēsui Et eodē modo in oīni corpore trāsmutabili necesse est tātū cedere de ipso ad partē ad quā habet aptitudinē naturalē siue sursū siue deorsū nisi forte vnū aliud subintret quātū est corpus qd̄ in ipso locatur. Sed in vacuo hoc impossibile est cum nō sit corpus ergo nō cedit corpori locato Si autē ip̄m est aliud et nō cedit sequitur ꝙ per equale spaciū ꝑmanētis trāseat magnitudo mota in ipso sicut per equale spaciū aque ꝑmanētis trāsiret cubus si ipsa aqua nō cederet ligneo cubo. Corpus igitur cubū locatū in vacuo habet tantā magnitudinem quantā vacuū cōtinēs ip̄m. Nec dr̄ūt dimēsiones corporis adimēsiōibus vacui ꝑpter qualitates sensibiles corporis qꝛ si tale sit frigidū aut qualidū graue aut lēue nichilominus esse corporeū ipsius alteꝝ est ab oībus passiōibus etiā si actu nō sit diuisibile ob eis. Dico autē esse corpoꝝ ipsius quale est corpus cubi lignei vnde si tale separaretur ab oībus qualitatibus nec sit graue nec leue occupabit tātū d̄ vacuo spacium equale sibi et simul erit cum eadē parte loci vacui quā occupabit q̄ erit sibi equalis localiter ergo nō distabit dimēsio corporis cubi adimēsiōibus vacui in quo locatur et sic duo corpora erunt simul et si duo plura esse poterunt ī eodē hoc ergo est vnū impossibile. Amplius cubus trāsmutatus in vacuo habet cōuenientiā ad oīa corpora in ratione locabilis. Si igitur eius dimēsiones nō dr̄ūt adimēsiōibus vacui ipse non differt a suo loco sicut nec a suis dimensiōibus et sic nō oportebit facere locū corporibus extra ꝓpͣas dimensiones qꝛ vnūquodqꝫ locabit se ip̄m et erit impassibile ab alio qꝛ nichil cōfert ad eius locationē si alteꝝ spaciū equale eidē sit circa ip̄m. Amplius si vacuū est aliquid oportet ip̄m esse de numero mobiliū et habere ꝓpriā rationē mobilis sed infra mundū nō est tale corpus ergo ip̄m nichil est nec potest dici tale corpus esse ī mundo sed nō videtur qꝛ ratio inuisibilitatis nō tollit ꝓpriā rationē mobilis. aer eīm nō videtur: et tamē est aliquid mobile. Sic etiā essent pisces ferrei in aqua nō viderētur et tamē mouerent et eoꝝ esse ac motus posset tactu discerni. tactu eīm fit discretio eius qd̄ tāgitur. Quod igitur nō sit vacuū separatū manifestū est. sunt autē quidā qui per raꝝ et densū opināturmanifestū esse ꝙ vacuū sit dicunt eī ꝙ si nō vacuū est rarum et densū nō est possibile corpora subintrare inuicē nec vnū cōprimi infra se ip̄sum. Si autē hoc nō sit aut nullus erit motus localis aut vno motu mouebitur totū in vniuersū sicut dixit zeno. aut si erit motus gn̄ōnis semꝑ tātum de vno generabitur ex alio quātum tunc alibi generatū fuerit de illo vt si ex ciatho aque generatus sit aer tātidem aque oportet generari ex ciatho aeris aut ex necessitate vacuū esse qꝛ sine ipso nō cōtingit corpora rarefieri et dēpsari. Cōtra hoꝝ opinionē ꝑmo ⁊ supius ostēsis arguitur. Si eīm dicunt raꝝ esse corpus hn̄s multa vacua sepata quasi foromina.

manifestũ est q̄ sicut nec vacuũ nec locũ tanq̄ spaciũ separatuz esse cõtingit sic nec vacuum modo predicto. Si autẽ nõ dicũt raz esse vacuũ separatũ sed corporibꝰ inbibituz minus quidẽ impossibile videtur. Cõtingit tamẽ ꝑmo q̄ vacuũ nõ est causa oĩs motus ut dicunt sed tãtum motus sursũ cũ eĩm sit causa raritatis tãtum et raz sit leue vnde et ignẽ qui est leuis raz dicunt esse vacuũ erit causa solius motus sursuz. Preterea vacuũ nõ erit causa motus per modũ subiecti in quo sicut ipsi asserunt sed causa efficiẽs quẽadmodũ utres eo q̄ feruntᵉ sursuz feruntᵉ secuz cõtentũ in ipsis sed hoc est ĩpossibile qꝛ tunc vacuũ ꝑmo per se moueretᵉ nõ potest autẽ eius esse motus nec locus sequeretᵉ eĩm q̄ vacuũ mouetur in vacuo. Preterea per vacuũ nõ potest assignari causa motꝰ deorsuz ĩ grauibus. Preterea si vacuũ causãs raritatẽ est causa motus quãto aliquid erit rarius et magis vacuũ velocius feretur sursuz. Et si oĩno sit vacuum velocissime utiqꝫ feretur. Sed tale cum sit ꝓuatio fortassis ĩpossibile est moueri cuius ratio est quia sicut in vacuo oĩa essent sine motu si poneretur sic ipsuz impossibile est moueri qꝛ incõparabilis esset velocitas eius velocitati cuiuslibet pleni.

Capitulum .xiiij. qđ sic incipit. Qm̃ autẽ vacuũ quidẽ nõ dicimus esse et c̃. Primo repetit ea q̄ faciunt ad dubiũ si vacuũ negetur esse. secundo supponit q̄ ex ente in potentia. fit ens in actu eadem materia existente utrobiqꝫ ex quo soluuntur dubitationes predicte.

Qoniã determinãdo dicimus vacuuz nõ esse ex quo sequũtur alique nature dubitationes qꝛ aut motus nõ erit nisi sit raritas et dẽsitas q̄ sine vacuo non videtur posse esse aut celũ mouebitᵉ aut eleuabitur ad motũ cuiuslibet aut semper generabitur equale ex equali. ut equalis aer ex equali aqua. qđ apparet falsum. qꝛ manifestũ est q̄ plus aer fit ex aqua quã fuerit aqua Necesse igitur est nisi sit cõpressio corpoz que ut videtur sine vacuo esse nõ potest aut ultimũ corpus tãgens celũ motum quolibet moto facere celũ inflari aut alibi alicubi equaliter cõuerti aerez in aquã quãtum cõuersuz est ex aqua in aerẽ ut corpus totius mũdi ĩ eadem qualitate seruetur aut nichil oĩno moueri qꝛ semꝑ trãsmutatione facta localiter accidet oĩa moueri et celum inflari nisi circulariter oĩa moueãtur Nõ semꝑ est loci mutatio ĩ circulum sed aliquãdo in rectũ. hi quidẽ igitur ꝓpter hoc dicũt vacuũ esse. Nos autẽ supponimus ꝑmo q̄ vna materia est cõtrarioz ut calidi et frigidi et alioz cõtrarioz secũdo q̄ ex ẽte in potentia fit ens actu. tertio q̄ in tali trãsmutatione de potẽtia ad actum materia nõ corrũpitᵉ sed accidit alteꝛ esse: manẽs vna numero sub formis cõtrarijs ut sub calido ꝛ frigido Ex his patet q̄ eadẽ est materia corporis magni et parui etiã hoc manifestuz est ex trãsmutatiõibus cũ eĩm ex aqua fit aer eadẽ materia facta est sub forma aeris nichil accipiẽs ab extrinsico. sed qđ erat in potẽtia fit etiã actu et similiter est quãdo fit ex aere aqua ex quo sequitur q̄ trãsmutatio fit aliquando ex paruitate ꝛ magnitudine ut quãdo fit aer ex aqua aliquãdo ecõtrario. ut qñ fit aqua ex aere. Et eodẽ modo cõtingit q̄ multus aer ex eis fit minoris quãtitatis et quãdo ex minori fit maior. hoc eĩ accidit propter materiã que est potẽtia ad utrũqꝫ. sicut eĩm fit ex calido frigidũ ꝛ ecõtrario qꝛ eadẽ est potẽtia materie ad utrũqꝫ sic ex calido fit magis calidũ nullo facto in materia calido qđ nõ esset calidũ quãdo erat minus calidũ ꝛ eodẽ modo est quãdo ex minori circulatione aut cõuexitate fit maior Et quãdo ex minori calitate vel linee fit maior. Magnitudo itaqꝫ et paruitas corporis sensibilis extrahitur vel cõtrahitur nõ accipiente aliquid materia ab extrĩseco sed materia q̄ est ĩ potẽtia ad utrũqꝫ deducitᵉ ad actũ Et hoc modo ex denso fit raz et ecõtrario. cum sit vna materia ipsoz et per hoc patet

ꝙ ex graui fit leue et ecõtrario. qꝛ dẽpsũ est graue rarũ autẽ leue. Amplius sicut curui tas circuli ducta ad minꝰ nõ facit nouã cauitatẽ sed illa q̃ erat deducta est ad aliũ gradũ de quibus pars ignis est calida etiã quãdo minus calidũ fit maius tamẽ materia extẽ ditur sub forma sic et omẽ qd fit rarum vel dẽpsum trãsmutatur cõpressione vel exten sione eiusdez materie. Ita tamẽ ꝙ ab utroqꝫ ipsoꝝ dicunt duo causari a dẽpso quidez graue et duz. grauia eñi et dura dẽpsa videtur esse et cõtraria a raro sed leue ꝛ molle qꝛ rara sunt leuia et mollia. dissonãt autẽ graue et durum in plũbo et ferro qꝛ licet plũ bum sit grauius tamẽ est mollius. Ex dictis igitur manifestũ est ꝙ nõ est vacuũ sicut separatũ nec existẽs in raro nec idẽ qd potẽtia materie. nisi quis vellit appellare vacuũ ipsam materiã prout est causa illius qd mouetur in quãtum est causa grauis ꝛ leuis dẽp sum eñi ꝛ rarum prout ab eis causatur graue et leue sunt actiua motus prout autẽ ab ysdem causatur molle et durũ sunt ĩ causa passibilitatis ꝛ ĩpassibilitatis et ita causa sũt alterationis et nõ loci mutatiõis. de vacuo itaqꝫ ita determinatum est.

Caplm. xv. qd sic incipit. Cõueniens autẽ dictis est aggredi de tẽpore et c̃.
Preposito ꝙ considerãdũ est de tempore arguit ꝑmo logice ꝙ ipm nichil est. secundo querit utrum nunc sit idẽ in toto tẽpre vel aliud ꝛ aliud.

Onsequẽs ad dicta est cõsiderare de tẽpore de quo bene se habet opponere p rationes apparẽtes utrum sit de numero entium vel nõ entium. postea q̃ na tura ipsius ex his cõcipi potest. Preteritũ ei qd est pars ipsius iam trãsiit ꝛ nõ est futurum etiã qd est alia eius pars nõ deest. Ex his autẽ cõponitur omẽ tẽpus qd fuit et qd futurum est. Cõpositũ autẽ ex nõ entibus nõ potest participare alteriꝰ naturã et substãtiã quã nõ entis. Preterea cuiuslibet diuisibilis actu ẽtis necesse est aut oẽs aut quasdã partes existere tẽporis autẽ alie partes facte sunt ita ꝙ nõ sunt alie vero future ꝙ nõdum sunt natura autẽ pars illiꝰ actu est qꝛ cum ipm sit diuisibile oportet partẽ eius diuisibilẽ esse ipm autẽ nunc nõ est pars ipsius qꝛ pars cõtinui men surat et cõponit suum totum tẽpus autẽ nõ cõponit ex nunc. Amplius utrum ipm nunc qd videt determiare et copulare preteritũ et futuꝝ sit vnũ et eodẽ semꝑ manẽs in toto tẽpore aut aliud et aliud nõ est facile scire. Si eñ semꝑ est aliud ꝛ aliud nunc nõ possunt simul esse qꝛ nulla pars tẽporis est simul cum alia nisi vna cõtineat et alia cõtineatur sicut minus tẽpus sub maiori quõ vnũ nunc nõ potest se habere ad aliud ergo oportet ꝙ prius corrũpatur ut posterius ei succedat Nõ potest autẽ corruptũ eẽ in se ipso qꝛ tunc est nec ĩ alio nec cõseq̃nter se hñte ad ipm qꝛ ipsa nunc nõ hñt se cõse quẽter in tẽpore sicut nec puncta in linea ergo primũ corruptũ est ĩ alio nunc sed inter istud et illud est tẽpus mediũ in quo habuit esse primũ nunc qꝛ cum ꝑmo fuerit corrup tum in alio nunc in tempore medio non desinit esse sed hoc tempus continet infinita. nunc ergo primo nunc simul fuit cum inter medijs nunc que sunt infinita quod ẽ im possibile. At vero nec est impossibile semper manere idem nunc qꝛ nullius cõti nui finiti est tantũ vnus terminus siue tale sit continuum ad vnam dimensionem ut ad longum siue ad plures ut ad longum et latum sed nunc est terminus cõtinui quod contingit accipi finitum ergo eius non est tantum vnum nunc. Amplius si simul sunt secundum tempus nec sunt adinuicem prius et posterius que cũqꝫ sunt in eodez nunc. Si ergo idem nunc est ĩ toto tempore ea que fuerant in millessimo anno que sunt in eodem nunc et que sunt hodie simul sunt nec vnum est prius vel posterius a lio hoc autem est impossibile. Sic igitur oppositum est de tempore.

Capl'm.xvj.qd' sic incipit. Q̄d autē est tēpus et quid ipsius natura et c̄. Primo declarat ꝙ tēpus non est idem ꝙ motus celi nec idez ꝙ eius spera nec idem ꝙ motus. secundo probat ꝙ non est sine motu.

Quid autem sit tēpus nō est manifestuz ex dictis nec ex hīs que a prioribus accepimus. Quidā eīm motū celi alij ipam sperā dicunt esse tempus. Non potest autem tēpus idē esse ꝙ motus circularis orbis q̄r sicut pars tēporis ē tēpus ita pars circulationis esset quoddā tēpus q̄tam ē nō est circulatio cum accipiatur ab ea etiā nō sit totū esse ipsius. Amplius si plures essent celi motus cuiuslibet ipsorū esset tēpus et sic possent esse multa tēpora simul. Spera autē totius orbis pro tāto visa est esse tēpus pro quāto in ea oīa cōtinentur sicut in tēpore sed hoc dicere stultius est ꝙ impossibilia q̄ sequuntur ad ipm. Q̄m autē maxime videtur esse quidā motus celi et mutatio quedā hoc diligentia considerādum est et apparet nō ita esse. primo q̄r vniuscuiusqz mutatio et motus est in ipso mobili sicͣ apparet in alteratione ꝛ augmento subiectum eim oīs motus est et qd' mouetur et trāsmutatur tēpus autē est ubiqz ꝛ apud oīa. Amplius oīs mutatio potest esse velocior aut tardior q̄ diffiniunt tempore. q̄r velox est ꝙ in pauco tempore multuz mouetur. tardū autē ꝙ in multo tempore paucū pertrāsit tēpus autē nō diffinitur tēpore nec quātum quo ad suum esse quātum nec quo ad esse quale cum nulla res seipam diffiniat. Si igitur tēpus nō est mot9 nec ad presens differat dicere motū vel mutationē sed accipiātur ut idē. At vero q̄uis tēpus nō sit motus tamen nō est sine motu qd' patet ex hoc q̄r quando ipsi nichil mutatur ita ꝙ nō pcipimus motū per intellectum aut si mutatur latet nos tunc nō videtur nobis fieri aliqd' tempus sicut accidit in illis quos fabulose dicunt longo tēpore dormire apud insulā rodos qui cum expergiscunt copulāt primū nunc i quo pmo dormire ceperunt posteriori in quo euigilāt et extimāt ipsa esse idez nunc rem ouētes medium qd' fuit inter illa nunc propter insensibilitatē profunde dormitiōis Sicut igitur si nō esset mediū inter duo nunc nō esset tēpus sic et qn̄do latet aliquid esse ipm medium nō videtur esse tempus. Si itaqz tunc accidit nobis nō opinari esse tempus cum nō percipimus aliquā mutationē sed aīa videtur manere i vno indiuisibili q̄ndo vero sentimus et discernimus motū tunc dicimus fieri tempus. Manifestum iest ꝙ tempus non est sine motu et mutatione. hoc ergo est manifestum.

Capl'm.xvij. quod sic incipit. Accipiendum autē q̄m querimus quid sit tempus et c̄. Ex hoc ꝙ tēpus non est idem ꝙ motus nec etiam est sine motu concludit ꝙ diffinitio est numerus motus secundum prius et posterius.

Q̄oniā querim9 quid sit tēpus accipienduz est prius quid est motus q̄m simul sentimus motuz et tempus et nāqz si sint tn̄ bre ꝛ nichil patiamur per sensus corporis tamē in aīa fiat aliquis motus simul statim percipitur quoddā tempus et ecōtrario quādo videtur fieri aliquod tempus et motus aliquid simul fieri videtur quare tempus aut est motus aut aliquid ipsius. Et q̄m nō est motus relinquitur ꝙ sit aliquid eius. Q̄m autem oīe quod mouetur ex quodam in quedam venit et hi sunt termini magnitudinis et oīs autem magnitudo continui hinc est ꝙ motus sic sequitur magnitudinem quod propter eius continuitatem et motus cōtinuus est ꝛ ppt̄ motum tempus. q̄m quantus est motus tantum et tempus fieri videtur. Prius autem et posterius primo sunt in loco ut habet rationem magnitudinis in qua differunt positione ꝛ q̄m in magnitudine ē primum et ultimū quorum primuz attingitur a mobili in suo motu primū et posterius ultimū ideo necesse est in motu esse prius ꝛ poste

rius scdm proportionez istorum in magnitudine. In tempore vero est prius et posterius propter motum quia tempus quod est vnum ipsorum subsequitur aliud. prius autem et posterius ita sunt in motu quod idem sunt subiectiue cum ipso tamen quiditatiue ipsorum aliud est a motu. At vero cum discernimus motum determinando prius et posterius ipsius tunc cognoscimus tempus tunc etiam dicimus tempus fieri quando sensibiliter percipimus prius et posterius in motu determinamus autem prius et posterius et accipiendo aliud et aliud instans et aliud medium ipsorum ita quod in vno sit prius motus et in alio posterius. Cum enim intelligamus hec instantia altera esse a medio ipsorum ita ut anima dicat ea esse duo vnum quidem prius aliud posterius tunc percipit id quod dicimus esse tempus. Si igitur determinato instanti seu nunc tempus esse videtur et ad tempus supponatur esse. Quando igitur sentimus ipsum nunc tanquam vnum nec est nunc prius et non posterius in motu. Aut idem nunc est alicuius prioris et posterioris tunc nullum tempus fieri videtur sic nec motus. Quando autem est et percipitur prius et posterius tunc et tempus dicimus esse. Sequitur quod hoc diffinitiue sit tempus numerus motus scdm prius et posterius non igitur motus est tempus sed illud quod motus habet numerorum. s. prius et posterius. Cuius signum est quia in omni re iudicamus plus et minus numero sed motum plurem et minorem iudicamus tempore. ergo tempus est numerus. Quia autem numerus dupliciter dicitur. vno modo quod numeramus scdm quem motum ipsam esse numerabilem dicimus numerum. Alio modo quo numeramus duo et tria. et isti duo modi sunt diuersi quia alius est numerus numeratus alius quo numeramus. Tempus est numerus non quo numeramus sed qui numeratur.

Capitulum. xviij. quod sic incipit. Et sicut motus semper aliud sit et tempus et c. Primo declarat quod tam motus quam nunc habent identitatem et diuersitatem. secundo quod vnum istorum non est sine alio. tertio quod tempus continuatur et diuiditur per nunc.

Sicut motus per sui successionem semper est alius et alius. Ita et tempus cum sit successiuum semper est aliud et aliud in hoc tamen differunt quod omnis motus simul acceptus non est idem. omne autem tempus simul acceptum est idem quia instans determinans eius simultotem idem est. cuius tamen instans diuersum est esse prout mensurat tempus scdm prius et posterius. Ipsum igitur nunc seu instans aliquo modo est idem in toto tempore. aliquo non idem in quantum est enim in alio et alio per prius et posterius in tantum est diuersum et hoc est eius esse formale in quantum autem est aliquod ens in subiecto in tantum est idem et hoc sic patet Sicut enim dictum est motus sequitur magnitudinem et tempus sequitur motum et sicut punctum per sui translationem continuat lineam. Ita id quod fertur continuat motum. ita quod per ipsum cognoscimus motum et prius et posterius ipsius. hoc igitur mobile siue sit punctum siue lapis siue quodcunque aliud scdm id quod est idem et vnum est ratione aut est alterum prout alterum et alterum modum se habendi sicut sophiste acceperunt coriscum esse alterum in foro et in theatro quia alibi et alibi est. Quia igitur nunc sequitur mobile sicut tempus mobile propter motum aut aliter et aliter se habens cognoscimus prius et posterius in motu et per prius et posterius ut numerabile cognoscimus ipsum nunc et consequitur quod ipsum non sit idem ratione identitatis mobilis quod consequitur et sic idem est subiecto prius enim et posterius quod est in ipso motu non tollit identitatem mobilis sed tamen in ipso suo esse diffinito nunc est alterum et alterum quia consequitur mobile prout prius et posterius ipsius numerabile est Et maxime motum est ipsum mobile

qꝛ semp ipm cognoscit motus ⁊ loci mutatio ꝓpter id qḋ fertur. Id eñ qḋ fertur est ali
quid manēs motus autē nō cognoscit aut successiuū pmanēs. Manifestum itaqꝫ
ꝙ id qḋ fertur in toto motu aliquo modo est idē et alio modo diuersū sic ipm nunc in
toto tēpore. Ex dictis manifestū est ꝙ nisi tēpus sit: instās nō erit. et si instās nō est
tēpus nō erit. qꝛ sicut simul sunt mobile et motus: ita simul sunt numerus mobilis ⁊ nu
merus motus. Tēpus autē est numerus motus. instās autē numerus mobilis. ita
se hñs ad tēpus sicut vnitas ad numeꝝ. Tēpus etiā est cōtinuū ipi nūc ⁊ diuiditur
per ipm et hec sequūtur ad mobile et motū motus eñi est vnus qꝛ mobile vnū est et in
se ⁊ in contiūatione motus. Si eñi deficiat a motu iaꝫ motus nō est in ista tamē cō
tinuatione est alteꝝ et alteꝝ ratione ut dictū est et ipm sequitur in hac alteritate instās
per qḋ determinatur prius et posterius in motu. Assimulatur autē instās puncto pro
ut cōtinuat ⁊ determinat lineaꝫ punctū eñi cōtinuās lineā linee est ꝓncipiū vnius ⁊ fi
nis alterius. Sed in hoc drñt qꝛ quādo idē punctū acceptū fuit ꝓncipiū vnius ⁊ finis
alterius linee necesse est ipm accipi quiete ⁊ stare ipm autē nunc ꝓpter id qḋ mobile ē
a quo depēdet semp mouetur semp est alteꝝ et alteꝝ quare tēpus est numerus motus
nō per vnū instās qḋ sit ꝓncipiū ⁊ finis. sed per duo instātia q̄ sunt ultima eiusdē tp̄is
qꝛ vnū est eius ꝓncipiū et aliud finis que tamē nō sunt partes ipsius oportet eñi instās
accipe nō vnum quo utamur ut duobus ꝓpter hoc qḋ dictū est ipm nō posse accipi ut
quiescēs. medio autē puncto utereť quis pro duobus et ideo cōtingit ipm quiescere.
Ad huc manifestū est ꝙ ipm nunc nō est pars ipsiuꝫ tēporis nec momentū motus sicut
nec punctū linee qꝛ nullum indiuisibile est pars cōtinui sed potius eiuꝫ pars est aliqd
cōtinuuꝫ, sicut due linee sunt partes vnius. Scḋm quidē igitur ꝙ ipm nūc est ter
minus tēporis nō est tēpus sed accidit ei scḋꝫ vero ꝙ numerať mobile in sua trāslatio
ne est eius numerus est tamē nō in mobili sed in tempore qꝛ termini illius sunt cuius
sunt termini. numerus autem nō oportet ꝙ sit in numeratis. Numerus eñi qui ho
rum. x. equorum est alibi ⁊ alibi cum possit esse aliorum. x. entium.

Capitm. xx. qḋ sic incipit. Qḋ quidē igitur tp̄s numerus motuꝫ scḋm prius ⁊
posterius sit et c̄. Declarat ꝙ in tēpore est minimū scḋm esse discretum et nō
scḋm cōtinuū. secundo ꝓpter quid dr̄ multū et paucū et breue ⁊ lōgum sed nō
velox et tardū. tertio q̄uo est idē et q̄uo diuersuꝫ. quarto ꝙ ita mensurat mo
tum ita qḋ est mensura continui scḋm rationem discreti.

Anifestum est et quoniaꝫ numeri est dare minimū scḋm esse discretuꝫ. s. dua
dualitatē cōtinui aut nō est dare minimum scḋm cōtinuitateꝫ. Idcirco in hñ
te rationem numeri ⁊ cum hoc continui est dare minimū discretione sed non
cōtinuatione ut due linee sunt minime multitudine magnitudine aut nō est minima
cum igitur tempus sit huius est minimum tempus secundum numerum vnum aut
duo non autem secundum magnitudinem. Manifestum est etiam propter quid
tempus non dicitur tardum ⁊ velox et tamen dicitur multum ⁊ paruum breue ⁊ lon-
gum. longum enim et breue sunt passiones continui multum et paucum discreti. Et
quia tempus habet rationem continui propter motum ideo dicitur longe et breue qꝛ
nō est numerus dicitur multum et paucuꝫ qꝛ vero nullus numerus dicitur velox ⁊ tar
dus. Idcirco ista nō dicūtur de tempore. Tēpuꝫ autē simul acceptū est idē ubiqꝫ
acceptum autē scḋm prius et posterius non est idē. Et hoc rationabiliter est qꝛ muta
tio pñs quidem est vna facta autem et futura diuerse sunt tēpus autem est numerus
motus nō quo numeramus sed qḋ numeramur cui inest semp esse alteꝝ ⁊ alteꝝ ꝑ ꝓuꝫ

et posterius vnde et ipso nūc semꝑ sunt diūsa ꝓpter diūsitatē ꝑoris et posterioris. numerus autē quo numeramus potest esse idē in diuersis numeratis sicut idē cētum est q̄ numeramus. C. equos. et. C. hoīes ipsa tamē numerata diuersa sunt. Amplius sicut cōtingit eundē motū sēꝑ reiterari. ita idē tēpus ꝛ hiemē ver aut autūnū. Nō solū autē motū mēsuramus tēpore sed etiā per motū tēpus per diffiniri ab inuicē tēps determinat motū cum sit numerus ipsius motus aut determinat tēpus q̄ꝛ dicim9 tēps esse multū aut paucū mensurātes eius quātitatē per quātitatē motus sicut quātitatē numeri per quātitatē numerabilis. Sic eñ numero cognoscimus multitudinē equoꝝ qd̄ etiā vno eq̄ multotiēs replicato cognoscimus numeꝝ equoꝝ et eodem modo est ī motu ꝛ tēpore qd̄ est eius numerus. hoc autē rōnabiliter accidit q̄ꝛ motus mutat magnitudinē et motū tēpus eo ꝙ hec sunt quāta et diuisibilia et cōtinua tali modo. Nā ꝓpter hoc ꝙ predicta reperiūtur in magnitudine reperiunē per ipsam in motu ꝛ per hūc in tēpore. Et q̄uis ita sit tamē sicut mēsuram9 motū magnitudine ita ecōtrario magnitudinē motu mēsurā eñ dicim9 eē viā si process9 sit mult9 et habet multū si vio mēsta ꝛ eodē modo tēps multū si mot9 est multus et ecōtrario motū multū si tēps multū.

Capłm. xx. qd̄ sic incipit. Qm̄ autē est tēpus mēsura motus et eius qd̄ est moueri et c̄. Declarat ꝑmo modum quomodo tempus mensurat motum. secundo ꝙ motum esse in tempore est ipsum mensurari ab eo. tertio ꝙ tempus est causa corruptionis et ideo sempiterna non sunt in tempore.

Quoniā aūt tēpus est mēsura motus et eius qd̄ mouetur est moueri tali modo mensurat ipm motū ꝙ determinādo quātā partē eius sit per replicationē ipsius mēsurat totū sicut cubitus totā lōgitudinē mēsurat determinādo ꝑmo aliquā partē replicādo metitur totā. Motū autē esse in tēpore est ipm et eius esse mēsurari a tēpore simul eñ mensurat motū et esse ipsius ita ꝙ hoc est ipm esse in tpore mēsurari esse eaꝝ a tēpore. Dupliciter eñ dicitur aliquid esse in tēpore. vno modo esse tunc q̄ndo tēpus est. Alio modo esse in eo sicut aliquid est in numero. duobus aūt modis aliquid dicitur esse in numero. ꝑmo esse partē vel passionē vel aliquid aliud numeri. secundo esse sub numero sicut numeratū ab eo ita ꝙ numerus est illius qd̄ dicit esse in eo. Qm̄ igitur tēpus est quidā numerus instās et prius et posterius sunt ī eo. Primo modo videlicet sicut vnitas pars et habundās sunt ī numero. hec eñ sunt aliquid numeri ad illa aliquid tēporis. Res aūt q̄ mensurātur tēpore sunt ī tēpore sicut ī numero. Secundo modo videlicet ꝙ tēpus est numerus ipsaꝝ sub quo cōtinent sicut sub numero mensurāte esse earum quēadmodū q̄ sunt in loco sub loco. Ex quo manifestū est ꝙ nō est esse. s. mobilis ī tempore esse tūc q̄ndo est tēpus sicut nō est esse in loco vel in motu tunc esse quādo est locus vel motus. Si eñim aliquid dicatur esse ī alio per hoc quod est quando illud est oīs res que sunt in eodē tempore erunt in qualibet re et celum erit in milio q̄ꝛ quando milium est et celum tunc est. Simultas igit essendi accidit eis. Illud autem consequi est necesse videlicet eius quod est ī tempore esse quoddā tempus mensurās esse illius et eius quod est ī motu esse quēdā ꝓpriū motū. Qm̄ autē est in tēpore est esse in numero quodā. numerus aūt excedit quālibet rem numeratā. Accipiet tempus excedēs oīe qd̄ est ī tēpore ex quo necesse est oīa q̄ in tempore sunt contineri sub ipo sicut quecūqꝫ alia sunt in aliquo cōtinentur sub illo. ut que sunt in loco continentur sub loco. Et quia tempus octiue continet que sunt in ipso. Ideo aliquid dicitur pati a tempore sicut consueuimus dicere ꝙ tempus tole

facit res ⁊ oīa in tꝑe senescunt et ꝓpter diuturnū tꝑs quis obliuiscitur alicuius ꝑns sci
ti sed nō didicit ꝓpter ipm nec aliquid nouū vel bonū fit propter tꝑs. Est ei p er se cau
sa corruptiōis eius numero motus qui facit distare rē a ꝑncipio sui esse. Ex dictis
manifestū ē ꝙ ea q̄ semp sūt ī quātū sūt semp nō sūt sub tꝑe nec ei cōtinent̄ nec mensu
ratur esse eoꝝ a tꝑe cuius signū est qꝛ nichil patiuntur ab ipso tāq̄ ab sentia in tꝑe.

Caplm. xxj. qđ sic incipit. Qm̄ autē est tꝑs mensuratio motus et quietis me
trū et c̄. Probat ꝑmo ꝙ tēpus mēsurat quietē scđm ꝙ eius duratio q̄nta ē.
secundo declarat quomodo quedam nō entis nō sunt in tempore ut impossi-
bilia quedam autem ut possibilia in tempore sunt.

Qoniā autē est tēpus mēsura motus erit etiā mēsura quietis per accidēs per
hoc ꝙ quiescēs est mobile in potētia. Oīs ei quies est in tꝑe nec propter hoc
oportet ꝙ quiescēs moueatur nō eīm est sicut qđ est ī motu necesse est moue
ri sic ⁊ qđ est in tꝑe qꝛ tēpus nō est motus sed numerus ipius in quo numero cōtingit
esse id qđ quiescit ꝓpter successionē duratiōis. Nec ꝓpter hoc ꝙ tēpus numerat qe
tem necesse est oē mobile esse sub tꝑe qꝛ nō oē tale quiescit sed solū ꝑuatū motu
aptū tamē est natū moueri sicut dictū est ꝑus. Et qꝛ esse in numero est esse quedā nu
merū ipsius a quo mēsuratur esse rei et cōtinetur sub eo ideo si quiescēs est in tēpore ē
sub tꝑe sicut sub mēsura mēsurat autē tēpus id qđ mouetur et qđ quiescit scđm qđ illđ
est motū et illud quiescēs motū autē et quietē mensurat ut sunt quedā q̄nta quare qđ
mouetur nō mēsurat̄ a tꝑe scđm ꝙ ipm est aliud quātū sed scđꝫ ꝙ motus eius ē quātꝰ
ꝓpter quodcūqꝫ nō mēsurātur nec quiescūt nō sunt in tꝑe qꝛ tēpus est mēsuratio tātū
modo motus et quietis. Manifestū est igitur ꝙ nō oē nō ens est in tēpore ut que
cunqꝫ nō cōtingūt aliter se habere qualia sunt ipossibilia sicut diametrū esse ī cōmensu
rabile coste talia eīm nō sunt ī motu vel quiete. Simil̄r autē quoꝝ esse mēsurat tē
pus horum oīm esse erit in moueri et quiescere. quecūqꝫ autē generabilia et corrupti-
bilia et oīno quecūqꝫ aliquādo sunt et aliquādo nō sunt necesse est ī tēpore esse qꝛ tꝑs
excellit durationē ipsoꝝ et mēsurat substātiā. Quecūqꝫ autē cōtinētur a tēpore etiam
q̄ndo nō sunt hūt per respectū ad tēpus ī quo cōtinet̄ eoꝝ esse videlicet qꝛ fuerūt vel fu
tura sunt ut homerus aliquādo fuit et eclipsis futura ē. Et si tēpus cōtinet ambo. s. pre
terita et futura utraqꝫ cōtinebit. s. que erāt et q̄ erunt. Ea vero nō entia q̄ tēpus nō cō
tinet nec sunt nec fuerūt nec erūt et talia sunt quoꝝ opposita semp sunt ut diametrū ī
comensurabilē esse semꝑ est nec hoc est in tēpore ergo oppositū eius. s. diametrū esse
cōmensurabilem semꝑ nō est nec est in tempore. Quoꝝ aūt cōtrariū nō semꝑ est hec
possunt esse et nō esse et generatio et corruptio est ipsoꝝ ⁊ talia sunt ī tempore.

Caplm. xxij. qđ sic incipit. Ipsū aūt nūc est cōtinuatio tꝑis ut dictū est et c̄.
Declarat ꝑmo qđ nunc aliud est qđ diuidit vel cōtinuat tempus aliud idē
tempus qđ est prope presens. secundo quid est tunc. tertio ꝙ nūc est semꝑ ꝑn
cipiū et finis. quarto quid est iam. modo. olim. repente.

Ipsū aūt nūc ē cōtinuatio tꝑis cōtinuās ꝑteritū ⁊ futuꝝ ⁊ etiā terminꝰ tꝑis
cū sit ꝑncipiū futuri et finis ꝑteriti. sic pūctus cōtinuās lineā est ꝑncipiū vnius
⁊ finis alterius ꝫ hoc nō est ita manifestū in nūc sicut in pūcto qꝛ illud trāsit hoc
ꝑmanet. Nūc etiā diuidit tēpꝰ a tꝑe nō manēs actu sed potētia ⁊ ī quātū diuidit sēꝑ
est alteꝝ et alteꝝ duoꝝ tꝑoꝝ. In quātū aūt copulat tēpus cōtinuū semꝑ est idē et est
simile in lineis mathematicis in quibus puncta diuidentia lineaꝫ a linea sunt diuersa
copulās autem lineā cōtinuā est idem. Et eodem modo nunc prout est diuisio tꝑis

a tempore est aliud z aliud scdm potentiā qz nō remanet actu illud qđ fit pteritū cū illo qđ inchoat futurū. prout autē est similis terminus utrazqz vniuo tēpoz est idez scdm rem sed esse eius qđ est pncipium et finis est diuisum vno itaqz modo sic dicitur nunc

Alio vero modo nunc dr̄ tēpus preteritū vel futurū ppinquū pñti instāti ut dicimus veniet futuro nūc qz hodie veniet et i preterito venit nunc qz hodie venit. bellū autē troianū et diluuiū nō sūt facta nūc nō quidē ex hoc q tps nō sit tunc sed qz nō sunt prope pñs. Ipm autē tūc est tps determinatū per qđ nunc preteritū et prius ut tūc destructa fuit troya. nunc erat diluuiū. oportet autē tps tunc determinari per pñs nūc in certa distātia qz erit aliquod determinatū quātum ad hoc pñs nō apud preteritū tunc. vnde si nullū tēpus preterijt qđ nō sit tunc omē tēpus erit finitū ergo aut tēpus finietur cū habeat pncipiū aut nō si quidē motus semp erit et sic aut erit aliud tēpus succedēs huic qđ nunc est aut multotiēs idē reuītetur manifestū est qm sicut est motus ita est et tēpus et si vnus et idez sit motus cōtinuus vnū erit et tēpus. Si autē motus vnus nō semp erit nec tēpus erit semp idē. Qm autē ipm nūc finis ē tēporis preteriti et pncipium futuri habebit se tēpus quodāmodo sicut circulus cui9 quilibet punctus semp est in pncipio et in fine et ppr̄ hoc q ipm nunc nō est pncipiū et finis eiusdē tēporis qz tunc opposita essēt simul sed diuersoz hinc est q tēpus vr̄ semp alterū nō ergo deficiet cū semp sit in pncipio. Ipm autē iam ē tēpus ppinquū instāti indiuisibili quasi preteriti et in quātum nō est procul ab instāti pñti qđ est pncipiū futuri tēporis in tātū est pars futuri. ut quādo vadis rēspōdetur iam iuit si tēpus i quo iuit propinquū sit instāti ylion autē nō dicimus iam esse destructā eo q multū procul sit ab isto nūc destructionis eius. Ipm aūt modo est ppe pñs nūc pars tamē tēporis preteriti ut qño venit z tūc respōdit modo si tēpus aduētus ipsius sit prope nūc. Olim autē ē ecōtrario est procul a nūc. repēte vero q est in tēpore imperceptibili ppr̄ paucitatē. Qis autē mutatio remotiua est a natura reiq̄ imitatur et qz est in tēpore. Idcirco oīa fiunt et corrūpunt in tēpore. vnde ppr̄ fieri entia in tēpore aliqui dicebāt ipm esse sapiētissimū. Parō autē pictagoricus ppr̄ corrūpi oīa in ipso indisciplinabile ait ipm esse. qz in eo fit obliuio rectius dicēs qz sicut dictū est prius tēpus est per se causa corruptionis gñonis sūt per accidēs. sicut et mutatio est per se quid destructiuū scdm accidēs aut generatiuū. Qđ autē tēpus pncipiū sit tam corruptiōis q generatiōis signum sufficiēs qz nichil fit nisi ex vi alicuius mouētis agētis. corrūpitur aūt aliquid cū nō moueat et hāc solemus pncipaliter appellare corruptionez sub tempore qzqz hāc nō faciat tempus. Sz accidit eam fieri sub tempore mediāte aliqua alteratione. Qđ igitur tempus est et quid et quot modis nunc dicitur quid et tunc modo iam olim.

Capitulum. xxiij. quod sic incipit. His autem a nobis sic determinatis et c. Manifestat primo q omnis mutatio est in tempore propter prius et posterius. secundo q hec duo aliter accipiuntur in preterito aliter in futuro.

Is sic determinatis manifestū q oēm mutationē et motū necesse ē moueri i tpe sicut ei sensibile vr̄ velocius z tardius moueri qđ alteri cōpatū pus ptrāsit idē spaciū scdm vniformē motū ut si ambo moueātur locali motu circulari aut ambo motu recto Et eodē modo velocius dr̄ in alijs mutationib9. Prius aūt est i tpre qz dicim9 pus et posterius s q distat a nūc nūc aūt termi9 est pteriti z futuri z ideo ad tēpus ptinet cuius partes sunt preteritū et futurū. sicut ergo ipsa nūc sunt in tempore ita et prius et posterius in tempore erunt qz in q est nunc i eodem est distātia ipsius

nunc. Prius tamē et posterius cōtrario modo sūt ī preterito ꝛ futuro in preterito quidē prius dicimus ꝙ a nūc lōginquius est posterius vero ē qđ est ꝓpe ipm in futuro autē prius quidē qđ ipi nūc ꝓpinquius est posteriꝰ autē qđ ab eo remotius est qm̄ igiť in tēpore est ipm prius qđ sequiť ad oēm motum. manifestum qm̄ ois motus et mutatio est in tempore.

Capl'm. xxiiij. qđ sic incipit. Dignuz autē cōsideratione et qūo se habet et ē. Declarat pmo ꝙ tp̄s ē in oibus mobilibꝰ. secūdo ꝙ aliq̄ modo tp̄s ē sine aīa tertio modo qūo seqtur oēm motū ꝛ pncipliť motuz pmi mobilis.

Dignū est autē cōsideratione qūo se habet tp̄s ad aīam ꝛ ꝓpť qđ tp̄s vř esse ī oī mobili siue quiescat ut terra siue moueať ut mare ꝛ celū. Ad hoc aūt secūduz dicēduz ē ꝙ qꝛ tp̄s est passio motus vel numerus cōsequēs ipm motꝰ autē est in oibus mobilibꝰ actu vel potētia cū oīa talia sint in loco hinc est ꝙ ī eis tp̄s est tū tp̄s et motus simul sūt scdm̄ actū et potētiā. Qm̄ vero ad pmuz dubitať utrū sit aīa nō ex necessitate et vř ꝙ nō qꝛ cū numerās numerabile et numerus se se cōsequāť si ipossibile est numerātē esse ipossibile est esse numerabile et etiā numerū cuz numerus aut sit actio eius qđ numerat aut passio eius numeralis sed nichil est aptū natū numerare nisi aīa per potētiā intellectus ergo ipossibile est tp̄s esse cum sit quidā numerus si aīa nō est. Ad hoc dicēduz est ꝙ tp̄s etiā sine aīa est etiā aliq̄ modo ens. Sicut eī cōtingit motuz esse aīa nō existe ita pus et posterius q̄ sunt ī motu. hec autē ut numerabilia sunt idē sunt ꝙ tp̄s licet actu nō numerētur nisi ab aīa. Dubitabit etiā aliqs qualis et cuius motus tp̄s sit numerus vř eī ꝙ cuiuslibet qꝛ id qđ generať vel augmētatur vel alteratur vel fertur localiter hoc patitur in tp̄re Sic ergo scdm̄ ꝙ tp̄s reperiť in oī motu ē numerus vniuscuiusqꝫ motus existis cōtinui. et nō est numerus tātuz cuiusdā motus. Sed si hoc cōcedāť cuz cōtingat simul duo mobilia moueri quoꝝ motuū tēpus est numerus sicut duo motus simul sunt et duo tēpora equalia simul erūt. Dicēdum autē ꝙ duo tp̄a nō sunt simul qꝛ oēe tp̄s simul et siliť acceptū est vnū nec ex hoc oportet ꝙ spēs motuū quoꝝ tp̄s est numerus sit vna. Sicut eī si hi sint canes ꝛ illi sūt totidē equi utroꝝqꝫ numerus est vnus et idez q̄uis canes spē drāīt sic et motuum simul terminatoꝝ est idē tp̄s quāuis vnus sit velox alius tardus vnus sit motus localiť alius alteratiōis. Tēpus eī est idē ex quo numerus alteratiōis et loci mutatiōis simul est et equalis q̄uis isti motus inter se diuersi sint spē. tp̄s ergo est ubiqꝫ idez ex hoc ꝙ numerus motuū equaliuz et simul existiuz est vnuz et idē. Qm̄ autez loci mutatio est vnus motus et huius circularis est vnus ꝛ pmus. Mēsuratur vero vnumquodqꝫ quodāmodo sui gn̄is ut vnitates vnitate et equi equo et tēpus mēsurari quodā tp̄ore finito sicut autē dicimus tēpus mēsurať motu et ecōtrario motus tēpore hoc modo qꝛ determinato quodā motu et tēpore mēsuratur quātitas totius motus et tēporis. Si igitur qđ est pmuz in genere mensura est oīm sibi proximoꝝ est proximior ī eodē. motus circularis qui est pmus et regularis maxime mensura est ois motus et tēporis etiā qꝛ numerus eius notissimus est alteratio eīm et augmētatio nō sunt regulares sed sola loci mutatio. Ex hoc itaqꝫ ꝙ tēpus sequitur pmo motū circularē pmi mobilis videtur quibusdā tēpus esse idē ꝙ motus spere qꝛ aliqui motus ꝛ etiā tēpus hoc modo motu mensurātur. Ex hoc etiā accidit illud qđ cōsuetū est dici hūanas res et naturalē gn̄onem et corruptionem corporum naturalium esse circulum qꝛ omnia indicantur tempore et in eo accipiunt finem et principium per modum cuiusdam circulationis vnde et ipsum tempus videtur esse quidā circulus qđ ob hoc veruz est qꝛ loci mutatio

circulatio est mẽsura ipsius q̃ ecõtrario mẽsuratur ab ipo quare diceret reꝝ q̃ fiunt esse quemdã circuluꝫ idẽ est ꝙ dicere tẽporis esse quedã circuluꝫ. hoc autẽ veꝝ est q꞉ mẽsuratur circulatione. habet ergo tẽpus rõnem circularis sicut ⁊ motus pmi mobilis mẽsurãtis ipm q꞉ extra gn9 mẽsure nõ est id qd mẽsuratur. igitur totũ tps sic est mẽsura ꝙ i ipo cõtinẽtur multa tẽpora quasi multe mẽsure. Dicit autẽ recte ꝙ idẽ numerus est numeratoꝝ spẽ diñtuꝫ ut ouium et canũ si equales sint utriqꝫ ut potẽ. x. ip̃soꝝ eim idẽ ẽ. x. ꝫ ipa nõ sint eadẽ. x. sicut equi laterus et gradatus sunt eadẽ figura. s. triãgularis licet nõ sint eadẽ triãguli nã aliqd idẽ dicit alteri a q̃ nõ differt drĩa. gradat9 aũt ab equilatero dẽt drĩa in rõne triãguli q꞉ sunt triãguli diuẽsi. in rõne autẽ figure nõ dẽt ab ea ꝫ ambo sunt in vna et eadeꝫ diõe drĩe q̃ dicitur ꝙ figuraꝝ alia est circulus alia triãgulus. triãguloꝝ vero alius ẽ equilater9 alius gradat9. Sic igitur hi sunt eadẽ figura ꝫ non idẽ triãgulus et eodẽ modo numeruꝫ equaliũ numeratoꝝ idẽ est ut decẽ cũ denarius a denario nõ differat numerata autẽ ut oues ⁊ canes nõ sũt idẽ. x. cũ ad inuicẽ drãnt per rõnes specificas quibus hi sunt canes et hi sunt equi. De tempore igitur hec tanq̃ propria dicta sunt.

Trãsmutat autẽ trãsmutãs ⁊c. Huius qnti libri capl'ꝫ pmũ declarat pmo ꝙ trãsmutat aliud ꝑ accñs aliud ꝑ partẽ aliud ꝑ se. et ꝙ eadẽ diuisio ẽ de mouẽte secũdo ꝙ motus ista requirit mouẽs tps termios a quo ⁊ ad quẽ mobile qd tñ subiectiue est i mobili ꝫ deteriatur a terio ad quẽ qui est imobilis. tertio ꝙ diuisio pma repitur inutroqꝫ termio sicut i mouẽte et mobili. quarto ꝙ tractãduꝫ est de mutatione per se que est inter contraria et contradictoria.

Ransmutat om̃e qd trãsmutat aliud scdm accñs. ut cũ dicimus musicum ambulat. hoc ei veꝝ est q꞉ ambulat homo cui accidit esse musicuꝫ. aliud q꞉ aliqd eius et nõ totũ pmo mutatur ut quecũqꝫ dicit mutari per partes sicut dicitur sanari corpus qñ sanat oculus aut pectus q̃ sũt partes eius. aliud vero q꞉ nõ per aliud nec per partẽ ꝫ per ipm pmo ⁊ per se mutat. et hoc ẽ mobile scdꝫ se ipm. et hoc modo scdm alteꝝ et alteꝝ motũ est aliud ⁊ aliud mobile ut sanabile ⁊ calefactibile alteꝝ est licet utrũqꝫ sit alterabile. Est autẽ similis diuisio in mouẽte q꞉ aliud mouet scdm accidẽs ⁊ aliud scdꝫ partẽ q꞉ aliquid eius mouet. aliud ꝑ se ipm pmũ sicut medicus per se sanat. manus autẽ percutit. Om̃ autẽ in oi motu est aliquid pmũ mouẽs. aliud autẽ qd mouetur. adhuc autẽ est tps in quo moueatur. ⁊ terminu a q̃ et ad quẽ cũ ois motus sit a quodã in quoddã. Necesse ẽ id qd pmũ mouet diuersum esse a termino in quẽ et a quo mouet. ut si lignũ mouet a calido i frigidũ: lignũ quidẽ qd mouetur aliud ẽ a frigido in qd ⁊ a calido a quo mouet motus autẽ est subiectiue in ligno nõ in forma a qua vel ad quã est motus. Nec ei mouet nec mouetur i quacũque spẽ motus id qd habet rõneꝫ termini. ut in alteratiõe nec mouet nec mouetur forma. nec in motu locali ubi. nec in augmento et diminutione quãtitas. Sed mouens mouet mobile ad terminum in quẽ. Magis autẽ denoiant motio a termino ad quẽ quã a termino a quo. ut corruptio dicit mutatio in nõ ens qd est terminus ad quẽ q̃uis mutetur ab ente id qd corrũpitur sicut a termino a quo. Similiter generatio denoiatur ab esse ad qd terminatur q̃uis incipiat a nõ esse. Dictuꝫ est igitur quot requirunt ad motuꝫ etiã termini videlicet forma locus et passiões ad q̃ est mot9 i sũt in mobilia. q̃uis autẽ passiões sint imobiles. Tamẽ dubitabit aliquis utruꝫ pñt esse motus. Nam si ponatur ꝙ passiones sint motus cum ipse sint termini motus alteratiois

sequetur ꝙ mot9 sit in motus ꝑmino. Et ideo fortassis dicēdū ꝙ albedo nō ē mot9. sȝ ablatio qua subjectum mouetur ad albedinē. Est autē et in terminis, sicut in mouēte et moto scdm accidēs et scdm partē. et ꝙ primo ac scdm se et nō scdm aliud terminat verbi gr̄a qd fit album: scdm accidēs terminatur in id qd intelligitur. accidit eīm colori intelligi. i. ꝙ sit intelligibilis. Similiter qd fit album terminatur in eo in colorē per partem. s. per album qd est pars subjectiua coloris. et qn̄o vadit athenas: tendit in europam q̄ sunt partes europe. in album autez per se terminatur qd fit album. Qn̄o igitur est qd mouetur per se et qn̄o scdm accidēs et scdm partē ꝛ hec pmo reperiuntur in mouēte et in moto: manifestū est etiā ꝙ motus nō est subjectiue in termino sed i mobili scdm actum. Scdm accidēs itaqȝ mutatio dimittatur. indeterminata cūm est cum sit in oībus et oīm et semp. scdm se autē: nō est in oībus sed in cōtrariis et mediis et cōtradictione. cuius fides ex inductione oīm mutationū accipitur. dico autē ex mediis: qꝛ mutās utitur medio sicut cōtrario cuilibet extremoꝝ. Quia medium est aliquo modo ambo extrema sci quātum participat naturā ipoꝝ et ideo medium ad extrema et ecōtrario extrema ad mediū aliquo modo cōtraria sunt. ut media vox in cōparatione ad accutam: est grauis. et ad infimā cōparata: est subtilis. similiter fuscum cōparatum ad album: est nigrum. cōparatum vero ad nigrum: est album.

Capitulum. ii. quod sic incipit. Qm̄ autez ois mutatio est a quodā in quodam et c̄. Premittit pmo quot modis possunt variari termini mutationis. secundo ex hoc ostendit ꝙ generatio et corruptio sunt mutationes et nō sunt motus. tertio concludit quot sunt species mutationis.

Quod autē ōis mutatio est a quodā in quodā: manifestat nomē ipsius qd indicat aliud fieri post aliud. i. aliud esse prius aliud posterius. Quadrupliciter autē intelligi potest mutari mutās. pmo ex ente in aliud ens. secundo ex ente in nō ens. tertio ex nō ente in ens. quarto ex nō ente in nō ens. Ita ꝙ ens affirmatiuȝ vocetur subjectum. nō ens vero: nō subjectum. Ex quo patet ꝙ oportet tantum esse treᵃ spēs mutationiȝ. videlicet pmo ex subjecto i subjectuȝ. secundo ex subjecto i nō subjectum. tertio ex nō subjecto in subjectum. Ex nō subjecto autē in nō subjectū nō potest esse mutatio cum nulla sit iter ea oppositio. qꝛ nec sūt cōtradictoria nec cōtraria Ex nō ente itaqȝ in ens tanq̄ ex nō subjecto in subjectum mutatio inter cōtradictoria exñs est generatio. Et huiuȝ quidē alia est simplr̄ generatio. ut illa q̄ terminātur ad esse simplex. s. ad substantiā. Alia vero est generatio quedaȝ et scdm quid. ut illa q̄ terminatur ad accidēs qd est ens scdm quid. sicut quādo ex nō albo fit albuȝ. Que vero ex ente et nō ens quasi ex subjecto in nō subjectum: corruptio est. simpliciter quidem q̄ ex substātia in nō ens substātiale est. scdm quid autē: q̄ ex ente qd est accidēs tēdit ad oppositum nō ens. Si igitur nō ens dicitur triplr̄ qꝛ vnomodo dicitur nō ens illud qd nō est aliquod cōplexum scdm aliquā affirmationē vel negationē ut chimera currit. et tale nullo modo cōtingit moueri. Alio modo nō ens hoc sine illud actu tamen ens in potētia ut nō ens actu album aut bonum. et tale nō ens cōtingit moueri per accidēs in quātum. s. quoddā ens actu ut homo potest esse nō albus aut nō bonus

Tertio modo dicitur mutatio nō ens simplicit̄ aliquid actu sed solum in potētia. et tale impossibile est moueri aut quiescere. Cuȝ igitur generatio q̄ est in substātia fit ex hoc non ente simplr̄ qꝛ per generationē fit qd simpliciter nō est per se ens impossibile est ipsam generationē esse motum. quāuis id qd scdm accidēs generatur ut album. secundum accidēs possit moueri et per gn̄onem scdm quid per accidēs potest esse mot9

Si autē generatio simplr̄ sit motus accidūt hec in cōuenientia ꝙ nō ens simplr̄ mouetur ꝛ quiescit. Preterea omē qḋ mouet̄ est in loco. qḋ autē generat̄ non est in loco cum sit oio nō ens actu. esset. eni alicubi si in loco esset et sic esset aliquid. Nec etiā corruptio motus est. q: motui cōtrarius est motus aut quies. generatio autē cui cōtraria est corruptio: nō est motus nec quies. Qm̄ autē ois motus est mutatio quedā ꝛ mutationes tres sunt de numero quaꝝ generatio et corruptio. q̄ scḋm cōtradictionē sunt s. ex nō subiecto in subiectū ꝛ ecōtrario nō sunt motus: relinquit̄ solū illā mutationem esse motuꝫ q̄ est ex subiecto in subiectū. Subiecta autē hic dicuntur contraria aut media. Ita ꝙ etiam priuatio ponitur esse cōtrarium habitum et nolatur interdum noie affirmatiuo ut nudum et nigrum et album.

Capl'm. iij. qḋ sic incipit. Si igitur predicamēta diuisa sunt ꝛ c̄. Primo supponit ꝙ motus est in tribus gn̄ibus tantum. videlicet quātitate. qualitate et vbi. secundo probat ꝙ in substātia et in ad aliquid nō est motus. tertio ꝙ nec i actione ꝛ passione q: nō est motus motus: nec mutatiois mutatio.

nō est ad elemēta. ergo qd̄ est magis subtiliū partiū prius est elementū per numerū ꝙ quodcūqꝫ aliud suppositū. Inter corpora autē ignis subtilior ac per hoc elementū cū sit primū qd̄ illi nō dicunt. ¶Preterea facere res ex spissitudine ⁊ raritate est eas facere ex subtilitate ⁊ grossicie. hoc autē est facere ex magnitudine ⁊ paruitate. subtile enī paruarū partiū est. grossum autē magnarū. sed ista sunt ad aliquid: ergo nichil erit simpliciter tale. sed respectu vnius erit ignis: respectu alterius aer ⁊ sic de alijs. ¶Et hoc idē inconueniēs accidit dicētibus plura esse elemēta: tamē determiata ab inuicē magnitudine ⁊ paruitate scd̄m aliquā ꝓportionē cum enī hec ꝓportio in vno diuersimode possit inueniri respectu diuersorū: idem erit in cōparatione vnius ignis ⁊ in cōparatione alterius aer. ¶Quicūqꝫ autē dicūt ignē esse elementū licet euadāt predictas difficultates incidunt tamē in alias faciūt enī ignē elementū quidē quia sicut piramis ē acutissima figurarū ⁊ pᷓma inter eas ita ignis inter corpora alijs vero ꝙ corpora cōponuntur ex eo ꝙ est subtilissimarū partiū. talis autē est ignis respectu corporū sicut piramis respectu figurarū que figura ꝓpria est ipsius quia pᷓma primi corporis est ignē autē esse primū elementū olij vero dicūt ꝓpter solā subtilitatē partiū faciunt alia corpora ex igne oībus modis opinionis predicte dicētis primū corpus elemētore eē ignē accidūt inconueniētia superius dicto cōtraponētes simplex corpus elementū. ¶Preterea inconuenienter dicūt si loquamur naturaliter. oīne enī corpus cōparabile alteri scd̄m quātitatē modo predicto si excellit vel excellitur est diuisibile qd̄libet elementū est cōparabile alteri scd̄m quātitatē modo predicto ergo ignis diuisibilis nō obstante subtilitate partiū. ¶Preterea ignis figuratus piramide nō habet eandē rōnem piramidis ī toto ⁊ in parte qd̄ est cōtra naturā elemēti. ¶Preterea si ignis ut sic figuratus ē elementū pars ignis nō est ex eo ut sic figurato nec est elemētū quia nō est sic figurata. est igitur aliqd̄ corpus qd̄ nō est elementū nec ex elemētis ⁊ si dicat̄ ꝙ aliquid ꝑus elemēti ut pars est elementū procedetur in infinitū. quia oīne corpus est in infinitū diuisibile.

¶Preterea accidit dicere ꝙ idē ad hoc quidē est ignis ad aliud autē terra ut dictū est supra. ¶Preterea oībus dicētibus elementū vnū tantū hoc inconueniens cōiter sequitur ꝙ est vnus motus solus naturalis oīm corporum cōpositorū ex ipso quo motu velocius mouentur corpora quanto plus habent de tali elemento hoc autē falsū est cum plures sint motus naturales.

Capl'm .xi. quod sic incipit. Quoniā autē nec infinita nec vnū ⁊c. ¶Manifestat elementa nō esse sempiterna sed generabilia ⁊ corruptibilia nō ex alijs corporibus nec ex nō corpore sed ex inuicem.

Elemētis nō existētibus infinitis nec tantū existe vno: sed pluribus: cōsiderandum est utrū sempiterna aut generabilia sint. ¶Ad sciendū quanta ⁊ qualia sunt. Sēpiterna quidē impossibile esse. sunt quidē resolubilia. ita ꝙ resolutio nō procedit in infinitū. ¶Nec stat resolutio eorū. quia si staret nō posset stare ad indiuisibile ꝓpter superius dictas rōnes. nec ad diuisibile. quia rei corruptibilis facilius corrūpitur minus ꝙ maius. Siue corrūpatur a cōtrario siue a se ipso marcescēs. itaqꝫ elementa corruptibilia ⁊ generabilia sunt. ¶Quoniā autē sunt generabilia: manifestū ꝙ nō generātur ex nō corpore. quia in loco gn̄ationis eorū si nō esset corpus: esset vacuū. Si aūt ibidē esset corpus: duo corpora essent in eodē. ¶Nec generantur ex corpore alio. quia esset prius elemētis. ⁊ si quidē haberet grauitatē vel aliam inclinationē: esset vnum elemētorum. Si autē nullā: esset corpus mathematicū nullum habens motū nec naturalem nec violētum nec existēs in loco. ex tali autē nichil potest generari. quoniā igit̄ nō fiunt

ex nō corpore nec ex alio corpore elementa: relinquitur ea ex inuicē generari.

Caplm. x. qd̄ sic incipit. Iterū igitur cōsiderādum quis motus ⁊ c̄. Inquirit quomodo elemēta generātur ex inuicē ostēdēs ꝙ nō eodē modo quo dixit empedocles nec resolutionē aut trāsmutationē figurarū siue superficierum.

Quia cōsiderādus est modus quo elemēta generātur ex inuicē: sciendū est empedoclē ⁊ democritū facere gn̄onem partiū interius existium sicut i vase ⁊ nō ex quadā materia. quibus multa irrationabilia accidunt quorū primū tale est. eadē magnitudo nō fit grauior ex sola constrictione aqua autē facta ex aere grauior ē. ergo fit ex partibus aque segregatis ex aere. ¶Preterea nō est necesse corpus mixtum ab alio separatū semp ampliorē locū occupare. aer aūt separatus ex aqua semper occupat maiorē locū cum sit partiū subtilior cuius signū est quia vaporāte humido interdum corrūpuntur vasa. qd̄ nō est ꝓpter vacuū nec ꝓpter extensionē priorū corporum sed ꝓpter permutationē. ¶Preterea si ex partibus in aliquo existibus per segregationem generātur res: illud ex quo segregātur semp fit minus aut ergo stabit segregatio ⁊ per cōsequēs generatio. aut in re finita cōtinentur infinita. relinquitur ergo gn̄onem elementorū fieri qr trāsmutātur ad inuicē. Hoc autē potest esse dupliciter scd̄m aliorū opiniones aut per transfiguratiōes sicut ex eadē cera fit sphera ⁊ circulus. aut per resolutionem ad superficies ex quibus alia corpora generarētur. si hoc accidit transfiguratiōe oportet corpora quedā esse indiuisibilia sic̄ ⁊ figure. ac per hoc pars ignis nō est ignis sicut pars piramidis nō est piramides semp. Si autē fit generatio elemētorū ad inuicem per resolutionē ad superficies: primū incōueniēs ad hoc sequitur ꝙ nō oīa elementa ex inuicē fiēt. terra ei cui attribuūt figurā hysochelis nō fiet ex alijs elemētis resolubilibus ingradatos ⁊ sic vnū elemētum solū. s. terra est expers trāsmutatiōis. cuius cōtrariū videmus semp ad sensū. ¶Preterea hoc dicētes destruūt ea q̄ apparēt circa res ⁊ earū ꝑncipia nam sensibiliū sēsibilia ⁊ sēpiternorū sēpiterna corruptibiliū corruptibilia cōtingit esse ꝑncipia ꝓpter quorū amorē sustinēt oīa incōueniētia tanquā nō sit opportunū disponere priora scd̄m ꝙ cōtingit posterioribus ⁊ maxime finiqui in aliquibus ut in praticis tenet rōnem ꝑncipij. ¶Preterea cum terra sola habeat superficiē irresolubilē ad alia: sola erit incorruptibilis. ⁊ sic sola erit elementū. ¶Preterea sola tria elemēta. s. aqua aer ⁊ ignis generabuntur ad inuicē sicut gradatim possūt trāsmutari ad inuicē. itaqz multe superficies erunt superflue cum attribuāt aque. ij. aeri. viij. ⁊ igni tres superficies. ¶Preterea gn̄one corporis facta ex superficiebus est corpus ex nō corpore. ¶Preterea si corpus determinatur substātialiter per figurā sicut aliqua figura est indiuisibilis in aliquas figuras ut sphērica ⁊ piramidalis: ita erit corpus quod nō diuidetur in corpora ⁊ elementū cuius pars nō erit elementum.

Caplm. xj. quod sic incipit. Totaliter autē tēptare ⁊ c̄. Probat ꝙ elementa nō possunt determinari substātialiter per figuras rationibus sumptis ex natura loci ⁊ gn̄onis ipsorum nec non ex rationibus sumptis ex virtutibus ⁊ passionibus eorumdem.

Figurare simplicia corpora: primū quidē irrationabile est. qr solum tres figure plane. s. trigonū ⁊ exagonū ⁊ tetragonū. ⁊ due in solidis. s. piramis ⁊ cubus replent locum oīa autē elementa q̄ sunt plura duobus aut tribus locum replēt ¶Preterea simplicia corpora oīa figurātur a cōtinente maxime aqua ⁊ aer ergo nō habent esse substātiale per figuras. ¶Preterea si dant formaliter per figuras transposita figura desinet aqua esse aqua ⁊ sic de alijs nō ergo determiata sunt per figuras

sed sic natura quoddā subiectū facit informe aptū natū diuersimode formari sic fecit elementa quasi materiā rebus cōpositis et ideo possunt adinuicē trāsmutari seperatis dis propriis. Preterea si elemēta distinguunt figuris nō possunt facere vnū continuum sicut nec superficies sola ergo elemēta generātur per cōpositionē eorum et desinunt esse elementa rerum. si etiam aspiciamus passiones virtutes et motus elementorum incōuenienter distiguūtur per figuras. nam quādo ignis facile mobilis est et calefactiuus quidā figurauerūt ipsum sphera quidē piramide. hec enim sunt facile mobilia quia tāgunt aliud corpus in minimo et calefactiua quia sphera ubique est angulus et piramis accutissimi anguli angulū autē dicunt calefacere. Preterea incōueniens huius opinionis est quia predicte figure nō sunt facile mobiles motu qui cōpetit igni .s. sursum sed volutione. secundū autē incōueniens est quia si terra est cui oportet firmiter manere cum hoc habeat sol est in proprio loco et ex alieno feratur qui duo sunt comunia omnibus elemētis manifestū est quod quodlibet elementū in alieno loco erit sphera aut piramis in proprio autē tribus. Preterea si ignis calefacit propter angulos oīa elemēta calefaciēt licet alterum magis altero. oīa enim habent angulos si figurātur figuris habētium bases in piramide. Preterea cum mathematica corpora habeāt angulos calafaciēt quod falsum est. Preterea dare figurā igni solū ad diuidendū est irrationabile magis enim habet vnire quam diuidere. cōgregat enim q̄ sunt eiusdē tribus: licet nō cōgreget q̄ nō eiusdē cōgregās eī omophilō .i. vnius amoris: separat alienū. et sic per se cōgregat et per accidēs disgregat. debet ergo sibi tribui figura apta ad cōgregādum. Preterea calidum et frigidum sunt cōtraria. Si ergo calefactiuo assignetur figura: oportet frigefactiuo assignare figurā cōtrariā. In figuris autē nō est cōtrariū. quod incōueniēs quidā tēptantes vitare dicunt cōtrariū esse quod est magnarum partiū. et ideo cōstringunt. nec potest trāsire per partes. calidū autē est subtiliū partiū. quibus accidit dicere elementa differre paruitate et magnitudine partiū sed nō figuris. Preterea si quedā piramides magne sunt frigefaciunt nec sic figuratum est ignis nec talis figura est causa eius quod est accedere sed cōtrarij. manifestū est igitur quod elementa nō differūt figuris. Quoniam autē proprie elementorum sunt passiones operationes et virtutes q̄ eis cōpetunt secundum naturam: primū dicamus de his ut per ipsas sumamus differentias ipsorum adinuicem.

Quarti libri qui sic incipit. De graue autem et leui quid est utrumque et cetera. Capitulum primum premissa intentione et ordine dicendorum declarat quid est leue simpliciter et quid est graue.

Onsiderādum est quid graue quid leue q̄ ipsorum natura et propter quā causam habent tales virtutes. hec enim consideratio propria est sermonibus de motu. aliqualiter enim dicimus ipsa nō moueri per hoc quia noīa non sunt imposita motibus eorum. nisi forte quis dicat inclinationē esse motū. ut grauitatem et similia. Sed quia oēs vtuntur virtutibus eorum ut principiis motus: ideo probici est cōsiderare de ipsis et sic querētes autē prius dicta ab aliis dicemus de eis quid nobis videat.

Graue et leue quedā dicuntur simpliciter. quedā in cōparatione. puta es est grauius ligno. De simpliciter quidē dictis nichil ab aliis determinatū est prius sed de habentibus grauitatē et leuitatē in cōparatione. Magis autē erit manifestū quod dicitur intelligēdo quod quedā sunt semper nata ferri a medio et hec vero moueri sursum quedā ad medium quod est moueri deorsū. In mūdo enim aliud est sursū aliquid deorsū. et nō sicut quidā putāt ubique sursum et deorsū. Nos enim sursū dicimus extremū totius. quod secundum

perfectionē sursū est ⁊ ꝑmum natura. nō quidē tātum emisperiū qḋ est super nos sicut quidā opinātur: sed extremū celi ubiq; in circuitu dicimus sursū. mediū vero ipsius dicimus deorsū. Simplr̄ quidē igitur leue est qḋ sursū fertur ⁊ ad extremū. graue aūt simplr̄ qḋ deorsū ⁊ ad mediū. ad aliud: qḋ leue ⁊ leuius: qḋ habens equalē molem velocius fertur sursum. graue autē ⁊ grauius qḋ velociter fertur deorsum.

Caplm̄. ij. qḋ sic incipit. Eoꝝ itaq; que prius venerunt ⁊ c̄. Improbat opinionem platonis de graui ⁊ leui. ⁊ etiam dicēdium vacuum interceptum corporibus scd̄m magis ⁊ minus causam esse leuitatis ⁊ grauitatis.

Quidam priores nō determinauerunt nisi de graui ⁊ leui cōparatione dixerunt eim solū de illis quibus habētibus grauitatē hoc est grauius illo putātes per hoc de talibus dicere simplr̄. Sicut eīm dicitur in thimeo: grauius est qḋ ex pluribus eisdē constat. leuius autē qḋ ex paucioribus est. ut grauius est plūbum habēs plures partes ꝙ habent pauciores. ⁊ qm̄ oīa corpora sunt ex eisdē ⁊ vnius materie scd̄m istos: ideo graue causat a pluralitate partiū. Sic autē dicētes nō ꝺ simplr̄ graui. ut est terra q̄ semꝑ fertur deorsuz. nec de simplr̄ leui ut est ignis qui semꝑ fertur sursū. qḋ nō cōuenit eis ꝓpter paucitatē vel pluralitatē eoꝝ ex quibus sunt. Si eī hoc esset magnus ignis habēs plures trigonos ex quibus cōstat grauior essꝫ magno igne qui cōstat ex paucioribus. ⁊ ita fertur citius sursū paruus ignis ꝙ magnus. ⁊ tardius deorsū cuius cōtrariū videmus. Preterea si leuius est qḋ habet pauciora eiusdē rōnis ut se: cum aer aqua ⁊ ignis constēt ex triāgulis eiusdē ratiōis scd̄m eos: erit aliq̄ magnitudo aeris grauior ꝙ aqua. cuius cōtrariū accidit. semꝑ eīm plus aer sursū fertur respectu cuiuslibet aque. sicut ⁊ quelibet pars aeris superfertur aque. Quidam existentes antiquiores his: magis nouiter intellexerunt de predictis. viderunt enī ꝙ quedam entia minoris quātitatis grauiora sunt. ⁊ ideo putauerunt incōueniēs dicere ꝙ corpora simplicia. s. elemēta habēt grauitatē: q: constāt ex pluribus superficiebus magis eīm hoc cōtingere dicere si cō starent ex solidis. In corporibus etiā cōpositis nō semꝑ est grauiꝰ qḋ habet plures partes ut lana ere. ⁊ ideo posuerūt ꝙ vacuū interceptum corporibus alleuiat ea. Ita ꝙ habēs plus de vacuo leuius est. ꝓpter qḋ aliquādo aliquid maioris quātitatis leuius est eo qḋ est minoris. q: plus habet de vacuo. Sic autē dicētes insufficiēter assignāt causā leuitatis. q: nō solū oportet dicere leuius esse qḋ habet plus de vacuo: sed addere minus de solido. si enī plus habeat de utroq;: nō propter hoc erit leuius. multū eīm terre potest habere plus ꝺ vacuo ꝙ modicū de igne. ⁊ tamē nō est leuius eo quia habet plus de solido.

Caplm̄. iij. qḋ sic incipit. Quidā igitur verum dicentium ⁊ c̄. Manifestat ꝙ opiniones anax. ⁊ empedoclis incidunt in idē cum ea que ponit causam leuitatis esse vacuū. Improbans hoc alijs rōnibus. deinde manifestat ꝙ magnitudo ⁊ paruitas nō sunt cause grauis ⁊ leuis.

Quāuis anax. ⁊ empe. nichil dixerunt de graui ⁊ leui. nec de his que dicta sūt circa ista. tamē q: dicunt ignē qui leuis est habere hoc ꝓpter multū vacuū qḋ est in eo: incidunt in easdē difficultates cum predictis. s. ꝙ oportet eos determinare leuius per habere plus vacuū ⁊ minus solidū. quia eīm dicent si magna multitudo ignis in qua est plus de vacuo: habet etiā plus de pleno ⁊ solido: ꝙ parua quātitas terre. Sic igitur oportet eos terminare leue aut per plus aut per minus solidum. sed per minus solidū nō potest leuius determinari erit eīm quedā quātitas terre in qua erit minus de solido ꝙ in magna quātitate ignis ⁊ tamē nō est leuior ea. nec ꝑ

habere plus vacuū potest leuius determinari. q2 erit aliquid eo2 que semꝑ ferunē de-orsum leuius eo qđ semꝑ fertur sursū. s. magna terra hñs plus de vacuo q̄ modicus ignis. ¶Preterea nec potest esse causa leuitatis vacuū habēs determinatā ꝓportionem ad solidū. q2 eadē ꝓportio que est vacui ad plenū in magno igne: potest reperiri ī paruo. ꝛ sic aqua velox esset ad motū sursum qđ falsum est ꝛ eodē modo cōtingeret in magno ꝛ paruo graui respectu motus deorsum. ¶Preterea si vacuū est causa motus sursum ipm vacuū magis fertur sursum. Si autē vacuū sursū fertur ꝛ plenū deorsum nō oportet querere quare cōpositoꝝ hoc fertur sursū illud deorsum. sed solū quare vacuū est leue ꝛ plenū graue. ¶Preterea quare nō sunt separata ab inuicē vacuū ꝛ plenū. ¶Preterea ipm vacuū sursuz latuz habebit locū aliquē. ꝛ cum ipm sit locus ꝑuatus corpore: loci erit locus. ꝛ locus eius hēbebit cōtrarios terminos a quo ꝛ ad q̄z ¶Preterea q̄ ent formalis causa motus. nō eim mouetur soluz vacuuz: sed etiā plenum. ¶Preterea alijs autē visum est ꝙ magnitudo ꝛ paruitas sint cause grauis et leuis. Quibus multa impossibilia accidunt sicut ꝛ his qui vnā causā tātum eis assignāt aut multas tamē cōtrarias. vna eim existe causa utriusqz ut superficies vel signa: nō simplr erit graue aut leue. sed solum in respectu. cōtrarijs autē entibus vacuuz ꝛ plenuz: nō erunt itermedia grauis ꝛ leuis. Determinare autē graue ꝛ leue magnitudine ꝛ paruitate quedā fictio est. scđm eim alias opiniones predictas cōtingit aliquo modo assignare drīas quattuor elemētoꝝ. sed ponere vnā materiā differētē magnitudine ꝛ paruitate causā grauis ꝛ leuis: ē dicere nec esse simpliciter graue aut leue. ¶Preterea cum multa parua simul existia possint esse grauiora paucis: accidit multū aerē ꝛ multū ignē grauiora esse pauca aqua ꝛ terra. hoc autē est impossibile.

Capitm. iiij. quod sic incipit. Nos autem ꝑmum determinantes ꝛc̄. ¶Premisso procedendi ordine inuestigat per causam finalem ꝛ formalem quare leue mouetur sursum ꝛ graue deorsum.

Je igitur dictum est ab alijs de predictis. nos autē primū determinem9 ꝓpter quid quedā mouenē sursū quedā deorsū scđm naturā. ꝛ quedā utroqz modo deinde de graui ꝛ leui ꝛ eoꝝ accūtib9. Desferri vnūqđqz in suū locū sic existimādū est sicut de oibus alijs spēbus mot9 ꝛ mutatiōis in quaꝝ quelz trāsmutatio fit nō ex cōtingenti in cōtingens sed ex determinato in determinatū ut ex cōtrario in cōtrariuz vel mediuz sic alteratuz alterat alterabile ad determinatā qualitatē ꝛ augmētum augmētabile ad determinatā quātitatē. eodē modo motuz scđm locuz mouet mobile ad determinatū locuz. Si ḡ grauissimū est motū deorsū ꝛ leuissimū sursū mobile aūt a deo est. ꝙ potētia graue aut leue vnūqđqz istoꝝ ferri in suū locuz ē ferri ad suā spēm. ꝛ hoc bene cōuenit dictis antiquoꝝ dicētum ꝙ simile fertur ad simile. hoc eim nō accidit semꝑ. s. ꝙ simile feratur ad simile naturalr̄. sz solū qñ mouetē ad suū locū naturalē nam si quis ponat terrā ubi est luna non ferentur partes terre que essent deorsum ad illā terrā q2 ibi nō est eius locus naturalis. vlr̄ ergo hñtia similitudinē ꝛ eundē motū naturalem idez est locus ꝛ simile fertur ad simile utubi vna pars aque fertur ꝛ tota. ¶Preterea locus est terminus cōtinentis cōtinet autem oīa mouetur sursum ꝛ deorsum extremū ꝛ mediū ita ꝙ quedā spēs ꝛ forma rei cōtente perferri ī suū locū. Et est ferri ad simile in natura qđ cōuenit rei naturalr̄. ꝛ ideo elemēta similia sunt scđm ordinem quez habent in loco ut aer aque ꝛ aqua terre. semꝑ eim superius ad idqđ est sub ipso ut forma ad naturā se habet. Querere ḡ quare ignis sursū ferē ꝛ terra deorsū:

idē est ꝙ querere ꝓpter quid sanabile si transmutet̄ scd̄m ꝙ huiusmodi venit in sanitatē. ꝛ sic de alijs mobilibus q̄ potētia sunt talia. ꝛ eodē modo est d̄ leui respectu sursū ꝛ de graui respectu deorsū. In tātum autē dr̄ñt ꝙ graue ꝛ leue videtur in se habere ꝑncipia suoꝝ motuū: alia vero nō sed ab extra ꝗuis aliquādo trāsmutentur paruo motu facto ab extra. Qd̄ autē nō habeāt ista ꝑncipium motus intra patet. qꝛ idē est susceptiuū sanitatis ꝛ langoris. Si ergo a ꝑncipio intrinseco mouerentur: idē est causa cōtrarioꝝ per naturā. quādo eīm subiectū mouetur scd̄m qd̄ sanabile: veīt in sanitatē. quādo autē scd̄m ꝙ infirmabile: veīt in infirmitatē. magis autē graue ꝛ leue i se habere videtur motus ꝑncipiū ꝓpter hoc ꝙ eoꝝ materia est ꝓpinqua forme siue substantie. i. id quo possunt moueri ad ꝓpria loca est ꝓpinquū substātie eoꝝ. grauitas eīm ꝛ leuitas imediate sequūtur formas substātiales ipsoꝝ vl' qꝛ materia eoꝝ est ꝓpinqua forme ut statim fiat sub forma vnica transmutāte. qua habita habet̄ ratio sufficiēs motus ad propriū locum. qꝛ habēt suā perfectionē per eam. cuius signū est: qꝛ motus ad locū est perfectior tātum cum sit ulterius gn̄one. cū ergo fiat ex aqua aer qꝛ generans dat simul formā ꝛ locū tunc etiā fit sursū ꝛ quādo factū est leue factum est sursū ꝛ sic est manifestū ꝙ quādo exn̄s leue in potētia veīt ad actum leuitatis simul veīt ad locum sursū. exn̄s ergo graue vel leue naturaliter mouet̄ ad suū locū remoto prohibēte sicut ꝛ nutrimētum prohibitū ne trāseat in nutribile remoto prohibēte statim incipit nutrire. mouet autē predicta primuꝫ mouēs ipsoꝝ ꝛ remouet prohibens sic̄ dictuꝫ est. viij. ph'icorum patet igitur a quo mouentur grauia ꝛ leuia.

Capl'm. v. qd̄ sic incipit. Differentias at ꝛ accidentia ꝛc̄. Premissis diffinitiōibus grauis ꝛ leuis simpl'r ostendit q̄ sunt grauia ꝛ leuia in respectu ꝛ determinant ꝓprietates grauis ꝛ leuis in corporibus cōpositis.

D cognoscēdum drīas grauis ꝛ leuis ꝛ accidēna ipsoꝝ. Sciēdum est ꝙ graue est qd̄ oībus substat habētibus grauitatē. leue autē ꝙ oibus supereminet sursum latis. Quoddā autēꝫ est graue ꝛ leue in respectu cui ambo existunt hec. qꝛ quibusdā substat ꝛ quibusdā superfertur. ut est aqua ꝛ aer. neutrū eī istoꝝ ē simpliciter graue ꝛ leue. ambo eīm sunt leuiora q̄ terra. ꝛ grauiora igne cui substāt adinuicē autē cōparata aer est simpl'r leuior aqua: cuꝫ ei supereminēat. aqua vero grauior cum substet. Qm̄ autē cōposita ex predictis quedā habēt grauitatē quedā leuitateꝫ manifestum est ꝙ causa huius est qꝛ habēt plus vel minus de predictis elementis. habens eīm plus de terra est grauius ceteris paribus. ecōuerso de habētib9 plus ignis ꝛ qm̄ alia. s. cōposita in grauitate ꝛ leuitate sequūtur talia ꝑma: ideo de his est dicēduꝫ

Sed tamē sciendū est ꝙ accidit cōposita nō apparere esse grauia ubiqꝫ simpl'r nec leuia ubiqꝫ ꝓpter hoc ꝙ in eis indifferēter sunt elemēta prima puta in aere grauiuꝫ est lignū vnius talenti q̄ plumbū vnius oboli. in aqua autēꝫ erit leuius. causa autem huius diuersitatis est qꝛ oīa elementa preter ignem habent grauitatē. nam aqua ubiqꝫ grauis est preter q̄ in loco terre. aer autē grauis est preter q̄ in loco aque. nam in propria regione grauis est sicut alia elementa preter ignē. Signū autē ꝙ grauitas aeris in propia regione: est quia plus ponderat uter inflatus aere q̄ vacuus. si itaqꝫ sit aliquod cōpositum habens plus aeris q̄ aque ꝛ terre ut lignū supernatat aquis licet sit graue in aere. ꝛ ideo ei nō superfertur. ꝛ eodē modo de alijs modis cōpositiōis.

Capl'm. vj. quod sic incipit. Qd̄ autem est simpl'r leue ꝛc̄. Manifestat ꝙ est aliquod leue simpliciter nullā habens grauitateꝫ ꝛ aliquod graue simpl'r nullam habens leuitatem quedam intermedia que habent utrumqꝫ.

Leue simplr est illud qḋ simplr fertur sursū. graue aūt simplr qḋ simplr fert̃ deorsum: manifestū est ꝙ est aliqḋ leue nullā habēs grauitatē ⁊ ecōuerso. Uidemus eīm qm̄ terra oībus substat ⁊ semꝑ fertur ad mediū. ignis autē oībus superfertur. in tantū etiā ꝙ in ipso aere nō quiescit sed fertur sursum ad extremū. ⁊ ideo nullā habet penitus grauitatē. substaret eīm alicui si haberet eam quo posito id aliud superferretur oībus ⁊ ad extremū ⁊ sic esset leue sine grauitate. qꝛ autē nullū aliud corpꝰ tale videmus preter ignē: ideo ignis est huiusmodi. ⁊ eodē modo terra q̄ substat oībꝰ ⁊ fertur ad mediū nullā habet leuitatē. Qḋ autē mediū sit locus ad quē ferātur habentia grauitatē ⁊ a quo mouētur leuia patet pmo sic. nō cōtingit motū rectū esse infinitum. sed est semꝑ inter duos terminos extremos. ergo cum mediū sit vnū extremū deorsū: ad ipm̄ feruntur habentia grauitatē ⁊ ab eo habētia leuitatē. Secūdo sic. ignis fertur sursū ad similes angulos ⁊ terra deorsū ad eosdē. sed hoc nō potest esse: nisi deorsū sit quoddā mediū corporis circularis. ergo ad mediū grauis ⁊ ab ipso leuia mouerētur utrū autē idē sit mediū totius ⁊ terre dictū est supra. Qm̄ igitur substās fertur ad mediū: necesse est ꝙ oībus superfertur ferri ad extremū cōtrariū eīm est extremū medio in loco. cōtrariū eīm est supereminēti. ⁊ ideo sicut mediū ⁊ extremū duo sunt pncipalia loca: ita rōnabiliter graue ⁊ leue due drīe sunt corpoꝝ mobiliū ⁊ quēadmodū locus intermedius ad extrema quodāmodo est sursū ⁊ deorsū: ita duo elemēta intermedia. s. aer ⁊ aqua habēt grauitatē ⁊ leuitatē diuersis respectibus.

Caplm̄. vij. quod sic incipit. Inquiramus autē cōtinens ⁊c̄. Declarat quā habitudinem habent elementa adinuicē in quātum vnum continet aliud cōtinetur ⁊ quomodo est eorum materia eadem.

Rationabilr in omī genere cōtinens habet rōnem forme respectu cōtenti. sic habet rōnem determinati ⁊ etiā determinātis. eadē autē materia q̄ est i potētia ad formā ignis ⁊ leuis est in potētia ad formā terre ⁊ grauis sed scđm aliā ⁊ aliā rōnem sic in potētia ad utrūqꝫ. sicut idē corpus est sanabile ⁊ susceptibile lāgoris scđm tamē aliā ⁊ aliā rōnem. Habens igitur materiā dispositā per aliā rōnem q̄ conuenit leui: fertur sursū. cōtrariā autē habens: graue est ⁊ deorsum. habētia vero materiā aliter dispositā ꝙ simpliciter graue vel leue: feruntur sursum ⁊ deorsum. sicut ipsa sunt grauia ⁊ leuia simul ut est aer ⁊ aqua. aqua eīm oībus substat preter ꝙ terre cui superfertur. ⁊ preter ꝙ igni cui substat.

Ca. viij. qḋ sic icipit. Qm̄ aūt ē vnū solū ⁊c̄. Malat numeꝝ elītoꝝ adiūgēsqꝫ vnūqḋqꝫ istoꝝ hn̄s simul leuitatē ⁊ grauitatē graue est in ꝓpria regione.

Quoniā eī est vnū tantū elementū qḋ oībus substat: necē est duo iter media eē q̄ substāt cuidā ⁊ superferunt̃ alteri. ⁊ similr necē est materias ipsoꝝ proximas esse totidē licet vna materia pma communis sit oīm ipsoꝝ. fiunt eīm ex inuicē. ⁊ duo illoꝝ. s. extrema sunt contraria inter media habentia duo. nō eīm est inconueniens contrarioꝝ esse plura media. duo autē elementa media q̄ simul habēt leuitatē ⁊ grauitatē in ꝓpriis locis habent grauitatē. Propter qḋ subtracto inferiori quodlibet ipsorūꝫ fertur deorsum. ut aer subtracta aqua: fertur ad locum aque: subtracto autem igne aer non fertur sursum nisi per violentiam. sicut nec aqua fertur sursum subtracto aere nisi per vim. s. ꝙ vna superficies sit aeris ⁊ aque ⁊ fortius trahit sursū mouens ꝙ aqua feratur deorsum. terra autem nunꝙ̄ fertur sursum a mota aqua. et ideo aqua potest trahi sursum a vase ignito ex parte superiori habente foramen inferius quod tangat superficiem eius terra autem non. ⁊ quoniā sic se habent elementa: ideo

Ignis qui nunq̄ deorsū fertur per naturā in nullo loco habet grauitatē nec terra leuitatem. duo autem intermedia feruntur subtracto inferiori elemento. qꝛ habent grauitatem ubiq3 aliquo modo ꝓpter similitudinē materie. licet nō sint grauia simplr.

Capitm. ix. quod sic incipit. Quod autē necesse est facere equales dīas ꝛc̄. Inuestigat numerū dīarum siue qualitatum quibus elementa mouētur naturaliter ostēdens ipm equalem numero elementorum.

Si fit tantum vna differentia elementoꝝ ut puta vacuum aut aliud: nō erit nisi vnus motus naturalis. Itaq3 aut omnia mouebuntur sursum aut deorsum. Quia ergo sunt duo motus naturales quorum vnus est simpliciter sursum ꝛ alius simplr deorsum. ꝛ duo mixti existis: necesse est dīas elementoꝝ esse quattuor.

Capitm. x. qđ sic incipit. Figure autē nō est causa ꝛc̄. Declarat ꝙ figure elementorum nō sunt causa motus eorum simplr sed tamē possunt esse causa eius quod est moueri velocius ꝛ tardius.

Quod figure elementoꝝ nō sunt causa motus sed coadiuuant aliquādo manifestum erit quibusdā dubijs prius solutis. dubitatur enim quare quedā grauia habentia latam figurā in aqua feruntur deorsum ut acus. Dubitatur etiā quare quedā grauia in aere superferuntur ut pulueres ꝛ similia. Ad primā dixit Democritus ꝙ quidam vapores calidi ex aqua exeuntes sursum pellunt. grauia late figure que nō possunt simul pellere stricta quia ꝓpter paucitatem q̄3 tangunt ipsorū nō possunt compellere. Si autem hoc verum in aqua est multa talia corpora late figure debent supernatare in aere cum ipso sint plures tales exalationes. hanc autem instantiam democritus sibi ipsi inferens soluit debiliter dicens ꝙ in aere sexu. i. impetus eorum que sursum feruntur est debilis qꝛ talia disperguntur ibidē nec faciunt impetum in vnum. Nos autem dicimus ꝙ continuoꝝ ea que bene sunt terminabilia termino alieno sunt bene diuisibilia ut aqua ꝛ aer magis diuisibile est qđ melius terminabile ut aer. Et iterum bene diuisibile minus citius diuiditur q̄ magis habentia ergo latitudinem quia plus apprehendunt de continuo diuisibili dificilius ipm diuidunt eo ꝙ plus resistit. habentia figuram acutam ꝓpter minus cōprehenditur de cōtinuo diuisibili citius diuidunt ipm qꝛ minus resistit. Quia igitur grauitas habet quādam virtutem ad motum deorsum ꝛ latum habet resistentiam in continuo diuisibili oportet comparare hec duo. s. ꝙ sit maioris eficacie vel virtus grauitatis ad motum deorsum. s. latitudo ad resistentiam. Et si quidem grauitas sit maior feret ad inferius si autem latitudo supernatabit. de graui igitur ꝛ leui ꝛ eorum accidentibus determinatum sit hoc modo.

Incipiunt capitula primi libri.

Capl'm primũ continet opiniones antiquorum an generatio sit idem ꝙ alteratio.

ij. ꝙ dicẽtes plura ꝑncipia nõ possũt saluare gñonem ⁊ alterationem esse aliud a gñone ⁊ simpliciter empeď.

iij. ostendit insufficientiã platonis ⁊ antiquoꝝ determinãdo de gñone elemẽtorum ⁊ de augmento ⁊c̃.

iiij. ꝙ trasmutationes naturales non possunt saluari ex his ex quibus dicũt antiqui eas esse.

v. ꝙ corpus vel magnitudo nõ potest resolui ad insensibilia sicut nõ possunt cõponi ex ipsis.

vj. soluit rõnez democriti qui arguebat corpus cõponi ex indiuisibilibus ⁊ ꝙ generatio simpliciũ nõ est cõgregatio.

vij. disputat an gño sit ex ente vel nõ ente ⁊ ꝙ ex ente in potentia.

viij. querit causã cõtinuitatis gñonis.

ix. ꝙ quedam generatio est simplr̃ quedam scd̃m quid.

x. que differentia est inter gñonem ⁊ alterationem cuius subjectũ est materia.

xj. ꝙ augmentatio differt ab alijs transmutationibus penes terminũ ⁊ modũ.

xij. ꝙ augmentum fit ex quanto in actu.

xiij. augmentũ aliud per aliud corporeum ita ꝙ quelibet pars augmenti est aucta ⁊ ip̃m manet quod augetur.

xiiij. ꝙ quelibet pars aucti augetur ⁊ quomodo non ita ꝙ augmentum fit partim simili ⁊ partim dissimili.

xv. ꝙ augens tale est in potentia quale augmentabile in actu ⁊ quomodo differt augmentum ⁊ nutrimentum.

xvj. ꝙ ad cognoscendũ vtrum elemẽta sint generabilia oportet ꝑmo d̃terminare de mixtione ⁊ passione ⁊ tactu.

xvij. quid est tactus ⁊ in quibus saluatur.

xviij. ostendit insufficientiã opinionuz antiquorum de facere ⁊ pati.

xix. ꝙ augens non comunicans passo in materia non patitur ab eo comunicans autem patitur ⁊ ꝙ materia est causa passionis.

xx. enumerat opiniones aliorum d̃ modo agendi ⁊ patiendi.

xxj. destruit opiniones predictas ostendens eas includere concludere contradictionem ⁊ continue falsitatem.

xxij. destruit opiniones predictas.

xxiij. declarat veritatẽ de modo agẽdi ⁊ patiendi ⁊ excludit modos inutiles.

xxiiij. an mixtio sit ⁊ in quibus ⁊ quomodo drãt a generato. ⁊ qualiter miscibilia manent in mixto.

xxv. ꝙ mixtio non fit ex minimo ⁊ scd̃m sensum nec ex minimis simplr̃.

xxvj. concludit que sunt miscibilia ⁊ qd confert facilitatem mixtionis ⁊ quid est mixtio.

Capitula secundi libri.

Primuz destruit opiniones aliorum de materia transmutabiliũ oñs quid de illa debeat sentiri.

ij. declarat ꝙ qualitates potẽtie actiue ⁊ passiue sunt drie elementorum.

iij. ꝙ elementa sunt quattuor habentia duo principia principalia loca ⁊ ꝙ i vnoquoqz eorum est vna qualitas principalis alia secundaria.

iiij. ꝙ elementa generantur ex inuicez ꝗuis facilius generetur vnum ex alio ꝗ habet simbolum.

v. ꝙ vnuz elementũ generatur ex alijs pluribus ex aliquibus non.

vj. ꝙ subjectum comune elementoruz generationi non est aliquod aliud elemẽtum sed comunis materia.

vij. ꝙ vnum elementoꝝ nõ est subjectũ materiale elemẽtoꝝ nec ipoꝝ generatio est in infinitum scd̃m rectum.

viij. ꝙ elementa nõ sunt transmutabilia ut dicit empeõ. destruens oẽm transmutationem.

ix. determinat de gñone mixtoꝝ ⁊ elementis scđm alioꝝ dicta.

x. qualiter generatio mixtoꝝ est ex omnibus elementis.

xj. ꝙ forme separate vel ipsa materia possunt poni causa efficiens generabilium ex elementis

xij. ꝙ motus circularis est perpetuus maxime obliqui circuli causa est generationis ⁊ corruptionis.

xiij. ꝙ causa finalis successionis in generatione ⁊ corruptione est continuatio rerum in esse.

xiiij. ꝙ generatio est perpetua scđm circulum ⁊ nõ scđm rectum q̃ motus circularis causa perpetuitas eius.

Incipiunt libri de generatione.

De generatione ⁊ corruptione natura generatoꝝ ⁊ corruptoꝝ ⁊ de alteratione. Caplm primum huius libri cõtinet opiniones antiquorum an generatio ⁊ corruptio sint idem ꝙ alteratio ⁊ quia aliter de hoc opinati sunt ponentes vnum ꝑncipium: ⁊ aliter ponentes plura.

Uia dicere intendimus de gñone ⁊ corruptione de natura generatorum ⁊ corruptoꝝ ⁊ de alteratione atqȝ augmento ⁊ quid sit vtrũqȝ. ⁊ vtrum sint idem generatio ⁊ alteratio: idcirco ab hoc ultimo incipiendũ. Intelligẽdum est quicũqȝ antiquoꝝ dixit oĩa esse vnuȝ ⁊ ex vno necesse idẽ habuit dicere idẽ esse gñonem ⁊ alterationẽ ita ꝙ idem est fieri ⁊ alterari. ꝗuis anax. in hoc ignoret propriã vocẽ diceñs multa ꝑncipia ⁊ tamẽ generari idem dicit ꝙ alterari. Differunt autẽ predicti inter se q̃ empeõ. sex tãtum facit ꝑncipia quattuor materialia ⁊ duo monẽtia. Anax. leucipus ⁊ democritus infinita. anax. autẽ quidẽ infinitas partes omiomeraȝ. alij vero duo corpora indiuisibilia infinita multitudine ⁊ morphea .i. forma siue figura. quorum alia differunt ab alijs positione ⁊ ordine. Uidẽtur anax. ⁊ empeõ. cõtrariari ad inuicẽ. q̃ emp̃. dicit quattuor elemẽta esse ꝑncipia ⁊ simpliciora carne ⁊ osse ⁊ talibus similium partium anax. autẽ econtrario dicẽs similes partes esse perispermia .i. naturale semẽ oĩm elementoꝝ. q̃ postponunt̃ ex illis. Dicẽteȝ igitur vnum esse ꝑncipium ex quo oĩa: necesse habẽt facere idẽ gñonem ⁊ alterationẽ. q̃ in omĩ trãsmutatione subiectũ manet idẽ. Dicẽtes principia plura cõueniẽter ipsas dicunt differre. q̃ generatio fit per cõgregationẽ ꝑncipioꝝ. sicut corruptio per dissolutionẽ. Sicut dicit empe. ꝙ generatio rerum est quedam mixtio siue congregatio. ⁊ corruptio segregatio mixtorum.

Caplm. ij. quod sic incipit. Necesse est ex his ⁊c̃. Manifestat etiam ꝙ dicentes plura principia non possunt saluare alterationem esse aliud a generatione ⁊ specialiter empedo.

Jcut igit̃ dictũ est faciẽtes plura ꝑncipia necẽ hñt dicere gñonẽ differre ab alteratione. ⁊ tñ nõ pñt hãc driam saluare. alteratio eñ est qua manẽte subiecto fit trãsmutatio i qualitatib9 siue passioibuȝ. ȝ passioẽs ꝑme sũt drñe elemẽtoꝝ In quib9 nõ põt fieri trãsmutatio: nisi fiat i elemẽtis ipsa aũt elñta scđm eos sũt intrãsmutabilia. ergo ⁊ qualitates prime ac per hoc. ⁊ secunde q̃ nõ fit trãsmutatio in quali

tatib9 secundis: nisi per p̄mas. Preterea in omi trāsmutatione debet supponi vnū materia duobus cōtrarijs. elemētis autē manētibus nō est vnū subjectū duobus contrarijs. ergo nec est trāsmutatio nec alteratio. Preterea si alteratio est: subjectum vnū est. qz vna est materia habētium adinuicē trāsmutationē. Sed ista vnitas subjecti z materie nō est permanētibus elemētis. ergo nec alteratio. Empeđ. igit̄ dicit cōtraria sensui z sibi ipsi. sibi quidē: qz dicit elemēta nō trāsmutari adinuicē z vnū fiat ex alio: sed oīa ex ipis. z tamen dicit ꝙ ex oibus fit vnum preter quā ex lite. itez ex illo vno dicit fieri quodlibet elemētoꝝ. qđ oportet mediātibus differentijs z passionibus eoꝝ. ut ignis fit mediāte caliditate z leuitate. z sic de alijs sunt igitur differētie elementoꝝ auferibiles sicut generabilez ex illo vno cōmuni. eis aūt ablatis potest vnū fieri ex alio: qđ ipse negat. Dicitenā cōtraria his q̄ apparēt. nō solū elm principio mūdi: sed nunc videmus trāsmutationē fieri in passioibus elemētoꝝ qz possunt aduenire et separari. separari quidē etiā scđm eum ꝓpter amiciciā facientē vnum ex ipsis. aduenire vero per litē segregantē ea ex vno. Utrum autē elemēta sint ponēda p̄ncipium vel illud chaos qđ fit ex eis z ecōuerso incertū est. scđm elm ꝙ chaos supponit̄ ut materia ex qua per trāsmutationē fuerint elemēta: ipm vnuz est p̄ncipiū. scđm autē ꝙ fit ipm ex cōpositione elemētoꝝ cōuenientiuz per amiciciā dissolubiliū per litem: elemēta sunt magis principia.

Capl̄m. iij. quo sic incipit. Uniuersaliter autē itaqz zc̄. Ostendit insufficientia platonis z alioꝝ antiquoꝝ determināđo đ generatione z corruptione simplici elementorum alteratione atqz augmento.

Uia dicēdum est de predictis qz ab alijs insufficiēter dictū est de ipis. plato el de gn̄one scrutatus nō de omī sed de ea q̄ est elemētoꝝ solū locutus est. nichil dicēs de augmēto vel alteratione. Breuiter eīm loquēdo nullus preter democritū tantū cui cura fuit de oībus dixit de predictis nisi superficialiter nam de augmētatione nichil dictū est ab eis: nisi qđ quilibet simplex diceret. ꝙ fit adueniēte simili sed quomodo fiat z qualiter fit mixtio atqz agere z pati nichil dixerunt. Democritus z leucipus ponētes athomos figuratos esse p̄ncipia ex his cōgregatis gn̄onez ex disgregatis vero faciunt corruptionē ordinē autē z positionē alterationez. Et qm̄ ex his saluāt apparētia q̄ sunt infinita z cōtraria: dixerunt ꝙ figure ipsoꝝ erāt infinite etiā in quibus parua trāsmutatio facit cōtrariū. sicut ex eisdē litteris paꝝ transmutatis fit tragedia ex comedia z ecōuerso. Sed qm̄ oibus videtur ꝙ generatio z corruptio q̄ fiunt per cōgregationē z separatione fit aliud ab alteratione q̄ fit per trāsmutationem passionū: cōsiderāda est veritas istoꝝ hēt eī multas rōnabiles dubitationes: si generatio est cōgregatio. Sunt alique difficiles rōnes probātes ꝙ nō pōt aliter fieri gn̄o ita ꝙ nō existe cōgregatione: aut gn̄o nō est aut idē est ꝙ alteratio.

Capl̄m. iiij. qđ sic incipit. Principiū autē hoꝝ olm zc̄. Declarat ꝙ trāsmutationes naturales nō possunt saluari ex his ex quibus dicunt eas esse plato democritus z leucipus q̄uis magis phisice isti dixerunt q̄ plato.

Principiū querēdi veritatē circa predicta est vtrum transmutationes naturales sunt ex magnitudinib9 indiuisibilib9 aut nulla magnitudo sit indiuisibilis aut si ex magnitudinibus sunt: vtrū sint. Democritus dixit z leucipus hec sint corporee aut sicut plato superficies. Sed ꝙ impossibile sit corpus dissolui usqz ad superficies dictum est de tertio celo z mundo. rationabilius est igitur ponere corpora athomorū indiuisibilia. quia ex eis congregatis potest fieri generatio. facta eīm

trāsmutatione in ydeali.i.in forma accidētali: fit alteratio. & ideo democritus dicit ꝙ colorari fit per cōuersionē diuidētes autē corpora in planicies nichil possunt ex eis facere nisi solida corpora. & ideo nō generāt passionē aliquā ex eis. Causa vero ꝙ plato nō potuit videre ea que oīs ponunt.s. gñonem accidētium fuit in experiētia circa res naturales. ideo qui circa eas magis insudauerunt magis supponere possunt pncipia ex quibus multa naturalia saluāt. inexperti vero talium sermonū ad pauca respicientes facile.i.debiliter enunciant. Differunt ergo multū in talibus logice.s. & phisice intendere. logice quidem intendentes faciunt magnitudines indiuisibiles dicentes ante trigonos esse multa. ut lineas & superficies. democritus autem loquens phisice proprius de talibus persuadet.

Ca.v. qð sic incipit. Habet autē questionē &c̄. Probat ꝙ corp9 vel magnitudo nō pōt resolui ad indiuisibilia sicū nō potest cōponi ex ipsis.

Dubitatur si corpus & oīe quātum est diuisibile scdm quodcūqȝ signū & hoc ē possibile: utrū diuisio ista possit ire usqȝ ad indiuisibilia & videtur ꝙ sic qꝛ possibili posito in actu nullū sequitur impossibile. Quū ergo oīe corpus est diuisibile: ponatur diuisum in actu quātum est in potentia iddē ergo ad qð stabit diuisio nō erit magnitudo. qꝛ staret aliquid diuisibile. nec erit punctū aut nichil. nichil quidez nō erit: qꝛ corpus generaretur & corrūperetur ex nichilo. & sic erit nichil quātum ad eē licet appareret aliquid. Similiter nō erunt puncta ea ad q̄ stabit diuisio. qꝛ ex talibus nō fit aliqua magnitudo. & sic corpus nō esset quātum. punctus eīm nō est i diuisione continui. Nec erit rasura quasi quedā superficies ad qð stabit diuisio. qꝛ talis nō facit corpus vel magnitudinē nec erit aliqua passio: eo ꝙ passio per se nō est quāta sed habet indiuisibilitatē sicut punctus. & sic nō ex quātis esset quātum. Preterea puncta siue mobilia siue imobilia sint: erunt per se aliquid alicubi si ad ipsa stat diuisio corporis. hoc autē est impossibile cum sit ratio tangēdi vel diuisio aliquoꝝ. tactus autē & diuisio semp sunt aliquoꝝ & nō sunt entia per se. Preterea si ea in que aliqð quantum diuiditur iteꝝ cōponatur fiet ex eis aliquid equale priori & vnum. hoc autē nō fit ex punctis. Si ergo fiat diuisio scdm quodcūqȝ signū. facta ea in actu: nō relinquitur sola diuisio.i.puncta. nec passio aliqua. qꝛ ex talibus nō fit magnitudo. Relinquitur ergo ꝙ remaneāt corpora indiuisibilia. Ponētibus autē corpora indiuisibilia ostēsum est tertio de celo sequi multa impossibilia. ergo soluere oportet dubiōnem. nō est eīm impossibile corpus esse diuisibile scdm qðcūqȝ signū in potētia nō tamē in actu.

Capitm.vj. qð sic incipit. Esse autē simul olono potestate &c̄. Soluit rōnem democriti qua videbatur sequi ꝙ corpus componitur ex indiuisibilibus simul cum hoc excludēs ꝙ generatio & corruptio simpliciū nō est cōgregatio vel segregatio licet faciāt ad facilitatē gñonis & corruptionis.

Corpus esse diuisibile in potētia q̄ possit poni aliquādo in actu nō est possibile qꝛ tunc esset indiuisibile aliquid & diuisum scdm quodcūqȝ signū ex quo sequeretur ꝙ diuisio staret ad indiuisibile & ꝙ corpus iteꝝ fieret aut ex indiuisibilibus aut ex nichilo. Et qm̄ corpus semp diuidi potest in minores magnitudines: dicebat ꝙ hoc potest esse generatio & corruptio.s. per cōgregationē & disgregationē istoꝝ. Nos autē dicimus ad hunc paralogismū ꝙ nō est punctus continuus puncto. Nec ubiqȝ cōtinuus. & ideo cōtinuū esse diuisibile scdm quodcūqȝ signū est ut sic: est ut nō. scdm eīm quodcūqȝ signū diuisuū.s. ante diuisionē magnitudo est diuisibilis: sȝ facta iam aliqua diuisione in aliquo puncto nō est diuisibilis magnitudo. scdm signum con

tinuatiuum.s.ꝙ sit cõtinuum vel cõtiguũ puncto super quo facta est iã diuisio. qꝛ punctus nõ est puncto cõtinuus nec cõtiguus nec cõsequẽter se habẽs. Quis ergo ante diuisionẽ posset fieri diuisio super qđlibet signũ: sed tamẽ post aliquã diuisionẽ iaꝫ factã nõ potest diuisio fieri super signũ cõtiguũ illi super quo prior facta est. qꝛ nõ est cõtiguum diuisibile amplius super illo. Uerũ est igitur ꝙ cõgregatio ⁊ segregatio est i rebus sed nõ ex corporibus indiuisibilibus. nec ita diuisio fiat vbiqꝫ. qꝛ sic pũctus esset puncto cõtiguus sed est segregatio in partes minimas: licet quãtitatiuas. Ita tamen ꝙ simplex generatio elemẽtoꝝ ⁊ corruptio nõ est ex segregatione. sed potius qñ hoc totum cõpositum ex materia ⁊ forma trãsmutatꝰ in hoc totũ. ut in aerẽ. tunc est generatio simplex; q̃ nõ est alteratio ut dicunt quidã. in subiecto eĩm sunt duo. s. forma ⁊ materia proxima ei qñ vero i his duob9 fit trãsmutatio: generatio est, corruptio. qñ aũt ambobus manẽtibus fit trãsmutatio in passionibus ⁊ accidẽtibus: est alteratio. Et qm̃ elemẽta cõgregata ⁊ segregata facilius trãsmutabilia sunt vel difficili9. ut aq̃ diuisa i paruissimas partes: citius trãsmutatꝰ in aerẽ. ideo segregatio adiuuat gñonem.

Capitulũ. vij. quod sic incipit. Determinatis autẽ his ⁊c̃. Inuestigat disputatiue an generatio sit ex ente vel ex non ente. dicens ꝙ fit ex non ente in actu ente autem in potentia.

Inuestigandũ est post predicta utrum aliquid generatur ⁊ corrũpitur simplr̃ an nõ: sed oĩs generatio est scđm quid. sicut est gño satu ex infirmo in qua nõ gñatur eus simplr̃. Uidetur eĩm ꝙ nichil possit gñari simplr̃. qꝛ tale oportebit gñari simplr̃ ex nõ ente itaqꝫ oĩno nõ ens erit subiectũ trãsmutatiõis: sic in gñone scđm quid. ut qñ fit ex nõ albo album: ens nõ albũ est subiectũ trãsmutatiõis. Ex nõ ente simplr̃ nõ videtur fieri gño. qꝛ aut tale negat oĩe ens predicabile aut simplr̃ negat oĩe ens. Si nõ ens qđ negat oĩe ens predicabile sit subiectuꝫ ex quo fit gño simplr̃ sequitur ꝙ nõ ex substãtia fit substãtia. cum autẽ substãtia nõ est: nullũ aliđ ens predicabile est. ergo ex nõ ente scđm oĩe predicamẽtum fit aliqđ ens. Si aũt nõ ens negat oĩe ens: gño simplr̃ fiet ex nichilo. De his ⁊ similibus dictũ est ꝑmo pħicoruꝫ ⁊ ideo breuiter nunc dicẽduꝫ: qđ gño simplr̃ entis fit ex nõ ente i actu. ꝙ tamẽ est ens in potẽtia. sic eĩm preexistit ens in potẽtia. ꝙ tamẽ est nõ ens in actu. Sed ad huc videtur questio remanere mirabilis. siue eĩm gño substãne fit ex ente in potẽtia siue in actu: restat querere utrum gño substãne fit ex aliquo ente ut est quãtum vel quale. Si eĩm de ente in potẽtia fit gño: ad idẽ ens stabit corruptio. qđ est falsum. qꝛ vtrũqꝫ est hoc aliquid actu de numero entiũ. si eĩm nichil: ergo contingit nõ ens esse actu quid ⁊ separatum. ⁊ iteꝝ ex nichilo fiet aliquid. ꝙ oĩs prim loquentes pħice de gñone timuerunt. si eĩm aliquid sit actu subiectum: gño erit alteratio.

Capitulũ. viij. quod sic incipit. De his igitur quãtum cõtingit tractãdum ⁊c̃. Querit causam cõtinuitatis generationis in rebus.

De sciẽduꝫ causã ꝑpter quã gño est semꝑ nõ quidẽ causã efficientẽ. s. vnde ꝑncipium motus: sed potius materialẽ hãc querere intẽdimus. de mouẽte eĩm dictũ est. viij. pħicoꝝ quoddã eĩm ens est imobile per oĩe tẽpus: ⁊ quoddã sẽper mouetur ab ipso de ꝑmo autẽ tractare est ꝑme pħie de moto cõtinue etiã postea dicẽdum est q̃ est causa multoꝝ dictoꝝ singulariter. Sed nunc dicamus de causa materiali ꝓꝑ q̃m gño ⁊ corruptio nõ deserũt naturã. qꝛ ex hoc erit forte manifestũ quesituꝫ supra. ⁊ quid ẽ simplr̃ gño ⁊ corruptio. Habet eĩ nõtabilẽ dubitationẽ quare gño sẽꝑ replicatꝰ in entib9 ⁊ nunq̃ deficit. si eĩ qđ corrũpitur secedit in nõ ens: oportet ꝑncipiũ

materiale ex quo fiunt res corruptibiles esse cõsumptũ: si est finitũ. Nec potest esse infinitum: cum nõ sit aliquid tale ens infinitum. licet infinitum sit in potentia: ut diuisio continui. Quia hoc falsum est: oportet ergo hanc solã esse causam: quia vnius corruptio est alterius generatio ⁊ econuerso. ideo neutrum ipsoꝝ deficit.

Capitm. ix. qđ sic incipit. Propter quid autẽ hic simplr̃ ⁊ c̃. Declarat ꝙ quedam generatio est simplr̃ quedã scđm quid ⁊ hoc tam in eodem genere ꝗ̃ in diuersis excludens quedam inconuenientia circa predicta.

Quod quedã dicunẽ generari ⁊ corrũpi simplr̃ quedã scđm quid: ratio est: quia generatio vnius est corruptio alterius ⁊ ecõuerso. quotiẽscũq; illud qđ generatur vel corrũpitur est ens simplr̃: tunc est generatio ⁊ corruptio simplr̃. qñ do vero tale ens est scđm quid: tunc gñō ⁊ corruptio est scđm quid. verbi grã. forte q: ignis est ens simplr̃ ⁊ terra scđm quid: gñō vel corruptio ignis est simplex: terre aũt scđꝫ quid. Hoc eñim modo dixit permenides ignẽ esse ens: terrã vero nõ ens. sed nichil differt ponere exẽplum in istis ꝗ̃ in alijs. q: nos querimus modũ gñōnis: sed nõ subiectum. Dicamus ergo ꝙ simplex corruptio est q̃ est in simplr̃ nõ ens. simplex aũt gñō que est in simplr̃ ens. Alio autẽ modo est gñō ⁊ corruptio simplex ⁊ scđm quid si eñim aliqua materia sit receptibilis duoꝝ quoꝝ vnũ sit sicut spẽs ⁊ forma aliud sicut ꝓuatio: in quocũq; predicamẽto sit: gñō illius qđ est forma vel sicut forma est simplex vel similiter corruptio eiusdẽ. gñō vero ⁊ corruptio eius qđ sicut ꝓuatio est scđm quid.

Quibusdã vero videtur ꝙ gñō fit vel corrũpitur aliquid magis sensibile: tunc est gñō ⁊ corruptio simplex. gñō vero minus sensibile: tunc est gñō ⁊ corruptio scđm quid

Quođ falsum est. q: aer minus sensibilis est ꝗ̃ terra ⁊ tamẽ gñō aeris respectu terre nõ est gñō scđm quid. nec gñō terre respectu aeris est simplex: ymo potius econuerso.

Sic igitur gñō simplex ⁊ scđm quid dixit penes rem q̃ generatur. s. q: ipsa est substãtia vel nõ substãtia. vel q: magis est substãtia vna res ꝗ̃ alia. Quomodo autẽ simplex gñō est q: generatũ est substãtia. gñō autẽ scđm quid q: generatũ est nõ substãtia: hoc dictũ nõ habet locũ in adinuicẽ trãsmutatioibus. i. gñōnibus in quibus gñō vnius est corruptio alterius. nec hoc querimus nunc: sed tamẽ queritur quare nõ dicitur simpliciter generari. Huiusmodi autẽ dubitatio soluitur ex his q̃ determinata sunt in predicamẽtis. ubi dictũ est ꝙ entiũ aliud significat hoc aliquid ⁊ substãtiã: aliud vero accidẽs. quecũq; igitur nõ significãt substãtiã dicunẽ generari nõ simplr̃: sed scđm quid licet in talibus possit esse gñō simplr̃ in alio ordine. s. prout ibi est gñō alicuius qđ tenet rõnem spẽi ⁊ forme ⁊ aliud qđ tenet rõnem ꝓuationis ut supra dictũ est. Supra dictum est de generari simplr̃ ⁊ scđm quid. ⁊ qm̃ causa cõtinuitatis gñōnis ad modum subiecti est materia. q̃ potest subici duobus cõtrarijs. quoꝝ vnius corruptio est alterius gñō in substãtijs. Restat questio quare semꝑ generẽ aliquid alio corrupto. Ad qđ dicũt aliqui ꝙ corrũpi simplr̃ est aliqđ venire ad sensibile qđ est nõ ens. ex sẽsibili aũt põt aliqđ gñari ⁊ similr̃ ex tali nõ ente. ita ꝙ siue aliqđ sit nõ ens siue nõ: põt fieri aliqđ ex eo ⁊ corrũpi in ipm. ⁊ ideo merito nõ deficit gñō. q: ens corrũpitur in nõ ens ⁊ gñatur ex ipso Sꝫ ad hoc quereret aliqs vtrũ istud nõ ens sit aliqđ đ numero cõtrarioꝝ. ita ꝙ nõ ens sit terra ⁊ graue: ens sit ignis ⁊ leue. ⁊ pꝫ ꝙ nõ. q: terra ẽ de numero entiũ. Dicẽdũ est ꝗ̃ ꝙ illa nõ gñanẽ ex inicẽ. s. ens ⁊ nõ ens ita ꝙ vnũ sit materia alterius sicut nec cõtraria. sꝫ materia exñs aliqualr̃ eadẽ. s. ꝑ essẽtiã ⁊ nõ eadẽ ꝑ eẽ subici põt enti ⁊ nõ enti.

Ca. x. qđ sic incipit. De gñōne aũt ⁊ alteratiõe ⁊ c̃. Manifestat differentiam q̃ est inter gñōnem ⁊ alterationem adiungẽs ꝙ ꝓprium subiectũ alterationis est materia.

Quāuis autē habeat dubitationē quomodo generatur aliqđ mixtū ex elemētis dicēs ab eisdē: si sunt adinuicē trāsmutabilia habētia aliqđ commune subiectū. tamē dicentes ea intrāsmutabilia nō possunt saluare gn̄onem mixtorum. nisi eo modo quo paries fit ex lapidibus ꝛ lateribus. talis enim mixtura erit ex elemētis saluatis inter se positis scđm parua. ex quo sequitur ꝙ si per talē mixtionē facta resoluātur in elemēta: nō fiet ex qualibet parte carnis qđlibet elemētum sed ex determinata parte determinatū. quēadmodum si esset in cera spherica figura ex vna parte ꝛ piramidalis in alia: nō extraherētur ambe hec figure ex qualibet parte cere: sed ex determinata parte quelibet ipsarum cum ergo determinatū fit in qualibet parte mixti patet ꝙ nō illo modo q̄ dicit empđ est mixtio ex alia enim parte parietis lapides ꝛ ex altera lateres extrahuntur. Habet etiā questionem quomodo ex elemētis habētibus vnā materiā ꝛ trāsmutabilibus adinuicē potest esse gn̄o mixtorum: si enim caro est ex elemētis ita ꝙ nō est aliqđ nec cōpositio saluatorum: nichil relinquitur ex eis nisi sola materia. nam corruptio vnius aut terminatur ad aliud aut ad materiā ad aliud quidē nō: qꝛ nullum eorum manet. ergo ad materiā tātum. Ad qđ dicēdum est. ꝙ in quolibet elemēto quātum ad qualitates ꝓprias est magis ꝛ minus. ita ꝙ quādo vnum est simplr̄ actu ꝛ predn̄atur: fit gn̄o predn̄antis. qn̄o vero nullum oīo est actu ꝛ predn̄ans sed remissum in suis qualitatibus ita ꝙ fit quasi calidum ꝛ frigidum: ꝛ frigidū ꝛ calidū: tunc corruptis intensionibus vtriusq; fit mixtio. In qua nō relinquitur materia tantum nec generatur alterum ipsorum ex altero: sed ex omnibus fit quoddam necessarium quod est mixtum.

Capitulum. x. qđ sic incipit. Scđm vero ꝙ est in potentia ꝛc̄. Declarat qualiter ex elementis fit generatio mixtorum. probat ꝙ oīa corpora mixta sunt circa medium locum ex oībus elementis composita sunt.

Calidum ꝛ frigidū humidū ꝛ siccū possunt esse in potētia scđm magis ꝛ minus aliquid vero est ī potētia duplr̄ ad calidū q̄ ad frigidū aut triplr̄ vel scđm aliū modū. ꝛ ideo alia ꝛ alia mixta fiunt ex elemētis ꝛ alia elementa magis ꝛ minus fiunt ex mixtis. qꝛ aliqualiter scđm potētiā sunt in illis nō solum eo modo quo materia sed scđm modū superius dictū. s. ꝙ ex elementis fit mixtio ex materia vero gn̄o.

Quoniam contraria agunt ⁊ patiuntur adinuicem eo ꝙ vnum est in potentia ad aliud. ut actu calidum: potentia frigidum: si nō quocquātur elementa: vnum transmutatur in aliud. ipsis vero quo equans ⁊ transmutatis. generantur mixta. ut carnes ⁊ ossa. calido enim infrigidato ⁊ frigido calefacto ambo veniunt ad medium eo modo est de humido respectu sicci. Quecunqꝫ autem mixta sunt circa medium locum cōponuntur ex omibus elementis. terra quidem eis inest quia ipsa conuenit eis ut proprius locus aqua vero: quia oportet mixtum terminari. bene autem est terminabilis aqua. ⁊ propter hoc terra nō potest continuari sine humido. ablato enim humido: decidit terra ī puluerem. ⁊ quia generationes sunt ex contrarijs: oportet ad generationē mixtorum cōcurrere aerem qui contrariatur terre ⁊ ignem qui cōtrariatur aque: sicut contingit substantiam esse contrariā substantie omia igitur elementa concurrunt ad mixta. Testificatur dictis nutrimētum. omia enim nutriuntur ex his ex quibus sunt. nutriuntur autem mixta ex mixtis. in tātum ꝙ ea que videntur nutriri vno solo elemento ⁊ plante aqua nutriuntur mixtis. vnde rustici temptant irrigare mixcentes ⁊ qm̄ nutrimentum est ut materia quod autem nutritur est species ⁊ forma. Rationabile est igne vel calore maxime nutriuntur ea que ex inuicem generantur quia maxime tenent rationem forme cuius signum est quia fertur ad sursum tanq̄ ad propriā regionem ibi autem ratione celi continentur virtualiter forma ⁊ species oīm generabilium. corpora igitur mixta constituta sunt ex omnibus elementis.

Caplm̄. xj. quod sic incipit. Quia vero sunt quedam generabilia ⁊c̄. Ostendit ꝙ oportet opponi efficientem causam generabilium ⁊ hec non potest esse forma separata siue idea nec etiam ipsa materia quia ea que sunt circa medium locum generabilia ⁊ corruptibilia ponuntur.

Dicendum est vniuersaliter quot sunt principia eorum quia sicut in sempiternis ⁊ primis corporibus ⁊ preter materiā ⁊ formā oportet dari tertiū principium efficiens ita ⁊ in istis: materia enim generabilibus est causa ꝙ possunt esse ⁊ non esse ea enim que ex neccessitate sunt nō possunt nō esse ea vero que impossibilia nō possunt esse quedam vero possunt esse ⁊ nō esse. Et qm̄ generabile ⁊ corruptibile quandoqꝫ est quandoqꝫ non est ideo generatio ⁊ corruptio est circa possibile esse et nō esse cuius causa est materia sed generabilium finalis causa est forma que est ratio vniuscuiusqꝫ substantie preter istas oportet esse ternam. s. causam efficientē hanc autem causam plato in fedrone dicit esse ydeas. supponens ꝙ entium hoc quidem est species. s. ydea: hec autem sunt participabilia. quorum vnumquodqꝫ dicitur esse quādo participat speciem. generari autem quando suscipit eam ⁊ corrumpi quando amittit. ⁊ ideo existimat huius species causas esse generationis ⁊ corruptionis. Alij autem dicunt materiaꝫ causam efficientem quia ab hac est motus in rebus. Neuter autem bene dicunt ⁊ primo illi qui species dicunt causas efficientes quia cuꝫ ipse semper sint ⁊ similiter participabilia semper fiet generatio quod est falsuꝫ. Preterea videmus in multis effectibus concurrere aliam causam efficientem q̄ ydeas. ut medicum ad sanitatem ⁊ doctorem ad doctrinam ergo ydea nō sufficit. dicens autem naturam efficere generationē naturalius loquitur. quia alterans ⁊ transformans causa efficiens est generationis. tam ī his que a natura: q̄ in his que sunt ab arte ut communiter dicere consueuimus. Sed tamē nec isti bene dicunt. quia materie proprium est pati ⁊ moueri. facere autem ⁊ mouere est alterius principij. Sicut manifestuꝫ est in arte ⁊ natura. nam aqua nō facit ⁊ se ipsam animal nec lignum facit lectum sed ars.

quod autē attribuunt materie mouere ꝛ facere causa esse videtur potentia quā inueniunt in corporibus generabilibus que valde organice generant sibi simile: eo ꝙ causā ipoꝝ disgregat. ꝛ sic in ipsis est sufficiens ratio generandi hoc motuū deficit. quia ignis siue calidum est mouens motum. s. patiens ex superioribus corporibus. Secundo quia attribuere predictis sufficientē rationē agendi per se simile est serre ꝛ cuilibet instrumētoꝝ attribuere principalē causam eoꝝ que fiunt per artem. certū est autem ꝙ mouentur ab aliquo principali agente ꝛ qm̄ ignis per se deterius agit ꝙ̄ instrumenta: oportet ipm̄ reduci ad aliam causam preter agentem.

Capl'm. xij. quod sic incipit. Nobis autē vniuersaliter ꝛ c̄. Declarat ꝙ motus circularis perpetuo est causa generationis ꝛ corruptionis ita ꝙ motus circularis obliqui est causa ꝙ generatio subcedit corruptioni ꝛ econuerso ꝛ ꝙ tēpus generationis ꝛ corruptionis est quale licet in quibus libet generatio citius ꝛ tardius inueniatur.

Rrius determinatū est a nobis de causis vniuersaliter. ꝛ de materia ꝛ forma in spāli in. viij. phicoꝝ. dictum est ꝙ motus circularis est perpetuus ex quo oportet gn̄onem esse perpetuā. latio eim̄ circularis motus adducit ꝛ abducit generans. ex quo sequitur gn̄onem circularis. ꝛ ideo bene dictum fuit in eodem. viij. ꝙ motus localis prior est alijs mutationibus nō autem generatio. rationabilius eim̄ ens est causa nō entis ꝙ̄ nō ens entis. quod autē forma est ꝛ quod generatur non est. prior igitur est latio ꝙ̄ generatio. qm̄ autē generatio ꝛ corruptio sunt contraria. vnde latio similiter se habens nō est causa multarum. qꝛ idem similiter se habens semper natum est facere idem vna igitur latione tātum posita aut semper erit generatio aut semper corruptio oportet igitur ambas saluari per diuersitatē aut inequalitatē motuū ꝛ ideo prima circulatio vniformis ex̄ns nō est generationis causa ꝛ corruptiōis sed ea que est obliqui circuli in quo est sempiternitas ꝛ duplex motus ꝓpter cuius sempiternitatem continuatur generatio ꝛ corruptio. ꝓpter presentiā vero per quā generans fit prope est generatio ꝛ ꝓpter absentiam per quā generans fit longe est corruptio ita ꝙ sicut multociens adueniendo generat ita multociens recedendo corrūpit ꝛ quia tempus accedendi ꝛ recedendi equale est ideo generatio ꝛ corruptio equalitatē habent secundum naturam. Preterea talem itaqꝫ successionē tempus ꝛ duratio vniuscuiusqꝫ corrumpit habent determinatū periodū licet nō eamdē. hec eim̄ minoris durationis est illud maioris. predictis concordant ea que videmus ad sensum. nam adueniente sole est generatio rerum. recedente autē corruptio ꝛ equale est tempus vtriqꝫ scd̄m naturam. contingit autem aliquando in minori tempore aliqua corrumpi propter materiā que nō oībus eodē modo se habet ꝛ similiter generationes sunt inequales quia quedam citius ꝛ tardius generantur propter materiam nichil quia generatio vnius est corruptio alterius.

Capl'm. xiij. quod sic incipit. Semper vero ut dictū est ꝛ c̄. Declarat ꝙ causa finalis generationis ꝛ corruptiōis continue ē cōtinuatio entitatis in rebus repetens ꝙ motus circularis est causa efficiens ꝛ ꝙ motus habet continuitatem a mobili.

Enerationē ꝛ corruptionē continuā semper esse ꝓpter motū obliqui circuli rationabiliter cōtingit. natura eim̄ in oībus desiderās magis esse ꝙ̄ non esse tanꝙ̄ melius. qꝺ nō potuit assequi in vno generabili ꝓpter distare a p̄mo: alio modo cōpleuit deus perpetuitatē essendi in generabilibus cōtinuā faciens gn̄onem.

propter quam esse vnius succedit alteri. Huius autem continue gn̄onis ut dictum est. principalis causa est motus circuli obliqui per quē mutantur elementa in generatione ⁊ corruptione mutua. ⁊ sic motus rectus continuatur. qꝛ ꝯsequitur eum qui est circuitu. Ex his patet id quod quidā querunt videlicet quare vnūquodqꝫ elementorum nō semꝑ distat ab alio cum habeant proprias regiones. causa eīm huius est quia adinuicem transmutantur. si eīm nō transmutarentur in proprijs regionibus: iam desistissent misceri adinuicem ⁊ cōuerti. sed qm̄ transmutantur cōtinue adinuicem propter duplicem motum circularem: ideo nō semꝑ manent localiter in propria regione. patet ergo que sit causa continue gn̄onis. Quia in. viij. phicorum dictum est ꝙ necesse est esse vnum mouens imobile ⁊ intransmutabile si motus est vnus sempiternꝰ ⁊ continuus ⁊ multa mouentia sempiterna. Si motus circulares sunt multi reducti tamen aliqualiter ad vnum principium. motus autem continuus est: quia tempus ē continuum quod est numerus motus continui circulariter. Dubitatur utrum motus sit continuus eo ꝙ continuum est mobile vel in quo est motus sicut locus vel quātitas vel qualitas. Cuius dubitationis solutio est ꝙ motus recipit continuitatē a mobili. Passio eīm nō potest esse continua nisi eius subiectum sit continuum nec locus sufficit ad continuitatē motus licet habeat aliquā magnitudinē solus eīm motus circularis est semper sibi ipsi continuus qm̄ continuitatem facit ipm̄ mobile quod fertur.

Capl̄m. xiiij. quod sic incipit. Qm̄ autē continue motis ⁊ c̄. Probat ꝙ generatio est perpetua scd̄m circulum ⁊ non scd̄m rectum qm̄ motus celi qui est causa perpetuitatis eius circularis est.

Uoniā videmus continuā transmutationē in rebus quia generatur hoc post hoc dr̄enter videndum est utrum aliquid generatur ex necessitate an oīa contingat fieri ⁊ nō fieri ubi manifestum est ꝙ quibusdam presuppositis aliud preter illa necessario est futurum quod eīm verum dicere quod erit aliquando: verū erit dicere quia est quod autem verum est nunc dicere quia factum futurum est: nichil prohibet nunꝙ̄ fieri. Qm̄ autem que generantur possunt esse ⁊ nō esse videtur ꝙ nullum illorum fiat ex necessitate. Dubitatur ergo oīa talia fiant contingenter aut necesse sit aliqua eorum fieri ad quod dicimus ꝙ sicut quedam entia impossibile est nō esse. quedam autem sunt possibilia esse ⁊ nō esse ita circa gn̄onem se habet. conuersiones eīm eorum quorum corruptio vnius est generatio alterius impossibile est non fieri. Quāuis eīm pbus in his quoqꝫ vnum nō est necesse ex alio generari ad fieri posterioris sequitur fieri prioris ⁊ nō econuerso. ut ad fieri domus sequetur fieri fundamenti ⁊ nō econuerso tamē in his in quibus necesse est esse vnum simpliciter generari ex alio ad fieri prioris sequitur fieri posterioris ⁊ econuerso. ita ꝙ in talibus si necesse est generari prius necesse est generari posterius nō propter prius sed qꝛ supponitur ex necessitate posterius futurum. in quibus igitur posterius necesse est fieri conuertitur generatio prioris ad posterius ⁊ econuerso. Si autē generabilia procedunt in infinitum ad inferius in eis nō est primum ergo nec prius ex cuius suppositione necessarium sit fieri posterius nec est ibi ultimum ⁊ ideo nō est in eis posterius quo proposito necesse sit poni prius. nec potest continuari generatio in habentibus finem scd̄m rectum qꝛ nichil est necessarium generari simpliciter. ⁊ ideo nō oportet si prius generetur ꝙ posterius generetur. alioquī accidit illud semper esse quo possibile est semper nō eē. oportet eīm semper eē gn̄onē eius quod ex necessitate gn̄atur ex

necessitate eim ⁊ semper consequentur ergo tunc quod ex necessitate est sempiter-
num est ⁊ econuerso. generatio ergo necessario est perpetua ⁊ econuerso cū ergo hoc
non posset esse scōm rectum oportet ꝙ sit circularis et scōm reiterationem. gño enim
sempiterna caret fine quod non potest esse in aliqua trāsmutatione quod fiat in rectū
oportet. ideo necessitas est hoc poni in ea que est in circuitu. in tali eim fit conuersio
prioris ad posterius ⁊ econuerso. ut si ex necessitate est prius ⁊ posterius ⁊ hoc conti-
nue propter quod generatio necessaria est circularis ⁊ circularis necessaria ⁊ hoc ra
tionabiliter motus eim celi circularis est ⁊ sempiternus propter quod ea que generā-
tur per ipm circulariter generantur ⁊ semper aliquid mouet' necesse est mota hoc mo
tu circulariter moueri sicut patet in astris ⁊ eorum effectibus celo eim moto circulari-
ter sol mouetur circulariter propter quod in circuitu generātur ea que fiunt virtute su
perioris motus. verbi gr̄a. aqua fit ex aere ⁊ econuerso. ⁊ sic nubes erunt oportet pluě
re. ⁊ si pluet oportet' nubes fieri. Homines vero ⁊ animalia nec sic reiterantur qua
si circulariter sed magis in rectum videtur eius generatio. nō eim necesse si pater est
filium generari. sed si filius est necesse est patrem esse vel fuisse. Utrum autem rei-
teretur idem numero vel idem specie in his que mouentur circulariter dubitatur.
Ad quod dicendum ꝙ illa mota circulariter quorum substantia incorruptibilis perse
uerat reuertitur idem numero ut celum. quorum autem substantia corruptibilis nō
idem numero sed specie necesse est reiterari ut aqua ex aere ⁊ aer ex aqua fit nō idez
aer numero cum primo sed idem specie si enim idem aer numero reuerteretur: sub-
stantia eius non esset talis quia contingeret eam non esse.

Expliciunt libri de generatione ⁊ corruptione.

x. determinat quali motu venti moveantur et unde sit ipsorum principium.

xi. quare venti cessant diminuuntur et augentur.

xii. quare venti boreales flant post solsticium estivale australes autem non sed post hyemalem et quare auster non flat ab antartico sed a tropico estivali.

xiii. determinat priorem ordinem numerum et contrarietatem ventorum et qui principales sint.

xiiii. quare venti contrarii se adinvicem impediunt et quod flant contrariis temporibus et proprietates ipsorum.

xv. quid senserunt antiqui alii de causa terremotus improbans eorum dicta.

xvi. assignat veram causam terremotus qui est motus spiritus inclusi in terram.

xvii. causam predictam confirmat quibusdam signis repertis circa terram.

xviii. confirmat eandem ex signis eorum que fiunt in alto.

xix. confirmat causam diuturnitatis brevitatis sonitus particularitatis et raritatis terremotus.

xx. assignat causam tonitrui et coruscationis et quare coruscatio prius sentitur terremotu quamvis sit posterior.

xxi. improbat opiniones aliorum de coruscatione et tonitruo concludens veritatem.

Capitula tertii libri.

Primum determinat de causis ono phoc tiphonis incensionis et fulminis.

ii. premittit accidentia et passiones circa halo yridem parallellos et virgas.

iii. supponit quedam ad cognoscendum causas predictorum.

iiii. reddit causas halo et accidentium eius.

v. declarat modum et causam generationis yridis.

vi. manifestat differentias yridis et halo quantum ad colores et quare yris non fiat circa solem sed ex opposito.

vii. ostendit causam diversitatis colorum yridis per ea que apparent circa colores diversos.

viii. quare quartus color .s. citrinus apparet in yride.

ix. quare exterior ignis maior est quam interior et quare habet obscuriores colores ac positione oppositos.

x. proposito quod iris non potest fieri perfecte circularis nec maior semicirculo et quod sole existente in oriente vel occidente est semicircularis existente autem supra alterum ipsorum est minor semicirculo et adhuc minor ipso existente in meridie supponit quasdam suppositiones ad hec probanda.

xi. probat quod circulus descriptus aliena existente a polo ad emisperium attingit omnia puncta angulorum omnium triangulorum etc.

xii. probat quod sole existente super oriente vel occidente yris erit minor semicirculo super emisperio et adhuc minor ipso existente in meridie.

xiii. quod causa parallellorum et virgarum est refractio licet alio modo quam yris et halo.

xiiii. de accidentibus circa parallellos et virgas quantum ad locum in quo generantur.

xv. de quibusdam generatis infra terram ex duplici exalatione.

Incipiunt capitula quarti libri.

Primum manifestat quod quattuor qualitatum calidum et frigidum sunt activa humidum et siccum passiva.

ii. que sit simplex generatio facta a predictis qualitatibus cui putrefactio opponitur sicut corruptio eius.

iii. determinat de digestione quam causant ex dictis qualitatibus et que sunt species utriusque.

iiij. quid est pepansis que est pͥma species digestionis et quid omotbes prima species indigestionis.

v. quid epsesis et molinsis secūde species earumdem.

vj. quid othesis et statensis tertie species earumdem.

vij. que sunt species eorum que causantur a qualitatibus passiuis. scilicet humido et sicco.

viij. de causa coagulationis premittēns quid desiccatione et humectatione.

ix. que coagulantur et liquefiunt cuiusmodi sint nature et aqua virtute et q̄ modo hec fiant.

x. de ingrossatione in comparatione ad coagulationē.

xj. quare quedam coagulata sunt solubilia et quedam non mollificabilia quedam non.

xij. quod corpora phisica cōstant ex qualitatibus actiuis et passiuis differentia tamen alijs qualitatibus.

xiij. ostendit passiones que scd̄m potentiam et impotentiam dicuntur de corporibus et prosequitur de coagulabili.

xiiij. determinat de mollificabili et immollificabili infrangibili et eorum oppositis.

xv. que sunt et que non sunt flexibilia cōminuibilia impressibilia et formabilia

xvj. que capibilia trahibilia ductibilia et que non.

xvij. que scissibilia termīabilia cōmasabilia et que non.

xviij. que bustibilia et exalabilia et que non.

xix. determinat de exalationibus et q̄liter se habent ad liquabilia et que causa inflamationis.

xx. recolligit superius dicta de coagulatione et qualiter quedam elementa predominantur in mixtis.

xxj. quare caliditas vel frigiditas sunt in corporibus compositis ex predominio terre vel aque vel vtriusq3.

xxij. manifestat numerum corporum mixtorum per causam formalem que ordinantur ad opus.

Incipiunt capitula primi libri.

Capitulu3 primū enumerat ea de quibus in precedentibus libris actum est et de quibus in presenti est intentio.

ij. premittit quedam neccessaria ad intentum.

iij. querit quasdam questiones de elementis neccessarijs ad intentum.

iiij. inuestigat ordine elementorum respectu corporis primi ⁊ quare nubes non generantur in suppremo loco aeris.

v. vnde generetur color in aere ⁊ vnde ꝙ superiora non sunt colida.

vj. causam generationis impressionum que generantur in aere inquirit. scilicet flammationes siderum discurrentium.

vij. quare talia sidera ad inferiora feruntur magis lateraliter ꝙ̄ diametraliter.

viij. inquirit causam quarūdam impressionum apparentiū de nocte ut sunt hyatus ⁊ sanguinei colores.

ix. recitat opiniones aliorum de cometis.

x. improbat eas per ea que apparent in ipsis.

xj. determinat causam cometarum ⁊ quare aliquādo apparent aliquādo sub aliquo ostro ⁊ quare videntur ignee nosture ⁊ quo tempore plures fient.

xij. recitat opiniones antiquorum circa causas galaxie ⁊ improbat eas.

xiij. determinat veritatem de causa materiali ⁊ efficienti eiusdem diffiniens hunc circulum scdm similitudinem.

xiiij. determinat quedam generalia circa causam efficientē ⁊ materiale3 pluuie roris niuis pruine.

xv. assignat differentias spāles effectuum quia causantur ex vapore secundū diuersa tempora ⁊ loca.

xvj. determinat differentiam ⁊ cōuenientiam locorum materie pluuie ⁊ grādinis ⁊ similium.

xvij. determinat de gn̄one grandinis quatū ad tempus ⁊ locum ⁊ causam.

xviij. determinat veritatem de eade3 quantum ad locum ⁊ causam.

xix. improbat quedā dicta aliorum de fluuijs ⁊ ventis.

xx. improbat quamda3 opinionem de generatione fluuiorum oñs eos generari ex resolutione vaporū in aquam infra terram.

xxj. ostendit ꝙ fluuij non generantur ex locis concauis continentibus aqua3 ⁊ ꝙ fontes generontur sub mōtibus.

xxij. determinat de varietate partium terre quare quedam prius a quosa postea funt arida ⁊ econuerso.

xxiij. ostendit causam abilitatis ⁊ inabilitatis terrarum ⁊ quare trasmutatio ipsarum lateat nos.

xxiiij. excludit falsam causam permutationis predicte ⁊ assignat veram ex qua ostendit diuturnitatem fluuiorum.

Incipiunt capitula secundi libri.

Primū adducit opinionem aliorum circa causam salsedinis maris.

ij. improbat opinione3 dicentium mare causari ex fontibus interseriens causā fluxus moris in determinatis locis.

iij. ostendit quis sit naturalis locus maris.

iiij. quare mare nō videtur crescere improbans opinionem platonis de continuatione fluuiorum cum mari.

v. destruit opinione3 quorūdam de generatione maris.

vj. improbat opinione3 quorūdam de causa salsedinis maris.

vij. assignat veram causam eiusdem.

viij. confirmat causam predictam pluribus exemplis.

ix. inuestigat causam gn̄onis ventoꝝ.

Incipit primus meteororum.

De primis quidē igitur causis nature ꝛ c. Nunus libri titulus meteoroꝝ eius intentus potest esse triplex. primus ut dicatur meteoroꝝ .i. liber de cōsideratione eoꝝ que sunt generata supra nos. a metha .ꝙ est terminus vel trans ꝛ theoꝝ ꝙ est contēplatio. Secundus ut dicatur liber de his que naturā accipiunt. a metha qđ est. de. ꝛ theoꝝ qđ est videre Tertius ut dicatur meteoroꝝ idest de his q̄ generātur in alto a meteoros qđ est eleuatio vel excelsum.

Unus libri primū caplm enumerat ea de quibus actū est in precedentibus libris. subiungēs de quibus est intētio in hoc libro. De ꝑmis ꝑncipijs nature. ꝛ vniuersali de motu ī libro pħicoꝝ de motu superiorum corpoꝝ ꝛ ornatu astroꝝ. ꝛ quot sunt elemēta prima corpoꝝ ī libro de celo ꝛ mūdo. ꝛ de permutatione corpoꝝ adinuicē ꝛ de gn̄one ꝛ corruptione in libro de gn̄one dictū est. Relinquitur autē quedā pars considerāda q̄z oēs priores vocāt meteorologiā .i. sermonē aut passionē generatoꝝ in excelsū. hec autē sunt accidētia q̄ contingūt scđm naturā circa locū ꝓpinquū corpori superiori. i. circulus lacte9 cōmete. ignita. ꝛ similes impressiones. similiter passioēs communes aeri ꝛ aque. ut imbres ꝛ huiusmodi. adhuc partes terre ꝛ sp̄es eius. sicut cauernosum ꝛ passiones partiū ut sulphura ꝛ huiusmodi. De spiritibus autē ꝛ etiaz terremotibus ꝛ de oībus sequētibus hoꝝ motus cōsiderabimus. causas de fulminuz etiā casu. typhonibus incēsionibus q̄ accidunt ꝓpter coagulationē corpoꝝ spere declarabimus. Et per hec oīum assignabimus causas aliquas de aīalibus ꝛ plantis vtrum sit sic finis eorum que intendimus circa naturalia pertractare.

Caplm. ij. quod sic incipit. Sic igitur incipientes de ipsis ꝛ c. Premittit q̄dam tam de corporibus circulariter motis: ꝙ de corporibus motis scđz rectū ꝛ etiam de compositio necessaria ad principale intentum.

Eterminatū est prius de natura primi corporis circulariter lati ꝛ de quattuor elemētis quoꝝ duplex est motus: a medio ꝛ ad mediū. ꝛ hoꝝ quattuor ignis supereminet oībus terra autē substat aer ꝓpinquior est igni. aqua vero terre. ex his corporibus cōstat mundus qui est circa terrā de quo dicemus passiones contingentes. Hic autē mundus ex necessitate cōtinuatur superioribus corporibus: ut inde virtus eius gubernetur. q2 inde est ꝑncipium motus eius. ꝛ motus est perpetuus ad quē oportet reduci motū elemētoꝝ. qui finitus est. q2 finitis distant locis abinuicē accidentia igitur circa elementa oportet computare inter causas materiales. q2 sunt ad modū subiecti patientis. motū autē superioꝝ corpoꝝ ut causā efficiētē ponēdū.

Caplm. iij. quod sic incipit. Uiuereres autem eas ꝛ c. Querit quasdam questiones de elementis necessarias ad sequentia ꝛ soluit eas.

Dintelligēdā apparētiā quarūdā impssionū q̄ fiūt in supiori regione ut est circul9 lacte9 comete ꝛ his similia resumam9 quasdā pōnes pores circa. iiij. elēta. q̄ dicimus fieri ex inuicē. ꝛ vnū eē in potētia. sic aliud ex q̄ fit ꝛ in q̄ resoluit aliud. Primo aūt dubitat de aere ꝙ naturā hēat in mūdo: cū sit ambiēs terrā. et q̄ ordine se hēat ad alia elēta. Molle terre minorē esse corporib9 ambiētib9 eā. patz ex hoc ꝙ per astrologiā probatū est eā minorē eē quibusdā astris. Aque aūt naturā circūstantē inseparatā a terra nō videm9: cū sit tota ī mari fluminib9 ꝛ fōtib9 collocata. Inter mediū aūt terre ꝛ astroꝝ vnū corpus vel plura. q2 locus astroꝝ plenus est totus

quodā corpore q̄nto. ut etiā dixerūt antiqui appellātes ipm etherē. q̄nis anax. putauit ipm esse ignee nature appellās ipm nichilominus ethera i hoc recte dicēs. hoc ei noīe intimare voluerūt antiq illud corpus semꝑ motū ⁊ aliqd diuinū exn̄s tanq̄ aliud ab his q̄ sunt apud nos. credēdū est eī easdē opiones īfinities reiteratas in hominib9. Qui cūq3 putāt corpus ambiēs eē ignē puꝝ: dicūt ꝙ inter mediū terre ⁊ astroꝝ est plenū aere. sed si cōsideremus dicta i astrologia: videbit̄ hec opio puerilis. q2 superiora corpora maxime sunt magnitudīs ut ibi probat̄: licet modica nr̄o aspectu. Si igit̄ tota supior substātia plena est igne ex quo cōstant corpora celestia: iā olim adnichilatū eēt vnū quodq3 elm̄toꝝ ab eo. Preterea si inter mediū celi ⁊ terre plenū est aere vel etiā aere ⁊ igne: multū excederūt alia duo elm̄ta. terra ei in qua cōtenta ē ols3 aqua parua q̄ntitas est respectu ambiētis. videmus aūt cū ex aqua fiat aer ⁊ ex aere ignis: nō tantū excedere aerē factū ex aqua ipam vel ignē ipm aerē ex quo factū est: q̄ntū excedit spaciū ābiēs terrā ipam. necē est aūt eādē hr̄e ꝓportionē elm̄ta adinuicē q̄m hēt parua pars vni9 ad q̄ntitatē alterius factā ex ipa. Si aūt supponat̄ elm̄ta nō fieri exinuicē: nichil differt. q2 oportet ꝓportionari virtutes ipoꝝ adinuicē. ⁊ per cōsequēs magnitudines.

Capl̄m. iij. qd̄ sic incipit. Reliquū autē perscrutātes ⁊c̄. Inuestigās ordinē elementoꝝ respectu corporis primi. ⁊ querēs ꝑpter quā causam nubes nō generantur in superiori loco aeris determinat vtriusq3 veritatem.

Rescrutātes quomodo aer ⁊ ignis ordinata sūt respectu p̄mi corporis ⁊ ꝑpter quā cāusā caliditas fit a supioribus i inferiora: q̄ramus p̄us quare nō cōstant nubes in supiori loco aeris. cū ex aere posset fieri aqua ⁊ ecōuerso. Videt̄ ei ibi deteriate magis gn̄are nubes. q2 locus ille frigidior est. nā nec sic est prope astra: ut eoꝝ virtute calefiat. nec sic est ꝓpe terrā ut a refratione radioꝝ facta a terra caliditas possit disgregare vapores. fiūt ei cōgregatiōēs nubiū ubi refracti radij desinūt hr̄e virtutē. q2 spergūtur abinuicē procul. vr̄ igitur aut nō ex oīm aere aquā posse fieri: aut illō qd̄ est ꝓpe terrā nō est aer purus. s3 vapor est aqueus. at vero si totus aer est vapor: natura aeris ⁊ aque multū excedit in q̄ntitate alia elm̄ta. nā superior regio nō pōt eē plena igne. q2 cōsumeret oīa alia. relinquitur ergo ꝙ sit plena aere. et ꝙ circa terrā sit aq̄ vapor eīm est aqua disgregata. de his sic dubitatū est. Determinātes veritatē predictoꝝ dicimus: ꝙ locus sursū usq3 ad lunā plenus est corpore diuerso ab aere ⁊ igne i quo hoc quidē purius: hoc autē minus sinceruz est. ⁊ habet drīas quibus differt ab aere ⁊ ab his partibus mundi q̄ sunt circa terrā. Oportet autē intelligere ad predicta ꝙ corpus exn̄s sub celo est quasi quedā materia exn̄s potēna calida frigida ⁊ humida sicca. celo igitur moto circulariter qd̄ ꝓpinquū est ei de ꝓpinquo corpore moto disgregatum accenditur ⁊ calefit. exn̄s autē remotū ab eo ut circa mediū ⁊ in medio frigidissimū est ⁊ grauissimū ut terra. ⁊ aqua. post que est aer. ⁊ illud elementū qd̄ cōsueuimus vocare ignem: licet proprie non sit ignis quia purus ignis est excessus calidi. et veluti feruor. sed ille quē vocamus aerē in parte propinqua terre est humidus ⁊ calidus ꝑpt̄ euaporationē terre. ⁊ ideo vocat̄ vapor. cuius natura exn̄s calida ⁊ huida est in pō ad aquā. in parte vero supiori ē calidus ⁊ siccus. ⁊ dicit̄ exalatio q̄ est in pō ad ignē. Ex his patet quare in superiori parte aeris nō generātur nubes ibi eīm nō est aer purus: sed magis exalatio q̄ est quasi ignis. ibidē etiā ꝑpt̄ ꝓpinquitatē ad corpus motū semꝑ circulariter prohibetur consistentia ⁊ agregatio vaporum. quia neccessariū est aerē circumuolui ad motum celi usq3 ad certum spacium propinquum terre. Et ideo in locis concauis terre fit generatio ventoruz magisq̄ in alto. vnde ⁊ venti magis causantur

ꝙ in alto. Unde ꝛ vēti nō excedunt mōtes altos. q2 aer soperius exñs fluit ad motus superioris corporis ꝛ nō permittit ibidē ventos generari. fit ergo hic ordo. ignis mouetur ad motū celi. ꝛ q2 ei cōtinuus est aer: mouetur cum illo. ꝛ prohibetur ex motu cōgregari in aquā. si autē aliqua pars eius alterata fit grauis calido exalante ab ea sursum lato: deorsū fertur in cuius locum succedit pars alia sursum lata. ꝛ sic continue perseuerat aer in aliqua parte spacij circumdantis terram. ꝛ in alia superiori ignis. nō idem mouetur sed alius ꝛ alius.

Capl'z. v. qd sic incipit. De facta autē qualiditate ꝛ c̄. Declarat vnde gn̄etur calor in aere ꝛ ꝙ sol vel corpora superiora nō habent caliditatem.

E caliditate quā facit sol in medio terre ꝛ celi ꝛ ꝙuis in his q̄ de sensu cōueniēter tractetur. q2 calidū est passio sensus: tamē nunc dicēdum est ꝓpter quam causā generatur calor in inferioribus. ubi p̄mo supponatur ꝙ motus potest disgregare aerē ꝛ ignire. latio ergo solis velox exñs sufficiēs causa est calefaciēdi aerē motus eīm fixoꝝ astroꝝ velox est ꝛ longe. lune vero tardus ꝛ ꝓpinquus. sol habet autē motū velocē ꝛ sufficiēter ꝓpinquū sicut ergo corpora velociter lata et solida disgregāt ꝛ calefaciunt aerem sibi propinquū: ita latio solis calefacit aerē ꝓpter velocitatē. Ignis etiā ambiens aerē frequēter spergitur per ipm ꝛ violēter fertur deorsū calefaciēdo aerem. Locus autē sursū ubi sunt astra nō est calidus nec ignitus. cuius signuz est q2 nō fiunt tales impressiones quales fiunt deorsum. Et iterum sol qui maxime videtur calidus esse: apparet non igneus: sed albus.

Capl'm. vj. qd sic incipit. His autē determinatis ꝛ c̄. Inquirit causam generationis quarūdam impressionū que generātur in superiori parte aeris. ut sūt flame. discurrentia. sidera. dalr. eges ꝛ titōnes.

D st superius determinata: inquirēda est causa gn̄onis aliquoꝝ que apparēt in alto. Ubi p̄mo sciendū est: ꝙ calefacta terra a sole: duplex exalatio cōsurgit ex ea. quaꝝ vna est calida ꝛ humida alia calida ꝛ sicca supereminēs precedenti. quia calidior ꝛ siccior. Hoc eīm modo supereminet ignis aeri in ordine vniuersi: quia calidus est ꝛ siccus. Oportet eīm quod est supremū in elementis aproping̃ns sphere inferiori intelligere velut ypercauma. i. super calidū vel calidū in alto quod natuz est igniri vel inflamari modico motu. sicut fumuz. est eīm flama ardor spiritus sicci. Exalatio ergo sicca calida nata est inflamari a motu circulari. Ita ꝙ si habeat latitudinē ꝛ longitudinē ignitā in multis locis. videbitur flama succēsa. Si autez longitudo eius succensa scintillet ꝓpter modicā ignitionem in principio tamen succēdise. paulatim egreditur vocabitur eges. i. capra. Quando autem sine scintillatione vocabitur dalus. i. ticio. quando vero exalatio per partes dispersas succēditur siue scdz lōgitudinē siue profūditatē: videbūtur sidera discurrētia. Que aliqn̄o gn̄antur ex motu circulari. aliqn̄o extruduntur a frigore exñte in aere qd segregat calidum ꝛ ad interiora propellit. vnde latio ipsorum assimilatur proiectioni.

Capl'm. vij. quod sic incipit. Dubitabit utiqz quis ꝛ c̄. Querit causam discursus talium sideꝝ ad inferiora ꝛ propter quid magis feruntur lateraliter ꝙ diametraliter ꝛ que causa materialis ꝛ que mouens ꝛ quis locus ipsorum.

Ubitatur utrum ignitio talis exalationis fiat per hoc ꝙ superius velociter sucendit ipsam. sicut superior lucerna inferiorem: aut quia ab aliquo incensio segregatur ꝛ expelluntur partes que vidētur discurrere. Ad qd dicēdū ꝙ ꝑ ambas causas pōt esse inflamatio predictoꝝ. s. q2 mot9 circlāris inflat exa-

lationē existem superius modis predictis. z qꝛ talis eim exalatio inflamata violenter propellitur vel cōiunctim vel diuisim. ꝓpter quod nocte existē serenitate videntur quedam inflamata cadere in terrā z in mare. per diē videtur etiam existe serenitate. deorsum autē propelluntur huiusmodi ꝓpter coagulationē frigidi propellentis calidū inferius. qđ tamē est natum ferri sursum scđm naturā sicut fulmina segregata virtute frigidi expellentis cadunt deorsum. Quecūqꝫ igitur de predictis in suppremo loco generātur sunt incensa exalatione. que autē inferius deorsum propelluntur ab humido cōgregato z propellente. quod quidē condēpsatū est ꝓpter infrātionē humide exalationis. Feruntur autē tales incensiones diuersimode scđm diuersā dispōnem z situm exalationis intense ut plurimū autē deorsū ad latus siue oblique feruntur ꝓpter duos motus qui sunt in eis. nam violentia impellentis mouet deorsū qꝛ vero calida sunt diametraliter feruntur sursum. ꝓpter quod discurrentium siderum latio ut plurimū fit obliqua. Causa autē materialis horum exalatio est. causa autem mouēs aliquando latio circularis aliquando coagulatio aeris condēpsati. Omnia autē hec sub luna fiunt. cuius signum est qꝛ motus eorum assimilātur hisqui proiiciuntur velociter in tantum ꝙ videntur velocius moueri ꝙ̄ astra z sol z luna.

Capitm. viij. quod sic incipit. Apparent autem aliquando nocte zc̄. Querit causam quarūdam impressionum apparentium de nocte in alto. ut sunt hiatus voragines z sanguinei colores.

Apparent autē aliquādo nocte serenitate existe multa fantasmata ī aere ut hiatus z bothini z sanguinei colores. Causa vero istoꝝ est eadem nam cōueniēs zc̄. Cōueniens est ut ignita exalatione in alto: aer inferius exīs ingrossatus z constās coloratur multis coloribus. Nam paruū lumē trāsparens per medium spissum facit multos colores: aere suscipiente tarefactionē. maxime autē puniceū aut purpureū que ex nigro z albo mixti apparent. ut patet in astris orientibus z occidentibus: quando est canicia aut vapores. tunc enī apparent punicea z maxime cum refractio facta in medio tanꝙ̄ in speculo nō facit figurā: sed colorem. Causa autē quare predicta paruo tēpore durant: est velocitas siue debilitas talis impressionis. quando igitur obscura z nigra exalatione lumē prorumpit: apparet quedā profunditas que dicitur hyatus z si sit magis contractū z condēpsum: dicitur vorago. aliquādo autem lumē prorumpēs condēpso z spisso excidi videntur dali sive titiones. nec incongrue fiunt tales apparentie: qꝛ album in nigro multas facit varietates ut flāma in fumo.

Prohibentur autem predicta apparere de die propter lumē solis. de nocte etiaz propter similitudinez obscuritatis nō apparet nisi color puniceus. has igitur oportet existere causas predictarum apparitionum.

Capitm. ix. qđ sic incipit De cometis autē z vocato lacte zc̄. Inuestigat secūdum opinionē aliorum causa ꝓpter quā fiunt comete.

Causā cometaꝝ anax. z democrit9 dicūt esse cōcursū stellaꝝ errātium: quō ad inuicē apropinquātes sic se tāgunt ut faciāt simfasim. i. simul apparitionē. pictagoꝛ. autē dicit cometā esse aliquā de planetis. cui9 apparitio nō semꝑ fit: sꝫ post multū tp̄s. s. quō recedit a sole. z hoc potissimū accidit circa stellā mercurij. q̄ modicū a sole recedit. ita ut per longū tp̄s nō appareat. post modū vero apparet pauco tp̄ore. ypocras aūt. z eschilus ei9 discipl's idē dicūt cū picta. sꝫ tamē comā comete dīt eē nō ex ipo planeta: sꝫ ipam appere refracto nr̄o visui ab hūore qui trahī a planeta ad solē. Causa aūt ꝓpᷣ quā post multū tp̄s planeta apparet ista est. s. qꝛ tardissimo tp̄re recedit

ã sole. s. postq̃ cõpleuit totum circulum ⁊ scd̃m longitudinẽ ⁊ scd̃m latitudinem, decli nans a sole vel ad articum vel antarticum vel ad austrum. ¶ In medio autẽ tropicorum nõ apparet cometa. q: sol trãsiens per loca illa consumit humiditatẽ. itaq3 nõ potest trahi humor a planeta ad solẽ. sed quando planeta fertur ad austrum inuenit quidẽ tales humiditates. sed ꝓpter tam paruã decisionẽ circuli existẽs super terrã ⁊ elõgationem nr̃i visus: nõ apparet planeta. siue sol existat tropico hiemali ꝓpinquius siue estiuali. q̃ndo vero planeta fuerit ad partes boreales: accipit comã ꝓpter copiam humiditatis. ⁊ apparere potest propter magnitudinem periferie existẽtis super orientem: cum subtus terra sit parua pars circuli totius celi.

Capl̃m. x. quod sic incipit. ¶ Primo quidẽ dicentibus ⁊c̃. Improbat opiniones predictas per ea que apparent circa diuersitatem.

Dicere quidẽ cometã esse aliquã stellam erraticaꝫ falsum est primo. ꝓm̃o quia om̃s errãtes ferũtur in circulo zodiaci extra quẽ multi comete visi sũt. ¶ Preterea interdum multi comete simul apparent. ¶ Preterea si per refractionẽ planete ad solem cõiunctam habet fieri comã deficiente refractione illa: apparet cometa sine coma. nunq̃ autẽ planeta apparens sine coma dicitur cometa. interduꝫ et quinq3 planete simul apparent super emisperio nr̃o quoꝝ nullum dicitur cometa. ¶ Preterea quibusdã planetis apparentibus preter utrosq3 simul apparẽt quidã comete. ¶ Preterea nõ est verum q̄ solum ad articũ fiat cometa ut dicit ypocras. nam sole existẽte circa tropicos estiuales: apparuit magnus cometes circa terremotũ achaye in parte occidentali circa lineã equinocialem. ad austrũ. ⁊ iam facti sunt comete. ¶ Preterea sub principe atheniensiũ melone apparuit cometes mense gamelione. i. ianuario sole existẽte circa tropicos hyemales. ¶ Preterea concursus vel contractus planetarum ad solem: nõ est causa vniuersalis habendi comã. q: quedã stelle nõ erratice interdum habent comã sicut dicunt egiptij. ⁊ nos vidimus stellam iuxta femora canis habentẽ comã. que bene intente videntibus apparebat debilis: sed superficialiter intuentibus apparet habere plus luminis. ¶ Preterea om̃s comete qui apud nos visi sunt disparuerunt nõ occidendo sed super oriente paulatim. ita q̄ nichil omnino relinqueretur de corpore eorum vnde magna stella prius diximus prius apparuit in hyeme ad vespere. Ita q̄ prima die occidendo ante solem disparuit. sequenti autẽ paruꝫ apparuit in occidente ⁊ statim occubuit. reliquit etiam lumẽ in emisperio nr̃o usq3 ad terciam partẽ celi. ꝓpter quod vocata fuit via. demũ ascendit usq3 ad zonam orionis. q̄d est signum septentrionale ⁊ ibi dissoluta fuit. ¶ Quod autẽ democritus ad confirmationẽ sue opinionis dicit quasdã stellas aliquãdo apparuisse dissolutis cometis: q: cometa est coniunctio planetarũ: nõ videtur. q: opporteret hoc semper contingere: si predicta coniunctio esset cometa q̄d nõ vidimus. ¶ Preterea astrologi egiptij dicũt planetas cõiungi adinuicem ⁊ etiam cum alijs stellis. ⁊ nos ipsi vidimus stellam iouis subeuntem signum geminorum. tamen non fecit cometam q̃q̃ fecerit disparere aliquas stellas. ¶ Preterea stelle q̃uis maiores ⁊ minores appareant. tamẽ quelibet per se videtur indiuisibilis. Sic igitur si essent indiuisibiles: non videbuntur maiores coniuncte. cometa autem maior apparet q̃ multe stellarũ ⁊ videtur diuisibilis. ¶ False igitur sunt cause predicte de ipsis.

Capl̃m. xj. quod sic incipit. Qm̃ autẽ de imanifestis scd̃m sensum ⁊c̃. Determinat causã cometaꝝ ostendẽs q̄ aliq̃ndo per se apparẽt aliq̃n sub aliquo astroꝝ ⁊ quare ignee videntur nature ⁊ quo tp̃re plures fiant comete.

Ex his que sunt manifesta sensui debet iudicari sufficiens ratio si ex apparentibus reddatur causa possibilis que saluet esse eorum. Supponatur igitur primã partem corporis existẽtis infra circulum lune esse exalationẽ calidã & sic eam que cum aere sibi supposito usq; ad certum terminũ prope terrã circulariter mouetur sub spera quĩti corporis & hec bene disabilis exñs sepe ignitur tali motu propter quod diximus fieri sidera discurrentia. Quando igitur talis exalatio condẽpsata fuerit & per superiorẽ motum ignita nõ tam vehementer ut statim exuratur nec sic debiliter ut cito extingatur sed multũ duret cum hoc accidat bene dispositã exalationem sursum ascendentẽ eidem cõiungi tunc hoc bene fit cometa figura tamẽ quã habet exalatio sic incensa si enim uniformiter se habeat ad oẽm partẽ: sic dicitur cometes. si autẽ secundũ longitudinẽ sic ignita: vocatur pagonias .i. barbata. Talis ergo exalatio manens inflammata & circulariter mota: similatur lationi stelle. sicut enim isto vel modicuꝫ ignis posito in multitudine palearũ longã faciunt intensionẽ: ita ignitio facta in exalatione bene dispositã per caliditatẽ & siccitatẽ succendit eam in longũ. ꝙ si permanet in exalatione multũ condẽpsata: erit ibi assignare principiũ quod tale videbitur ferri & finem interminautẽ motũ eius. tale autẽ dicitur cometa quasi sidus discurrens habẽs terminũ & principiũ. quando igitur hoc fiet in inferiori loco: apparebit cometes per se quando autẽ sub aliquo astrorũ: tunc erit cometes astrũ cum exalatione: nõ quidẽ ꝙ exalatio tanꝙ coma cõiungatur astro: sed quia apparet concomitari ipm. quẽadmodum halo apparet circa solem & lunã aere condẽpsato & reuerberatione facta in ipso radiorum solis vel lune. quia aer nõ cõiungitur eis sed sequitur motum ipsorũ. sic hic & coma se habet ad astra hoc saluo ꝙ in coma nõ est refractio radiorũ sed incensio calidi colorãtis ipm. Quando etiam hoc fit sub aliqua stella eodem motu videtur moueri cometes & stella. quando autem per se fiunt tardius est motus aeris inferioris. & ex hoc apparet cometam nõ esse quãdam refractionem ad solem sicut dicit ypocras. quia sepius fit per se cometes ꝙ circa aliquã stellarum. Consistentiam autem eius esse igneaꝫ oportet putare propter hoc ꝙ spiritus ille siccus est. euaporante humido a multitudine exalationis calide. de quo postea manifestius dicemus. apparentibus autem multis & crebris cometis anni sunt notabiliter sicci & spumosi. quando autem rari & parui apparent non tales sunt anni. ut plurimi autem sunt excessus spirituum & exalationũ vel quia frequenter vel quia magnitudinem habeant. Signum autem ꝙ temporibus magnorum vel multorum ventorum fiant comete: accipitur ex his que contigerũt prius nam lapis quidaꝫ in egis fluuiis cecidit eleuatus de die a spiritu in aerem quo tempore factus est cometes ad vesperaꝫ quando etiam apparuit magna stella coma sicca erat hyems & borealis. quo tempore fuit cõcursus duorum ventorum ita ꝙ in fluuio boreas obtinuit extra autem flabat magnus auster sub principe anteꝫ incbomato apparuit cometes circa equinotialeꝫ qui non oriebatur in vespera quo tempore flauit ventus quia est circa coritum. Quare autem & multi & sepe comete non fiunt et magis extra tropicos: causa est motus astrorum & solis disgregantis exalationes. Et etiam quia ut plurimum congregantur in regione in qua apparet circulus lacteus.

Capitulum .xij. quod sic incipit. Qualiter autem & propter quam causam &c. Inuestigat secundum opiniones antiquorum causas galaxie & improbat eas.

Causas galaxie diuersimode assignāt antiqui quidā eī pictagotici dicunt hāc esse causatā viam a motu quorūdam astroꝝ cadētium. alij vero locū exustum aut passum aliquā passionem a motu solis. qui aliquādo illo circulo latus est. Predicta autē causa nō potest assignari galaxie q2 oporteret circulū zodiaci magis habere de lacteo colore ꝙ̄ habeat circulus galaxie. cum in zodiaco feratur sol et oīs planete. manifestū est autē ꝙ mediū zodiaci nō patitur talem passionē nisi ī parte eius que copulatur ad circulum lacteū. Anaxa. ⁊ democritus dicunt ipm esse lumē quorūdam astroꝝ sole existē sub terra lumē astroꝝ que aspiciuntur ab ipō no apparet prohibētibus radijs solis lumē vero astroꝝ que nō aspiciuntur ab eo terra prohibente apparēs dicitur galaxia. Hanc autē esse causam lactis impossibile est oportet eīm ad motum solis nunc aspicientis hanc partē celi nunc illā trāsferri galaxie ⁊ fieri nunc in istis nunc in illis stellis. qđ falsum est cum semꝑ appareat in eisdē. Preterea sicut per astrologiā probatur ꝙ sol maior est ꝙ̄ terra ⁊ astra plus distāt a terra ꝙ̄ sol ideo conus umbre terre nō multū fit a terra ita ꝙ nō multū extēdit usqȝ ad astra ꝫ necesse est solē oīa astra aspicere. Tertia autē opinio est dicētium illā esse reflexionem nři visus ad solē sicut ⁊ stellam cometā. Hoc autē impossibile est quiescēte vidente in speculo ⁊ ꝙ in ipso videatur: semꝑ in eadē parte speculi apparebit emphasis. i. exagitatio aut representatio siue refulgētia. Si autē moueatur speculū ⁊ res visa distantes ad inuicē inequaliter ⁊ nō permanētes in eadē distātia inter se: licet habeāt eādem distantiā ad videntē qui quiescit: impossibile est fieri ephasim in eadē parte speculi. cum igitur ī circulo lacteo astra moueātur ⁊ etiā sol. ad quē est refractio equaliter distent ambo a nobis quiescētibus inter se autē inequaliter. qđ patet ex hoc ꝙ delphinus aliquādo oritur medijs noctibus aliquando diluculo. sed si galaxia esset refractio solis ad nřm visum per respectū ad stellas nō fieret semꝑ in eisdem locis hec passio. fit autē semꝑ in eisdem. Preterea in nocte apparet lactam in speculis ꝙ̄ in aqua. nō potest autē tunc dici visum nřm refrangi ad solem. Galaxia autē nec est via alicuius planete nec lumē astrorum nec resplendor a sole nec refractio visus.

Caplm. xiij. quod sic incipit. Nos dicamus autem resumentes ⁊ c̄. Determinat veritatem de causa materiali ⁊ efficienti galaxie. diffinēs eam quid est scdm quādam similitudinem.

Esumpto autem principio prius dicto. s. ꝙ extremum aeris quod est potētia ignis motu disgregatū igitur. ita ꝙ aliquando ex ipō fit cometa ⁊ stella. dicamus similē passionē fieri: si ab aliquo astroꝝ fixoꝝ vel errātium facta fuerit similis segregatio. tunc eīm astrum illud cuius lationem sequitur talis exalatio: dicitur cometes. hoc eīm modo halo sequitur motuȝ solis. condēpsato aere ⁊ dispositio ad refractionem fiendā nec nō exequente latione solis. ꝙ itaqȝ fit ab vno astro: hoc rationabile oportet opinari fieri a toto celo. ⁊ a quolibet astrorum. Si eīm motus vnius attrahit exaltionem: ⁊ motus oīm maxime autem fit talis atractio ab illo loco in quo est creberrima multitudo maximoꝝ astroꝝ. In zodiaco autē impeditur consistentia exalationis atracte a latione solis ⁊ planetarum dissoluente eam: ⁊ ideo comete ut plurimū fiunt extra tropicos. nec fit ad solē vel lunā coma. citius eīm disgregant exalationem ꝙ̄ fiat talis condēpsatio. Circulus autem in quo apparet lac: maximus est et multum. excedens tropicos. ⁊ plenus maximis astris ⁊ fulgidissimis anotatis sporadicis. Sicut patet per visum. ideo continue ad ipsum segregatur exalatio habens

cõsistentiã. Cuius signũ est ꝙ in altera semicirculo eius habente plura ꝛ crebiora astra duplũ est de tali refulgẽtia in qua sunt plura astra. ꝛ quia magis apparet in illa parte eiusdem circuli in qua spissa multa ꝛ magna sunt astra: rõnabiliter existimãt esse cõuenientissimã causam huius passionis veritas autẽ magnitudinis huiusmodi circuli ꝛ multitudinis astroꝝ patet inmẽtibus. Predicta autẽ astra nõ habent determinatũ situm in spera per modũ recte linee fixctis in media circuli predicti cuius astra sunt plurima. qḋ nõ contingit in alijs circulis. Si erga accipiamus causam superius dictã de apparentia cometaꝝ: cõtingit hãc existimare causã galaxie illud eĩ qḋ circa vnũ astrum est causa come: circa totũ hunc circulũ est causa lactis. Ut sic diffiniamus ipm. lac est coma maximi circuli ꝑpter segregationẽ come. ex quo apparet veritas dicti superius. ꝙ nõ sepe fiunt comete. quia continue ad hunc circulũ segregantur ꝛ attrahuntur exalationes predicte. dictũ est itaqꝫ de motu superioꝝ circa terrã et de discursu astroꝝ de inflamationibus cometis de vacata lacte.

Capitulum. xiiij. quod sic incipit. De loca autez positione secunda ꝛ c. Determinat quedam generalia circa efficientem ꝛ materialez causam pluuie roris niuis ꝛ pruine.

Post superiorẽ locum aeris in quo predicta gñantur: est cõsiderãdum aliqḋ de his que gñantur in loco ꝓpinquo terre qui cõmunis est aque ꝛ aeri. horũ eĩm ꝑncipalis ꝛ efficiens causa est circulus in quo est latio solis disgregãtis ꝛ congregãtis. ita ꝙ prope exñs causa est gñonis. longe vero corruptiõis. Terra eĩ quiescente humidũ qḋ est circa ipam euaporãs virtute radioꝝ ꝛ caliditate superioꝝ corporum fertur sursum. Caliditate autẽ que attraxit ipm relinquẽte: qꝛ aliqua pars eius euaporat aliqua vero extinguitur ꝑpter suspendi ipam in aere: sursũ remanet vapor infrigidatus. ꝛ qꝛ calidum derelinquit ꝛ qꝛ locus calidũ extinguit vapor itaqꝫ resoluitur in aquã que iterum fertur ad terrã. Nam exalatio que consurgit ex aqua dicitur vapor. que autẽ ex aere resoluitur in aquã nubes: ꝛ ideo nubes caliginosa magis est signum serenitatis ꝙ pluuie cum sit sterilis. Ista autẽ circulatio qua vapor resoluitur in aquã ꝛ econuersa imitatur circulũ solis. qꝛ sicut sol permutat plagas orizontis: ita et iste imitantur sursum ꝛ deorsũ ꝛ sic oportet hanc successionẽ intelligere velut fluuium fluentẽ circulariter sursũ ꝛ deorsũ communẽ aeri ꝛ aque. nam sole approximãte vapor sursũ attrahitur. elõgato aũt: fertur sursũ. ꝛ hoc indesinẽter fit scḋm ordinẽ successionis. quã forte intelligebãt antiqui dicẽtes occeanum fluere circa terram.

Capl'm. xv. quod sic incipit. Eleuata autem humida ꝛ c. Assignat differentias spãles effectuum que causantur ex predicta vapore scḋm diuersitatem tẽporum ꝛ locorum sicut est ros pluuia nix ꝛ pruina.

E tangibili ⁊ tactu ita ē eadem ratio: ꝙ si tactus nō ē vnus sēsꝰ sed plures: ⁊ tāgibilia sunt plura. Et ideo dubitatur vtrum sit vnus tactus vel plures. secundo quid sit organuʒ sentiendi in tactu scilicet caro in habētibus eam ⁊ aliquid proportionale carni in non habentibus eā. aut hoc non sit organuʒ: sed potius mediuʒ sentiendi ipsuʒ autē organuʒ sit aliquid intrinsecuʒ. Ad primaʒ dubitationē dicenduʒ est ꝙ omnis vnus sensus ē vnius contrarietatis. sicut visus albi et nigri auditus grauis ⁊ accuti gustꝰ amari ⁊ dulcis. et quia tangibiles multe sunt contrarietates sicut calidū frigidum humiduʒ siccum et huiusmodi ⁊ ideo multi sunt tactus. Sʒ contra hoc dicetur quia etiam aliquoruʒ sensibilium plures sunt contrarietates sicut audibilis non solum accumen ⁊ grauitas sed etiam lenitas ⁊ asperitas vocis similiter ⁊ in colore multe sunt contrarietates. Huiusmodi obiectionis solutio est ꝙ contrarietates aliquoruʒ sensibilium reducuntur ad vnum subiectū sicut differentie audibilis ad sonum ⁊ ad vnam primaʒ contrarietatem quod non ē manifestuʒ esse in obiecto tactus. Quantuʒ ad secundaʒ questioneʒ dubitatur vtrum sensitiuuʒ idest instrumētuʒ sentiendi sit numerus vel caro. dicere enim carnem esse huiusmodi instrumentuʒ quia simul cum tactu carnis sit sensus tactus: nullum est signum. nam si circa carnem extendatur aliqua pellis subtilis: statim per ipsum tactum fiet sensus tangendi. et tamen constat ꝙ ipsa non est organuʒ sentiendi. et si esset connaturalis huiusmodi pellis: citius fieret tactus per eam non tamen esset organuʒ tangendi. Caro igitur sic se habet ad tactum: sicut aer se haberet ad alios sensus si esset nobis connaturalis: tūc enim eodem organo videremur sentire sonum colorem ⁊ odoreʒ videremur quia auditus et visus et olphatus essent vnus sensus. sed quia diuersa sunt media per que fiunt predicti motus: manifestum est ꝙ et sensitiua sunt diuersa. in tactu autem non manifestum vtrum sit vnus sensus quia non est manifestum eius medium, non enim a-

et vel aqua possunt esse instrumenta vel medium ipsius cum ex eis non posset consta-
re corpus animatuz eo quia tale oportet esse solidum et firmum: et ideo relinquitur ta
le corpus cōstare mixtione terre ꝛ aeris et aque. siue ipsum sit caro siue aliquid simile
carni. medium igitur tactus est corpus ad natuz idest naturaliter coniunctum tactui ꝙ
mediante sentitur. et ideo necessarium est esse aliquod corpus medium tactui ad na-
tū per quod fiant sensus: cum sint plures scꝫ tangendi. Quod probat tactus qui est
in lingua iste enī secundum eamdem partez sentit omnia tangibilia in quantum tac
tus et humor est. vnde si alia pars carnis ꝙ lingua sentiret differentias humoruz gu
stus: et tactus viderentur idem sensus. nunc autez iudicantur esse duo propter hoc ꝙ
sola lingua sentit humorem. sic et tactus non est vnus sensus sed plures ꝙuis videa-
tur habere vnum corpus tanꝙ subiectum.

Capitulū .xxj. quod sic incipit: dubitabit autem aliquis et cetera. Inuestigat autē
vtrum in tactu sit medium extrinsecum ostendēs hoc mediuz aliter esse respec
tu tactus et aliorum sensuuz. quia omne corpus habet trinam dimensionem
que est profundum et non contingit corpora habentia intermedium corpus
adinuicem se tangere: dubitabitur vtrum inter corpus tangēs et tactum sit ali
ud corpus medium.

Ad quod dicendum ꝙ humiduz et humectatum non est sine corpore. tale enī
vel est aqua vel aqueuz. et ideo que tangunt se in aqua necesse est habere aꝗꝫ
pro medio. quia extrema eorum repleta sunt. nisi sint omnino sicca. et ideo im
possibile est talia immediate se tangere quoruz medium est aqua. eodem autem modo
est in aere. quia similiter se habet ad ea que sunt ipso: sicut aqua ad ea que sunt in ea. li
cet magis lateat nos mediano aeris. Similiter animalia aquatica latet humectum es
se medium se tangentium. Dubitatur autem vtrum omnes sensus eodem modo
vel alio et alio sentiant. quia videtur gustus et tactus sentire sine medio tangendo sē
sibile. alij autem sentiunt longe positum obiectuz. Ad quod dicendum ꝙ eodem
modo scilicet per medium sentiunt omnes sensus. nam duruz et molle ita sentimus
per medium. sicut sonabile et visibile et odorabile. licet hec sentiamus a longe: illa ve
ro de prope propter quam propinquitatez latet medium potius in tangibili ꝙ in alijs
sicut enim dictū est prius si sentiremus tangibilia mediāte pelle ignorando ꝙ hec es-
set media: Ita sentimus mediāte aqua et aere ignorando ꝙ hec sint media tangendi
Quamuis autem sensibilia percipiantur aliquo medio: tamen differt mediū in tan
gibilibus a medio aliorum. nam in alijs ita sentimus sensibilia ꝙ medium mouet ali
qualiter potentiam. tangibilia vero non sentimus mota a medio: sed ab eis simul mo
uetur medium et potentia sicut quis per clypeum percutitur. non ꝙ clypeus percussꝰ
percutiat: sed simul percutitur clypeus et homo.

Capitulū .xxij. quod sic incipit: manifestat ꝙ caro est mediuz tactus inuesti-
gans ꝙ sit organum eius et ostendens ꝙ obiectum ipsius ad opposita se extē
dit.

Omnio tactus et gustus sic conueniunt cum alijs sensibus quia sicut aer ꝛ aqua
sunt media. visus. auditus. olphatus: sic caro et lingua media sunt gustus et
tactus. et sicut in alijs sensibus sensibile positum supra sensuz vt album supra
vltimum oculi. impedit sensationem: ita in tactu et gustu tangibile positum supra sen
sum impedit sensationez. ex quo patet ꝙ virtus sensitiua tangibilis est interius. cuius
medium est caro. Differentie vero corporis tangibilis hec sunt que sunt corporis

sensitiui quibus elementa determinantur scilicet calidū frigidum humidum siccum. de quibus dictum est in his que de generatione. Tactiuum autem est quoddā sensitiuum ipsarum. primū autem vocatum tactus est pars corporis talis in potentia q̄les sunt predicte differentie in actu. sentire enim quoddam pati est et ideo tangibile talē facit tactū in actu quale ipsū est trahendo de potentia ad actū. Et quoniā tactus in quadam medietate predictarū qualitatū existit: ideo ipsas non sentit: sed excellentias ipsarum. quas tamē sensibilia discernit. propter hoc quod existit in medietate ipsorum. medium enim discernit extrema: quia comparatū ad vnum extremorum tenet rationē alterius. sicut igitur debens sentire albū ⁊ nigrum neutrum ipsorum ē actu sed potentia vtrumq̄: ita est in quolibet sensu alio. propter quod tactus debēs sē tere calidum ⁊ frigidum potentia est vtrūq̄ et actu nichil ipsorū. Amplius sicut visus aliquo modo est respectu visibilis ⁊ inuisibilis ⁊ similiter reliqui sensus sunt oppositorum: sicut tactus est tangibilis et intangibilis. Intangibile autem dicitur habens puam excelentiam tangibilium qualitatū. ut aer ⁊ habens tantā excelentiam earum demum corruptiuū sit tangentis ut ignis. dictū ē igitur communiter de vnoquoq̄ sēsu.

Capitulum. xiij. quod sic incipit: oportet autē vniuersaliter de omni. Inuestigat quid conuenit sensui in commum respectu sensibiliū et quid debet dici in quolibet sensu organū. et quare excelens sensibile corrumpit quēlibet sensū. et propter quid plante non sentiunt nec omne corpus patitur ab omnibꝫ obiectis sensuum.

E quolibet sensu hoc oꝫ intelligere quoniā susceptiuus est specierū sine materia. sicut enim cera figurā anuli auri vel enei suscepit non suscipiendo aurū vel es: ita quilibet sensus patitur ab habente colorē vel saporē vel sonum et similia ⁊ nō ī quantū talia sunt in materia: sed in quantū recipit rationē siue intentionē ipsorum sine materia. Primū autem sensitiuū est illud in quo est potentia susceptiua obiecti modo predicto. ita ꝙ idē est potentia sensitiua et obiectum in quo primo fundatur secundū rem. altera vero secundū rationē nam subiectum est quedam magnitudo: sed ratio quedā est potentia fundata in illo. Ex his manifestum est propter quid excelens sensibile corrūpit sensum nam quia sensus est quedā ratio siue proportio que destruitur facta fortiori motione q̄ sit sua aptitudo hinc est ꝙ sensibile excellēs propter violentē actionem corrumpit proportionem sensitiui. sicut fortis percusio chordarū ī instrumento musico destruit sonū armonicum et simphoniam. Manifestum est igitur ex eisdē propter quid plante non sentiunt: q̄uis habeant vegetatiuū ⁊ patiantur a qualitatibus tangibilibus. quia eum non habeāt medietatem nec principium receptiuū specierum sensibilium sine materia. sed patiuntur cū ipsa: idcirco non sentiunt. Dubitatur si aliquod corpus carens olphatu patiatur ab odore ⁊ carens visu patiatur a colore et sic de alijs similibus. Et videtur ꝙ non odor est quid olphabile ⁊ ideo facit olphationem que est passio olphatus. propter quod non habens olphatū non potest pati ab odore. et eodem modo est de obiectis aliorum sensuum. Preterea neq̄ visibile ut lumen. neq̄ audibile ut sonus. neq̄ odorabile ut odor agit in corpora non habentia sensū. neq̄ tonitruum scindit ligna per sonum sed potius per motum aeris in quo est sonus. Tangibilia et humores que sunt obiecta tactus et gustus faciunt effectū in corporibus. quia si ab his corpora non paterentur non esset a quo corpora inanimata alterarentur. Dubitatur

ergo quare alia sensibilia non agunt in corpora animata sicut ⁊ ista. Ad quod dicendum est ꝙ ideo non omne corpus patitur ab odore ⁊ sono: quia passiua a talibus sunt inde terminata et instabilia. sicut patet in aere qui patiendo ab odore fetet. Quod autem dicebatur odorare quod ab odore patitur: nō est verum simpliciter: sed odorare est pati ab odore sentiendo odorem. aer autem non sentit quando patitur ab odore: sed potius fit sensibilis per ipsum.

Capitulum. xxiiij. quod sic incipit: ꝙ autem non sit alicuius sensus et c. Probat ꝙ non est dare alium sensum preter quinqz predictos per rationes sumptas ex similibus proprijs sensibilibus.

Uod preter visum auditum olphatum gustum et tactum. non sit alius sensus sic patet. Omne quod sentit habet sensum tactus. et hunc nos habemus per quem nos sentimus omnes passiones tangibiles in quantum tangibiles Sicut enim necesse est defficere aliquod organum ei cui defficit aliquis sensus: ita necesse est actu sentire habentem organum tactus. sicut habemus nobis coniunctum quecumqz vero sentimus non per tactum cuius medium nobis coniunctum est: sed per media separata ut per simplicia elementa scilicet aerem et aquam sic se habent ꝙ si per vnum medium sensibilis diuersa genera sentiuntur ut sonus ⁊ color per aerem necesse est habentem organum conforme aeri: sentire vtrumqz. Si vero per plura media sentimus separata idem sensibile. ut colorem per aerem et aquam quia vtraqz diaphana sunt. habens organum conforme alteri illorum mediorum ⁊ vtriqz sentiet idem sensibile per vtramqz. quia igitur sensitiua per medium coniunctum vel per medium separatum sufficienter coniu et omnes sensus: et isti sunt numero natura quinqz predicti: patet ꝙ preter ipsos predictos non est dare alium. Preterea organa sentiendi. aut sunt ex aere aut ex aqua. pupilla que est organum visus proprie ex aqua est. organum vero auditus attribuitur aeri organum olphatus alteri predictorum ignis autem aut nullius sensus est organum: licet misceatur principaliter alijs elementis ad construendum organum tactus: relinquitur itaqz omnino conformari et attribui aeri et aque quos sensus omnia animalia perfecta ⁊ non orbata habent. nam et talpa habet oculos sub pelle. Si ergo nullum est corpus vel passio sensibilis preter corpora et passiōes que hec per media predicta sentiuntur: patet ꝙ nullus sensus defficit habenti quinqz sensus predictos.

Capitulum. xv. quod sic incipit: at vero nec communium et c. Probat non esse aliquem sensum preter quinqz per rationem sumptam ex sensibilibus communibus ostendens cum hoc quare habemus multos sensus.

Ensibilium comunium sicut est motus quies figura magnitudo numerus. q̄ per se et non secundum accidens sentimus quolibet sensu non potest esse aliquis vnus proprius preter predictos hec enim mediante motu sentimus. magnitudinem enim sicut mensuramus ita et sentimus per motum et eodem modo figuram que est magnitudo. quies vero cum sit priuatio motus per motum habet sentiri. et similiter numerus sentitur priuatione continui ei et temporis. numerantur enim q̄ non sunt continua sed diuersa. Nullus igitur sensus vnus potest esse proprius sensibilium predictorum. quod patet sic vnusquisqz sensus ita sentit per se vnum sensibile proprium quod per accidens sentit quicquid est diuersum ab eo. quod est per accidens potest esse dupliciter primo ut aliquis sensus proprius alicuius sensibilis sentiat sensibile alterius sensus eo ꝙ coniungitur colori in aliquo subiecto. secundo ut si aliquis sē

sus per se sentiat propriuz obiectum et secundum accidens subiectum illius ꝙ nullo modo est per se sensibile: sicut visus potest sentire filium cleonis cui inest albedo que per se sensibilis est. ex quo patet ꝙ sensibile propriū alicuius sensus non potest per se ab alio sensu sentiri. Cum igitur comunium sensibiliuz ut motus quietis figure magnitudinis et similium sint plures sensus per se non est aliquis sensus proprius ipsoruz. Si enim esset aliquis ipsoruz propriꝰ sequeretur ꝙ alius sentiret ea per accidens. eo modo quo sentimus subiectuz per qualitates sēsibiles ut filius cleonis per albedinez vel eo modo quo sensibile vnius sensus per alium sensum sentimus quia coniungitur cum sensibili. sicut sentimus amaruz per visum: quia coniungitur cum rubeo. Et ideo in talibus contingit iudiciuz decipi alterius sensus. quia enim colera amara est et rubicunda aliquando iudicamus ꝙ aliquid rubicundum quod non est colera sit amarū.

Si autem queratur quare habemus plures sensus et non vnum solum. dicenduz hoc fecisse naturaz ne lateant nos cōmunia sensibilia. ut magnitudo et motus. Si enim solum visuz haberemus: non cognosceretur diuersitas coloris et magnitudinis posito ꝙ color esset primum obiectuz visus et proprium. ex hoc enim ꝙ diuersis sensibus percipiuntur sensibilia comunia: manifestum est ea esse diuersa a sensibilibus proprijs.

Capitulum. xvj. quod sic incipit: quoniam autem sentimus et cē. Inuestigat vtrum eodem sensu sentiamus et sentiamus nos sentire.

Quoniaz sentimus nos videre et audire necesse est aut visu sentire quia videmus aut altero quodaz sensu. Et si altero sentimus nos videre aut audire de illo sensu queritur si sentit se videre per se vel per alteruz sensum. dubitatur ergo de predictis. nam si idem sensus sentit et se sentire percipit: idem erit sensus diuersorum obiectorum scilicet obiecti proprij et actionis vel passionis proprie. ut si idē visus videt et percipit se videre: idem visus erit respectu coloris et visionis. Si aūt alio sensu sentiamus et alio percipiamus nos sentire: duo sensus erunt eiusdez obiecti sensus enim quo percipimus nos sentire necessario sentiet obiectuz sensibile sensationis quam sentit ut si alio sensu ꝙ visu sentimꝰ nos videre: ille sensus erit perceptiuus coloris. et sic duo sensus erunt eiusdem obiecti. Preterea si alter sensus est quo sentimus nos videre et quo videmus: de illo quereret vtrum per se ipsum sentiat se videre aut per alium. et si per aliuz: iddem queretur de illo. ita ꝙ vel procedatur in infinitum quod est impossibile: vel deuenietur ad aliquez sensum qui sic iudex erit sui ipsius ꝙ sentiat se sentire. et si hoc verum est de aliquo sensu: standum est in primo. Contrarium huius est quia si sentit visus se videre quod autez videtur vel color est vel habens colorem: oportebit visionez esse coloratāz. Ad quam obiectionem dicenduz est ꝙ sentire visu non est sic vnius obiecti sicut videre. discernimus eniz visu mediāte tam tenebras ꝙ lumen: licet non eodem modo cum tenebras non videamus. Preterea visio aliquo modo colorata est. quia sensitiuum suscipit speciem sensibilem sine materia. propter quod habeuntibus sensibilibus insunt nobis sensationes et fantasie sensibiliuz. Preterea vnus et idem actus secundum rem est sensibilis et sentientis licet diuersus sit secundum rationez verbi gratia sonus secundum actum iddem est ꝙ auditus secunduz actum contingit habentia auditum non audire et habentia sonum non sonare scilicet quando sunt in potentia. sed quando potentia auditiua est in actu: et potens sonare actu sonat tunc simul fit auditus et sonus in actu. quorum alterum dicimus auditionem alterum sonationem. Ambo tamen scilicet auditum et sonum

necceſſe eſt eſſe in potentia ſentiente ſicut in ſubiecto. actio enim agentis et paſſio patientis in patiente ſunt vnum. vnde non ē neceſſe omne agens pati vel moueri. act9 autem ſonatiui ſiue ſoni ſonatio eſt. ſed actus auditiui ſiue auditus eſt auditio. dupliciter autem dicitur auditus ⁊ ſonus. ſcilicet in potentia et in actu. eadez autem ratio eſt de actu aliorūz ſenſibilium et ſenſiuum. ſicut enim actio ⁊ paſſio ſunt in patiente: ſic vniuerſaliter actus cuiuſlibet ſenſibilis et ſenſiuo ſenſitiui ſunt in ſenſitiuo. ita tamen ꝙ in quibuſdaz vtrūqz nominatum eſt ſcilicet actus ſenſibilis ⁊ ſenſitiui ut in auditu act9 audibilis dicitur ſonatio ſenſatio vero audientis dicitur auditio. In quibuſdam vero ſenſibilibus alterum eſt innominatuz ut in viſu cuius ſenſatio dicitur viſio et in guſtu cuius ſenſatio eſt guſtatio actus vero tam coloris ꝗ humoris innominatus eſt.

Capitulum. xxvij. quod ſic īcipit: quoniam autez vnus quidem et cē. Manifeſtat ꝙ ſimul corrumpitur actus ſenſibilis et ſentientis ⁊ ſimul ſaluatur vtrumqz ſecundūz actūz: licet in potentia ſimul non corrumpatur reddit etiam rationem quare excellens ſenſibile corrumpit ſenſum.

Quoniam igitur actus ſenſibilis et ſenſitiui vnus et idem eſt ſecundum rem: licet differens ratione: neceſſe eſt ſimul corrumpi ⁊ ſaluari vtrumqz ſecundūz actum. ut auditum et ſonum. et humorez et guſtum et alia ſimiliter. potentia autem non eſt neceſſe. Quod primi naturales non bene conſiderabāt: quando vniuerſaliter opinabantur ſimpliciter non eſſe colorem ſine viſu vel humorem ſine guſtu. licet enim color non ſit in actu ſenſationis ſine viſu nec humor ſine guſtu. potentia tamen et color eſt ſine viſu et humor ſine guſtu. Quoniam autem vox ſiue ſonus quodammodo exiſtens idem auditui eſt ſimphonia quedam ⁊ hec eſt quedam proportio: neceſſe eſt auditum conſiſtere in quadam proportionata ratione et eodem modo quamlibet aliam ſenſationem propter quod vnumquodqz excellens ſenſibile corrumpit proprium ſenſum cum deſtruat proportionez in qua conſiſtit. excellens enim audibile deſtruit auditum et excellens humor guſtuz et excellens fulgidum viſum et ſic de alijs excellentibus obiectis. obiecta autez ſincera ⁊ contemperata ſecundum debitam rationem delectabilia ſunt ſenſibus talia vero proprie ſunt mixta et quaſi media inter extrema ſicut reſpectu auditus ſimphonia mixta eſt cum acuto ⁊ graui delectās auditum. ſimiliter reſpectu tactus eſt mixtuz delectabile ex calido et frigido. excellentis vero ſenſibilia contriſtant et corrumpunt ſenſum.

Capitulūz. xxviij. quod ſic incipit: vnuſquiſqz ſenſus ſubiecti ſenſibilis et cē. Inueſtigat ſenſuz communez eſſe ex hoc ꝙ diſcernim9 ſentiendo ſenſibilia diuerſorum ſenſuum. oſtendens ꝙ iſte ſenſus communis ꝙ aliquo modo eſt vn9 alio modo habet vim multorum.

Quilibet ſenſus eſt reſpectu obiecti ſenſibilis cuius eſt perceptiuus in quantum eſt ſenſitiuus diſcernēs differentias ipſius obiecti. ſicut viſus reſpectu colorum diſcernens albuz et nigrum et eodez modo eſt in alijs ſenſibus. Sz quoniam ſentiendo diſcernimus differentiaz quam habent ſenſibilia diuerſorum ſenſuūz adinuicem ut album et dulce: neceſſe eſt ſenſu cognoſcere hanc differentiam: cū ipſa quorum differentiaz cognoſcimus ſint ſenſibilia. hanc autem differentiam non percipimus aliquo vno ſenſu de predictis verbi gratia tactu cuius organum videtur eſſe caro qz neceſſe eſſet diſcernere predicta ſenſibilia tangendo vtraqz. Nec duobus ſenſibus poteſt diſcerni ꝙ alterum ſit dulce ab albo: ſed oportet aliquo vno ſenſu vtraqz manifeſta eſſe. duobus enim ſenſibus cognoſcere duo ſenſibilia eſſe diuerſa

simile est ac si diuersa esse cognoscerẽtur: quia ego illud ⁊ tu aliud sentis. tali autez modo non iudicatur diuersitas sensibiliuz. ⁊ ideo oportet vnuz et eumdem sentire sensui quoniam alteruz est dulce ab albo. et iudicare ea differre. quod non est possibile fieri neqz vno neqz pluribus sensibus particularib9 et ideo oportet esse quemdaz sensum communem discernentez differentiaz sensibiliuz diuersorum sentiendo vtrũqz. Quod autem non in alio et alio tempore sed in eodez predictus sentiat sensus diuersa sensibilia ⁊ discernat inter ipsa: patet. quia sicut ipse existens idem iudicat alteruz bonum vel maluz sic ꝙ quando iudicat vnuz iudicat et alteruz dico autem in eodez quando: ut si nunc dicit albuz alterum a dulci: ita et in eodez nunc per se dicit dulce alterum esse ab albo: ergo simul in eodem tempore inseparabili percipit vtrumqz. Impossibile aũt videtur esse vnuz et idem indiuisibile ⁊ indiuisibili tempore moueri secundũz contrarios motus. dulce autem et amaruz tam sensũz ꝙ intellectuz contrarie mouent. similiter album et nigrum. ergo non eodez sensu simul sentiuntur predicta. Et si dicatur ꝙ sensus communis est vnus et indiuisibilis subiecto: tamen multiplex ratione et virtute: ita ꝙ aliquo modo diuisibilis existens scilicet secunduz esse et rationez. alio vero modo indiuisibilis scilicet subiecto sentit diuersa: hoc non est possibile. Licet enĩ in eodez subiecto indiuisibili possint esse contraria in potentia: non tamen possunt eidem inesse secundum actum sicut igitur impossibile est esse album et nigrum eidem simul inesse actu: ita impossibile videtur sensũz eumdez simul pati a speciebus ipsorum dicendum est igitur ꝙ sicut punctuz existens idem et vnum in se est plura secundum ꝙ determinat lineas diuersas eo ꝙ pluries vtimur eodez signo. sic sensus communis vnus et idem est in se et secundum ꝙ indiuisibile potest simul plura cognoscere ac discernere. secũduz autem ꝙ eodez vtimur tanꝙ termino plurium sensuuz cognoscit et iudicat plura sensibilia separata et tempore diuerso vtimur enĩz ipso pro duobus quãdo duo iudicat separata. De ꝑncipio igitur secundum ꝙ dicim9 animal esse sensituuz hec dicta sunt.

Capituluz. xix. quod sic incipit: qm̃ autem duabus differentijs etc̃. Enumeratis his quibus idez videt̃ esse sensus et intellectus determinat ipsos realiter et inter se differre.

Voniaz duobus. scilicet motu ⁊ sensu aĩa diffinita est cõp̃rehendendo sub sensu intelligere discernere ⁊ sentire: videtur intelligere esse quoddam sentire ꝑpter multa. primo qz in vtrisqz anima aliquid iudicat ⁊ cognoscit secũdo quia antiqui idez dicunt esse sapere ⁊ sentire. Empe. enĩz dicit ꝙ appetitus in hoĩbus et in alijs aĩalibus inclinatur ad agenduz ad presens. idest ad presentiaz terminati temporis vel conuenientis obiecti. itaqz diuersitas obiecti vel temporis ꝑ̃at eis sapere diuersa. homerus etiam dicit intellectuz talez esse in terrenis hominibus qualez sol quĩ est pater et hoĩuz per generationez ⁊ deorum ⁊ planetaruz per illuminationez efficit illuminando. quod facit in die. Ita ꝙ omnes hij opinantur intelligere esse corporeum sicũ sentire quoruz vtrumqz fit per simile ut dictuz ẽ in principio huius tractatus insufficienter aũt determinauerũt de predictis ommittẽtes dicere de ignorãtia seu deceptione que videtur ꝓpria animalibus. quia plurimuz tempus anima ignorans ẽ vnde necesse antiquos dicere omnia que vidẽtur esse vera vel tactuz rei dissimilis esse deceptionez: si noticia est per apprehẽsionez similis. hoc enĩz cõtrariuz est ei quod ẽ simile simili cognoscere. nec istud potest esse verum quia eadem scientia et etiaz deceptio eadez ẽ contrariorũz. Quõ autem non sit idez intelligere ⁊ sentire patet ꝑmo

ex hoc ꝙ sentire inẽ oibus aialib⁹ intelligere aũt paucis. secũdo idẽ pꝫ ex hoc ꝙ intelligere contingit aliquid recte ꝛ nõ recte. recte quidē per prudentiaꝫ sciaꝫ ꝛ verã opiniones. nec recte aũt per cõtraria ipaꝝ. sentire aũt nõ cõtingit aliquid nisi sit recte. qꝛ sens⁹ ꝓp̄ver⁹ ẽ respectu ꝓpꝛij obi. duo igiꝉ sunt i qb⁹ dr̃ intellect⁹ a sensu. quia itelligere cõtingit aliquid falsũ et nulli inest cui nõ insit ratio sensus autem propꝛiorum semper est verus. ꝛ animalibus omnibus inest: et si eis non insit ratio.

Capitulum. xxx. quod sic incipit: fantasia aũt alteruꝫ ẽ a sensu etc̃. Manifestat ꝙ fantasia ẽ aliud a sensu ꝛ ab intellectu ꝛ ab opinione q̄ pertinet ad itellectuꝫ fantasia ita dr̃ a sensu ꝛ intellectu ꝙ ipa non ẽ siñ sẽsu ꝛ sine ipa ẽ opinio.

Quod aũt ipsa non sit opinio manifestuꝫ est pꝛimo sic fantasia eniꝫ nobis inest cum volumus qꝛ pre oculis ꝛ quasi in potestate nr̃a ẽ fantasiari. sicut patet qñ actu recordamur ꝛ ydoluꝫ formamus rei absentis. opinari aũt non inest nob̄ quando volumus. qꝛ non est in potestate nostra verũ vel falsum que requiruntur ad opinionẽ. Preterea cum opinamur aliquid defficile vel terribile stati patimur. et similr̃ statiꝫ confidim⁹ si opinamur aliquid vnde cõfidendũ sit. ꝑ fantasiam autem aliquando nil plus patitur ꝙ̄ considerãdo difficilia ꝛ confidẽtia in pictura. Preterea fantasia nõ est differẽtia acceptiõis id est cognitionis sic̃ ẽ scia opinio et prudentia et eorum contraria. de quorum differentia alibi dicenduꝫ est. Quoniam igitur intelligere diuersuꝫ est a sentire et hoc est aliud ꝙ̄ fantasia que differt ab opinione: dicentes de fantasia: dicam⁹ etiaꝫ de intellectu ꝛ opinione. Si fantasia pꝛopꝛie accepta et non scdm̃ methaphoraꝫ est virtus scdm̃ quam nobis insit aliquod fantasma id est ydolum fantasticuꝫ: non vꝫ esse aliqua potẽtia ꝛ habitus ꝑ queꝫ discernim⁹ verũ ꝛ falsuꝫ. huiusmodi aũt sũt sens⁹ opinio scia ꝛ intellect⁹. nõ vꝫ esse igiꝉ aliquod istoꝝ. Qđ aũt non sit sens⁹: pꝫ pꝛimo sic. sens⁹ eni dicit̃ vel in potentia sic̃ ẽ vĩtus visiua vel i actu sic̃ ẽ visio fantasiatur auteꝫ quis sicut dormiẽs non per sensuꝫ in potentia: quia talis nichil intuetur. nec per sensuꝫ in actu qꝛ talis non est in sõnis. Secundo sic. sens⁹ in potẽtia adest semper omnib⁹ animalib⁹ non orbatis. fantasia auteꝫ non. sens⁹ etiaꝫ in actu aliquãdo inest cuilibet aĩali. fantasia auteꝫ quibusdaꝫ nunꝙ̄ inẽ. ut formice ꝛ api et vermi. Tertio sic semper verus ẽ sensus fantasie autem multe false. Quartto sic. qñ opinamur certitudineꝫ circa aliđ sensibile: nõ dicim⁹ hoc videtur nob̄ tale: sed hoc dicim⁹ quando nõ manifeste sentim⁹. scdꝫ fantasiaꝫ auteꝫ dicim⁹ hoc nobis apparet sic̃ visiones dicim⁹ apparere dormiẽtibus. Nec potest esse ideꝫ fantasia ꝙ scientia vel intellect⁹. qꝛ semꝑ ista dicuntur vera. fantasia aũt falsa aliquando non.

Capitulũ. xxxi. quod sic incipit: relinquitur videre et c̃. Probat fantasiaꝫ nõ esse idem ꝙ opinio. nec aliquod compositum ex opinione et sensu.

Quia fantasia non est ideꝫ cum aliquo eorum que semper vera sunt: relinquitur videre si est opinio sed opinioni semper inheret fides. quia non contingit opinari. nisi credãtur que opinantur. fantasia non autem sẽper est coniuncta fidei: cum insit in multis bestijs. quarum nulli inest fides. Preterea omneꝫ opinioneꝫ sequitur fides hanc auteꝫ suasum esse suasionem auteꝫ sequitur ratio. quibusdaꝫ auteꝫ bestijs inest fantasia quib⁹ ratio non inest: manifestuꝫ igiꝉ qm̃ fantasia nec opinio cum sensu nec facta ꝑ sensuꝫ. Nec cõplexio quideꝫ opiniõis ꝛ sens⁹. Si eni esset cõplexio vtriusqꝫ: oporteret vtrũqꝫ ipsoꝝ esse respectu eiusdeꝫ et non ita ꝙ fantasia esset cõplexio ex opinione albi et sensu boni. Sic igitur vnũ ꝛ idẽ per se qđ senti:

esset opinatum per se non secundum accidens. Apparent autem quedam falsa se-
cundum sensum de quibus tamen habetur vera opinio sicut falsum est solem esse vni
us pedis sicut apparet visui. et verum est ipsum esse majorem terra sicut opinátur. Si
igitur fantasia est complexio opinionis et sensus: necesse est aut abijcere veram opini
onem habitaz de re et saluatam saluare non oblitaz nec decredentem: aut si adhuc eã
dem opinionez habet fantasia erit simul vera et falsa. propter sensum falsa. propter o
pinionem vera. que non fit falsa nisi quando res sic mutatur ut lateat opinantem. fan
tasia igitur nec est aliquod eoruz nec aliquod tertium ex his.

Capitulum. xxxij. quod sic incipit: Manifestat quid est fantasia et quare secũ-
dum ipsam contingit multa facere et pati et propter quod aliquando vera est
et aliquando falsa.

Uoniam contingit aliud moueri alio motu: fantasia videtur motus esse. non
tamen factus sine motu sensus: sed in his que sentiunt et quorum est sensus cõ
tingit enim a sensu qui est in actu fieri motum fantasie similem sensationi. hic
motus non contingens sine sensu nec existens in non sentientibus est fantasia haben
tia autem fantasiaz contingit multa facere aut pati secunduz ipsam. Contingit eti
am eaz esse veraz aut falsaz. Accidit autem fantasiaz posse esse veram aut falsam.
quia sensus respectu proprij obiecti ut plurimum verus est. et in paucioribus falsus res
pectu autem obiecti per accidens contingit ipsum mentiri. visus enim respectu albi
non mentitur. sed de eo an album accidit respectu vero sensibiluz communium ut sunt
magnitudo motus quies et alia que sequntur subiecta quibus insunt sensibilia propria
maxime contingit decipi secundum sensuz. motus itaqz fantasie factus a sensu qui est
in actu differt penes hec tria sensibilia. sicut eniz sensus respectu proprij obiecti prese
tis semper verus est: respectu autem obiecti sensibilis per accidens et etiam sensibilis
communis siue presentis siue absentis. potest esse falsus: maxime quãdo sensibile procul
existit: ita fantasia que est motus causatus a sensu secũdum actum potent esse vera.
Differt autez fantasia idest visio vel apparentia eo ꝙ causatur a sensibus quorũ visus
est principalis accipiens nomen a lumie sine quo non cõtingit videre. Animalia
multa operantur scđm fantasiam quoniam ipsis manent multa fantasmata similia sẽ
sationib9. ꝙ propter hoc fecit natura: quia multa animalia non habent intellectum.
in hominibus etiam aliquando intellect9 velatur aut pas-sione aut egritudine predo
minantibus aut somno ligante. et ideo natura preuidit aliud principium operandi. sci
licet fantasiam de qua tanta dicta sint.

De parte autez anime qua cogno cit et c. Huius libri tertij capitulũ primuz premissa intentione eorum q̃ de intellectu dicẽda sunt: ostendit ꝙ intellect9 est quedaz natura possibilis non mixta corpori nec artata ad vnaz naturaz. est etiã loc9 spẽrum. z ꝙ aliter patitur intellectus ab intelligibili et sensus a sensibili.

E parte aũt anime qua cognoscit z percipit. s. de intellectu siue separabili existente nõ subiecto sed rõne siue inseparabili: considerãduz ẽ q̃m differentiam hẽt ab alijs potentijs. z quamodo fit ipsum intelligere. Si intelligere ẽ pati aliquid aut per modum passiõis. sic est sentire: hoc vtiqz erit ab itelligibili ꝗ aũt intellect9 ipassibilis est: susceptiuus autem spẽi: ita est in potẽtia respectu intelligibilis qd̕ nan ẽ ipsuz intelligibile. sicut sẽsus ad sensibile. Et q̃m omnia intelligit: necesse est ipsum imixtum sic dixit anaxa. ut imperet. nos ãt ipsuz dicimus immixtuz ut anima cognoscit qz si mixtuz esset. aliqd̕ intus apparens probiberet aliqd̕ extraneuz recipi in ipso. ipsi9 igitur natura non ẽ vna determinata vno actu: sed potius intellectus natura possibilis. dico autẽ intellectum virtutem qua operatur anima z intelligit nichil intelligibiliũ actu ens ante intelligere. Et ideo non est rõnabile ipsũ misceri corporali organo quia si misceretur ei qualificaretur aliqua qualitate sensibili. s. caliditate aut frigiditate z huiusmodi sicut sensus. quarum nulla reperitur in eo. Benequidez dicunt antiqui animaz locum spẽruz. non totam: sed intellectiuaz. nec actu sed potentia. Qd̕ autem non eodem modo patiatur intellectus ab intelligibili z sensus a sensibili: patet ex actibus. sensus enim sentit excellens sensibile sed corrumpitur ab eodez. ut auditus a magnis sonis. et olphatus a fortibus odoribus. intellectus aũt in intelligendo maximuz intelligibiliũ non propter hoc minus sed potius magis intelligit infima intellibilia sensus etiaz nõ est sine organo corporeo. intellectus autem separabatur ab eo. Cum autez intellectus sciat singula intelligere: dicatur sciens scd̕m actum. z hoc statim fit cum possit exire in actum per se ipsuz. ita ꝙ tunc ẽ aliqualiter in potentia ad cõsiderandũ: non tñ eo modo quomodo fuit ãte addiscere. põt etiaz tũc se ipz itelligere qz factus est in actu.

Capitulũ. ij. quod sic incipit: quoniam autez aliud est magnitudo et c. Inuestigat qualiter se habet intellect9 ad quidditatez ut quiddıtas est et ad ipsam actu existentem.

Voniaz in habentibus materiaz siue naturalem: ut est aqua siue mathematicam: ut magnitudo aliud est quidditas et aliud esse actu existens. ut aliud est magnitudo z aliud magnitudis esse z aliud ẽ aqua et aliud aque esse. licet nõ aliud quidditas. et cuius est quidditas siue ens actu in omnibus ut in separatis a materia. in his in quibus predicta differunt: anima cognoscit habens quidditatez et discernit ipsum a quidditate per aliam potentiam ꝙ sit intellectus: vel per intellectuz habentez se alio modo ꝙ cognoscendo quidditatem. verbi gratia carnem que ita habet formaz in materia: sicut simuz in subiecto: sensitiua potentia iudicat in quãtuz caro est q̃daz propoztio calidi z frigidi sic eadez potẽtia pa̕pit calidũ z frigidũ. alia igit̃ q̃ p itellectũ cognoscit quidditatẽ carnis: alia potẽtia discernit esse. i. actualẽ existẽtiaz siue suppositũ carnis actu existẽs. vel si intellectu discernit carnem esse: hoc facit actu reflexo, post actum extensum ad sensum et ad fantasmata. Eodez modo in mathematicis in quibus aliud est quidditas et aliud cuius est quidditas ut rectum et simum aut alia potentia aut eadem aliter se habente anima iudicat, habens quidditatez et ipsam quid

ditatem. res enim sicut separabiles sunt a materia sic sunt apte nate cognosci per intellectum.

Capitulum. iij. quod sic incipit: dubitabit autem aliquis ⁊c. Inuestigat quomodo intellectus cum sit impassibilis possit intelligere.

Dubitatur si intellectus est simplex et impassibilis non communicans cum aliquo in materia sicut ana. dicit faciens ipsum immixtum: quomodo intelligit si intelligere est quoddam pati. agens enim agit ⁊ patiens patitur in quantum aliquod est commune vtrique. Dubitatur etiam vtrum intellectus sit aliquid intelligibile et videtur ꝙ non quia cum omne intelligibile sit vnius rationis: si intellectus est intelligibilis secundum seipsum: quecumque per se ipsum sunt intelligibilia habebunt intellectum. Si autem non est per se intelligibile eo ꝙ sit mixtus cum materia: habebit aliquid per quod fiet intelligibile. sicut materialia habebant. Ad primam dubitationem dicendum est ꝙ pati communiter acceptum dupliciter dicitur vno modo per realem transmutationem. ⁊ tale arguit materiam. alio modo per esse in potentia ad receptionem. quomodo intellectus est in potentia ad intelligibilia et nichil eorum est actu anteꝗ intelligat. est enim sicut tabula in q̄ nichil est scriptum. et pati hoc modo non arguit materiā sed ponit receptionem. Ad secundam dubitationem dicendum ꝙ intellectus intelligibilis ē per rationem proprie intelligibilitatis. sicut cetera intelligibilia ⁊ maxime intelligibilia immaterialia. in quibus idē est intelligens ⁊ quod intelligitur idem etiam virtus speculatiua ⁊ speculabile. non oportet autem in oī intelligibili reperiri virtutem intelligendi quia intelligenda habentia materiam ita sunt in potentia intelligibilia: quod in eis non est intellectus cum sit potentia immaterialis materiale ergo sic est intelligibile quod non est intelligens.

Capitulum. iiij. quod sic incipit: quoniam aūt sicut in omni natura et c̄. Manifestat ꝙ sicut in anima est intellectus possibilis ita est intellectus agens comparans has differentias adinuicem.

Sicut in omni natura factibili est dare aliquid tanꝗ materia quod est potentia omnia factibilia. et aliquid quod est factiuum omnium ut materia artificialium est potentia omnia que possunt fieri per artem et eorundem ars est omnium factiua ita in intellectu necesse est has esse differentias scilicet intellectum possibilium quo est omnia fieri et agentem quo est omnia facere. ⁊ hic est quidam habitus et quoddam lumen. lumen enim aliquo modo facit potentia colores esse actu visibiles. Intellectus igitur agens est separabilis immpassibilis immixtus et substantia ens actu cum enim honorabilius sit agens patiente et efficiens materia. intellectus agens tanꝗ nobilior erit substantia ens actu. Intellectus etiam ēs actu considerans quia substantia et scientia rei secundum actum eedem sunt. Quāuis autem intellectus in potentia respectu vnius ⁊ eiusdem sit prior tempore intellectu qui est actu considerans vniuersaliter tamen ⁊ respectu diuersorum non est prior ipso tempore. oportet enim esse intellectū qui sēper actu cōsiderat ⁊ nō ē talis ut aliqn̄ q̄dam intelligat. Intellectus etiā separatus a materia ita ē vere ens: ꝙ solus ē perpetuus ⁊ immortalis eo ꝙ impassibilis. non reminiscuntur aūt anime post separationem earum a corpore qꝛ intellectus passiuus ī q̄ntum communicat cū v̄tute ymaginatiua ē corruptibil' nichil ītelligēs sinē fātasmate.

Capitulum. v. quod sic incipit: indiuisibilis quidem et c̄. Declarat duplicem esse opinionem intellectus quarum vna est simplex apprehensio circa quam nō cadit falsum. ⁊ alia ē cōpositio ⁊ diuisio circa quā est verum et falsum.

ipsius intellectus que est indivisibilium intelligentia est respectu eorum in quibus non contingit falsum. sed compositio et divisio est in his in quibus est verum vel falsum. ex eo quod intellectus ea simul componit tamquam unum. operatio autem simplicis intelligentie precedit eam que est compositio quemadmodum Empedocles dicit naturam generasse quedam capita primo sine collo et cervice. et postea concordiam composuisse ea. Si autem in operatione intellectus cointelligatur tempus preteritum vel futurum ut dicendo album fuit non album vel erit non album. et componendo unum cum alio: sive dividendo: falsum erit vel verum. et sic non solum est verum et falsum in compositione et divisione respectu temporis presentis ut dicendo cleon est albus verum etiam respectu temporis preteriti et futuri scilicet dicendo cleon fuit albus. componens autem et faciens unum ea que sic componuntur est intellectus.

Capitulum. vi. quod sic incipit: indivisibilia autem etc. Manifestat quomodo intellectus per simplicem apprehensionem intelligit ea que sunt quanta per se sive per accidens. et etiam ea que sunt tunc ut sunt albus quomodo ista operatio distat ab ea que est compositio vel divisio

Quoniam continuum est indivisum actu licet sit divisibile in potentia: nichil prohibet per simplicem intelligentiam ipsum intelligi ut indivisum. et in tempore indivisibili id est instanti. tempus enim sequitur magnitudinem. secundum divisibile intellectu igitur apprehendente simplici intelligentia continuum ut indivisum: non est dicere quod unam partem eius intelligat in una parte temporis et aliam in alia et aliquid in medio utriusque. quia hoc non sit divisum: nisi intelligat partes continui. tunc enim dividitur tempus sicut et divisim intelliguntur partes continui. et ideo cum simul intelliguntur partes eius: idem est tempus sive instans in quo illi apprehenduntur. Istud etiam quod est indivisibile secundum formam non secundum quantitatem. ut homo vel lignum intellectus intelligit simplici intelligentia. et tempore indivisibili. non enim apprehendit ipsum in quantum est divisibile: nisi secundum accidens neque in tempore divisibili: sed in quantum indivisibile et indivisibili tempore. in talibus enim que sunt unum formaliter est aliquid indivisibile quod est separabile scilicet forma substantialis faciens ea unum. et etiam facit cointelligi in uno tempore scilicet instanti facit etiam unitatem continuitatis ipsorum et tole reperitur in omni unitate continui temporis. Punctum autem et omne indivisibile quod tantum est ratio divisionis ut est unitas intelligibilis: est ut privatio quedam quemadmodum enim malum cognoscitur quia est privatio boni: ita et predicta cognoscuntur quia habent rationem privationis. ut sic aliquo modo cognoscantur per suum contrarium. oportet autem intellectum aliquid cognoscentem per suum contrarium esse aliquando in potentia et non semper in actu. Si vero alicui intellectui non inest cognoscere aliquid per contrarium rei cognite: ipse se ipsum cognoscit tamquam semper actu existens et actu separabilis. Omnis autem actio intellectus que est dictio predicans aliquid de aliquo sicut affirmatio vera est: aut falso non tamen omnis actio intellectus est talis sed simplex intelligentia quidditatis rei vera est. sicut visus in apprehensione proprii obiecti semper est verus: licet semper non sit verus iudicando album esse hominem aut non quecumque igitur entia sunt sine materia ea apprehendunt simplici intelligentia. Scientia autem rei immaterialis secundum actum idem est cum sciente. scientia autem que de potentia reducitur ad actum respectu unius et eiusdem prius est tempore potentia quam

actu. Universaliter autez et respectu diversorum non est prius tempore. quia omnia que de potentia deducuntur ad actum per aliquid fiunt quod prius existit in actu.

Capitulum. vij. quod sic incipit: videtur autem de sensibili et c̃. assignat convenientias inter sensum et intellectum quantuz ad actionem et passionem.

Sensibile autem agens sic educit sensitivum de potentia ad actum sentiendi: q̄d non patitur neqz alteratur. et ideo hec alia species motus ab his que phisice moventur quia motus est autem actus imperfecti. iste autem actus simpliciter perfecti. cum sit rei simpliciter actualiter existentis. Sentire igitur simplici apprehensione simile est simplici intellectioni. utrumqz enim est actus perfecti. sicut dicere rem est per intellectum formare. cum autem sens⁹ affirmat aut negat aliquid delectabile aut triste: statim ipsum prosequitur aut fugit. delectari enim et tristare est agere aliquid circa bonum vel malum. in quantuz talia mediante sensitiva. fuga autem ⁊ appetitus sunt actiones sensus secundum actuz. itaqz appetitivum et fugitivum sunt idem inter se et idem cum sensitivo realiter: licet differant secunduz esse: idest secundum rationem. Et quia fantasmata sic se habent ad intellectuz sicut sensibilia ad sensum: idcirco quando intellectus affirmat aut negat aliquid esse bonuz vel malum mediantibus fantasmatibus: ipsuz prosequitur aut fugit. Et quoniam ita se habet ad intellectionem: idcirco anima sine fantasmate non intelligit. Sensibilia autem hoc ordine movent sensum. aer enim illuminatus immutat pupillam et hec immutat sensum et eodem modo est in auditu et in alijs sensibilibus qui omnes immutant sensuz comunem qui est unus et ultimus tanq̄ una medietas: licet plurificetur secunduz multos aspectus. Et q̄uis prius dictum est ꝙ sensus comunis discernit differentiaz sensibilium diversorum verbi gratia dulcis et calidi tamen hoc iteruz est dicenduz. Sensus enim comunis existens aliquid unum est sicut terminus unus. est etiam terminus sensationis sensuum particulariuz cui proportionatur intellectus. qui unus in numero ens habet se ad diversa fantasmata sicut sensus comunis ad diversa sensibilia iudicare enim fantasmata diverse rationis aut contraria ita pertinet ad unum intellectū sicut iudicare diversa sensibilia diverse rationis pertinet ad unum sensum. Si enī albuz sit. a. dulce. b. fantasma autem albi sit. g. et fantasma dulcis sit. d. sicut se habet albuz ad dulce. Ita fantasma albi ad fantasma dulcis et permutati. sicut se habet album ad fantasma albi: ita dulce ad fantasma dulcis. per unum intellectuz. Intellectus igitur species sensibilium intelligit mediantibus fantasmatibus. et ideo sicut ꝓsequibile ⁊ fugiendum determinantur per sensibilia presentia quando sens⁹ est in actu ita in absentia sensibilium potest esse prosecutio et fuga: quando in fantasmatibus fuerit determinatum prosequibile vel fugiendum. aliquando enim aliquid concipitur ut fugibile. quia sentitur nocivum esse. sicut videns ignem cognoscit per visum quia nocivus est appropinquanti. ⁊ eodem modo per visum percipitur impugnans esse fugiendum. aliquando ex ipsis conceptionibus seu fantasmatibus que sunt in anima ratiocinatur homo ⁊ comparat presentia ad futura: tanq̄ si essent presentia sensibiliter ⁊ cum iudicaverit aliquid letum aut triste: ipsum prosequitur aut fugit.

Capitulum. viij. quod sic incipit: et omnino in actione et c̃. Declarat ꝙ verum ⁊ falsum se habent ad intellectum tam speculativum q̄ praticum sicut bonum ⁊ malum ipsius intellectus. ⁊ ꝙ mathematica intelligi possunt tanq̄ abstrata a materia: q̄uis non sint abstrata ab ea.

Omnino eni verū & falsū tam in actiōe intellect⁹ pratici q̄ sine actione. s. in cōsideratiōe itellect⁹ speculatiui sūt i eodē genere bono & malo. verū ētā q̄ bonū vtriusq̄ itellect⁹ & fim tāq̄ malū. differūt tñ q̄ in itellectu speculatiuo ābo dñr simpliciter sine extensione ad opus: in alio scilicet pratico sunt cum extensione ad aliud Dicta vero secundū abstrationem videlicet mathematica intellectus sic concipit nam sicut intelligendo simū et quodlibet aliud naturale in quātum tale intelligit nō separatum a materia: sed coniunctū cum ipsa: ita intelligendo cōuū actu in quantū cōuum. intelligit ipsum sine carne in qua est. et hoc modo intelligit mathematica. tā q̄ separata a materia sensibili quis non sint separata ab ea. vniuersaliter enim intellectus qui est secundum actū sic intelligit res sicut concernūt vel non concernunt materiam in sui diffinitione. Utrum autem contingat intellectū non separatū a corpore intelligere aliquod de separatis realiter posterius considerandū erit.

Capitulū. ix. quod sic incipit: nūc autē dicta de anima et c. Manifestat quomodo anima est quodammodo omnia per intellectū et sensum. & q̄ intellectus eius in sui actione depēdet a sensu non tamen per hoc ēidē cum fātasia

Nunc igitur recapitulantēs ea que de anima dicta sunt. dicamus q̄ anima est aliquo modo omnia entia. entia enim aut sunt sensibilia aut intelligibilia Cū igitur scientia sit aliquo modo scibilia & etiā sensus sēsibilia: anima que scit & sēsit aliquo modo scibilia per scientiā et sensibilia per sensum et sic est aliquo modo omnia. Sed considerare oportet quomodo hoc verum sit. intelligendum est itaq̄ q̄ scientia et sensus secantur sicut res. rebus enim entibus in potentia respondet scientia et sensus in potentia. que vero sunt actu proportionantur scientie et sensui in actu. sicut enim in anima est sensitiuū et scientificum in potentia: ita et in rebus est sensibile et scibile in potentia. Necesse est autē animam esse omnia entia altero duorū modorum scilicet aut ita q̄ sit idem realiter cum ipsis. et hoc modo non est ipsa entia aūt q̄ intentionaliter: et hoc modo est ipsa entia. lapis. n. non est in anima: sed species et intentio lapidis. vnde anima est sicut manus. manus enim in agendo est organus organorum. et anima in cognoscendo est species specierū. est enim per intellectum species specierum intelligibilium & per sensum species specierum sensibiliū. Quod autem intellectus in sui actione dependeat a sensu: patet sic. quia res intelligibiles non sic separantur a magnitudine sicut sensibilia adinuicem idcirco intelligibilia etiam que dicuntur secundum abstrationē. similiter habitus et passiones sensibilium intelliguntur mediantibus speciebus sensibiliū et ideo non sentiens nichil intelligit. intellectus enim simul speculatur fantasmata cum re intelligibili. fantasmata autem se habent ad intellectum sicut sensibilia ad sensum excepto q̄ sunt sine sensibili materia. Fantasia autem alterum est ab afirmatione et negatione quia cum ista sūt in compositione. semper in eis verum est et falsum quod non est semper in fantasia. Primi etiam intellectus scilicet prime aprehensiones intellectus simplicis non sunt idem cum fantasia: licet non sint sine ipsa.

Capitulum. x. quod sic incipit: quoniā autem aīa q̄ ē animaliū et c̄ Premisso q̄ intendit determinare de virtute motiua: ostendit insufficientiā quarūdā diuisionū partiū seu potentiarū aīe. Quā aīa ē diffinita ꝑ duas potētias qb⁹ dr̄r aīatū ab iaīato. s. discretio q̄ ptinet ad itellectū & sēsū & motio ꝑ locū: ō sēsu

quidem et intellectu predicta determinata sunt. restat determinare de motiuo quid sit scilicet vtrum quedaz pars ipsius anime separabilis ab alijs subiecto aut ratione: vel tota anima. Et si est pars aliqua vtruz sit aliqua propria diuersa ab his que consueuerunt dici partes anime: aut sit vna de consuetis dici. Dubitatur aūt confestiz quot et quomodo oportet dicere partes anime. quodaz enim modo videntur infinite. nec sole ille videntur quas dicunt aliqui partes esse ipsius scilicet ratiocinatiua irascibilis ⁊ appetitiua vel rationalis ⁊ irrationalis. Videntur eniz predicti insufficiēter diuidere partes anime. Nam preter predictas apparēt alie partes habentes maiores differentias. sicut vegetatiua que plātis ⁊ alijs animalibus inest. ⁊ sensitiua que nōn est ponere facile rationalez potentiam simpliciter vel irrationalez. Preterea virtus fātastica secundūz esse diuersa est ab alijs potentijs. Cui igitur predictaruz scilicet rationali irascibili ⁊ concupiscibili est eadez et a qua earum altera est ⁊ dubitatur maxime si ponantur separate abinuicez subiecto. Preterea appetitiuaz que ratione ⁊ virtute altera est a predictis omnib9 inconueniens est separare ab eis. Nam voluntas que est quedaz appetitiua in parte est rationali. concupiscibilis etiam ⁊ irascibilis, que sunt appetitiue reperiuntur in irrationali. ⁊ ideo si in anima sunt rationalis ⁊ irrationalis ⁊ concupiscibilis vnaqueqz earum erit appetitus in anima secundum predicta tria. Preterea preter predictas partes anime restat q̄rere eam de qua nunc ē sermo scilicet de motiua secundūz locum. Motus eniz augmenti ⁊ decremēti inest omnibus ꝑ generatiuum ⁊ vegetatiuūz de respiratione ⁊ expiratione. somno ⁊ vigilia que habent multam dubitationem perscrutandum est posterius.

Capitulūz. xj. quod sic incipit: sed de motu secundum locum. Ostendit ꝙ motus secundum locum non est in animalibus a virtute vegetatiua nec sensitiua nec a ratiocinatiua per se sumpta nec ab appetitiua.

Onsiderandum est quid est mouens animal secundum locum motu processiuo. vbi primo manifestum est ꝙ potentia vegetatiua non est causa motus huiusmodi. hic enim motus semper est propter aliquid distās apprehensūz cōcurrente fantasia ⁊ appetitu. nichil enim mouetur scd̄m locum non appetens aut fugiens aliquid nisi per violentiā. Preterea plante in quibus est potentia vegetatiua essent motiue motu processiuo ⁊ haberent aliquam partez ad hunc motūz. Secūdo patet ꝙ sensitiuūz non est causa processiui motus. multa enim animalia habentia sensū sunt immobilia per totaz vitā. Sic igitur natura neqz abundat ī sup̄fluis nec defficit in necessarijs nisi in orbatis et imperfectis: predicta animalia perfecta sunt et non orbata cum habeāt virtutez generatiuam habeant etiam augmentūz ⁊ decremētum: haberēt vtiqz partes organicas processionis. Tertio patet ꝙ rationatiua seu intellectus non est causa motus predicti. speculatiuus eniz intellectus nichil speculaꝛ operabile nec dicit aliquid fugiendūz vel prosequēdūz. motus autem processiuus sēp est animalis fugientis vel prosequentis aliquid supposito etiam ꝙ speculetur aliquid operabile: non tamen precipit ipsum prosequi vel fugere. multotiens eniz intelligit aliquid terribile aut delectabile. non iubet autem timere vel desiderare: licet cor moueatur aliquādo absqz imperio intellect9. Si autem desiderabile causet motūz appetitus altera pars a corde suscipit hunc motum. Praticus etiaz intellectus per se non ē causa processiui motus. tale enim intellectu precipiēte et dictante aliquid fugere aut ꝓsequi non mouetur animal semper ad eius dictamen. sed aliquādo secundūz concupiscentiaz ut patet in īcontinente. videmus etiam ꝙ habētes regulam dictantem sanari

per medicamina nō sanatur. quia nō agunt quod precipitur ore sed sequūtur desiderium appetitus. tanq̄ sit propriū alterius potentie z scientie pratice agere illud quod intellect⁹ praticus dictat. Quarto patet q̄ appetitus p se nō est causa predicti motus. abstinentes licet eīm appetāt z concupiscant aliquid: nō tamē operantur vl' prosequūtur illud. sed potius sequūtur intellectum z dictamē rationis dicentis illud non esse prosequendum.

Capitm. xij. quod sic incipit. Videtur autē duo hec mouentia z c̄. Inuestigat qd̄ est p̄ncipiū mouēs aīalia motu processiuo ostendēs q̄ intellect⁹ praticus z appetitus reducti ad rationē vnius p̄ncipij sunt causa motus predicti.

Duo videntur causare motū progressiuū. s. appetitus z intellectus cōprehendo sub intellectu fantasiam. multi eīm hoīes pretermisso eo quod sciunt per intellectū sequūtur fantasias. in alijs autē aīalibus que mouētur localiter nō est intelligentia nec ratio: sed fantasia. vtraqz. s. intellectus z appetitus motiua sunt secundū locum. Non autē omīs intellectus est motiuus localiter: sed praticus tātum. qui ratiocinatur ꝓpter aliquid. z differt a speculatiuo fine. quia finis huius est scire: finis autē pratici est operari. Omīs etiā appetitus est ꝓpter aliquid. ita q̄ appetibile respectu cuius est appetitus p̄ncipium est intellectus pratici sillogizantis. etiā vltimū inuentum ab intellectu est p̄ncipium actionis. quare rationabiliter hec duo appetit⁹ z intelligentia pratica mouentia sunt. verbi grā. si sanitas appetibilis est ab egrotante: ipsa erit p̄ncipium pratici intellectus inuestigantis media sanitatis z vltimū inuentum ab intellectu. ut pote bibere formacū erit p̄ncipium a quo incipiet actio per quaz sanitas acquiratur z ita appetitus sanitatis z intellectus praticus inquirens sunt principia mouentia ad consequendū sanitatē. Hec tamē duo reducuntur ad vnum p̄ncipale mouens. s. appetibile nam quia appetibile mouet appetitū tanq̄ principiū primū. i: hinc est q̄ intellectus praticus mouet. fantasia etiā quando mouet: nō mouet sine appetitu. vnum igitur primū mouens est appetibile. Si eīm hec duo. s. intellectus z appetitus mouent hoc faciunt scd̄m aliquā comunē spēm vel rationē: quā nō habent nisi appetibili. intellectus praticus nō mouet sine voluntate que est quidā appetitus. oīne eo quod mouetur scd̄m rationē praticā: mouetur scd̄m voluntatē. appetitus etiaz mouet preter rationem. concupiscentia contra rationē quidaz appetitus. cum igitur appetibile mouet appetitū sine quo intellect⁹ praticus nō mouet: oportet hec duo. s. intellectum z appetitum mouere scd̄m conformitatē ad appetibile.

Capitm. xiij. qd̄ sic incipit. Intellectus igitur quidē z c̄. Declarat q̄ intellectus circa p̄ncipia semper est rectus. fantasia autē nō. z q̄ multe sunt potentie in quas aīa diuiditur. z quare appetitus fuerint adinuicē cōtrarij in eodem.

Intellectus autē oīs etiam praticus circa principia rectus est appetitus autē z fantasia recti sunt z nō recti. quod accidit quia appetibile mouens appetitū z fantasiam aliquando est bonum aliquando apparens bonum. nō eīm oīne bonum est motiuū: sed actuale. quod contingit sic z aliter se habere. ex dictis tamē manifestū est. q̄ appetitus est potentia anime cui cōpetit mouere. Diuidentibus aūt partes anime scd̄m potentias valde fiunt multe. quedā eīm vegetabilis. quedā sensibilis. quedā intellectiua. queda consiliatiua. quedā appetitiua potēna est. hec eī plus differūt ad inuicē q̄ concupiscibilis z irascibilis. Appetitus fieri contrarios ad inuicē in eodē: tunc accidit: cum ratio z concupiscentia fiunt cōtrarie in eodē. z maxime hoc fit in habentibus actualē consideratione dr̄e tēporis. intellectus eīm z ratio ꝓpt̄ cōsi-

derationem futuri tēporis iubet retrahere ꝛ nō appetere illud quod nociuū erit in futurum. concupiscentia autē propter presentem delectationem iubet appetere delectabile presens. videtur eīm concupiscenti delectabile presens esse delectabile bonū simpliciter. quia nō aspicit ad bonum futurum.

Caplm. xiiij. quod sic incipit. Specie quadā ꝛ c̄. Manifestat ꝙ in motu predicto appetibile est primū mouens. ꝛ ꝙ tria concurrunt ad hunc motū. s. mouens ꝛ quod mouetur ꝛ instrumentum. ꝛ ꝙ instrumentum seu organum habet rationem ṗncipij ꝛ finis.

Ormaliter siue specifice vnum est mouens alalia motu processiuo. quod potest vocari appetibile aut appetitū. appetibile eīm intellectū aut imaginatum cum sic moueat ꝙ nō moueatur est primū oīm in mouendo. ꝛ ideo intellectꝯ ꝛ appetitus aliquo modo reducuntur ad vnam rationē mouēdi cum appetibili. ut sic dici possit esse specifice vnum mouens. materialiter ꝛ numeraliter plura sunt mouentia. s. appetibile intellectus prsticus seu fantasia ꝛ appetitus. Cū autem in motu progressiuo tria sunt: quoꝝ primū mouens. secundū autē quo mouet. tertiū quod mouetur. Sciendum ꝙ mouens est duplex. vnum quidē imobile ut actuale bonū. quod est appetibile. aliud autē est mouens quod mouetur. s. appetitiuū. quod eīm appetit scdm ꝙ appetit. mouetur. appetitus eīm est actus quidā aut motus. quod autem tantū mouetur est ipm animal. quo autē mouet est organum. appetitus eni mouet organo mediante quod organū est quoddā corporeū ꝛ ideo de ipso considerandū est in operibus comunibus corporis ꝛ anime. Nunc autē sumatim loquentes de organo motus progressiui dicamus ꝙ ipm est aliquo modo principiū ꝛ finis. sicut enim in linea curua idem est subjectum gibosum ꝛ concauū: ita in organo predicto idem est finis respectu motus prioris ꝛ principiū respectu motus sequentis. In tali etiā aliqd quidē quiescit ꝛ aliquid mouetur. ꝛ hec sunt diuersa ratione: sed ambo sunt inseparabilia. progressiua eīm mouentur motu composito expulsu ꝛ tractu. ꝛ ideo sicut in motu circulari oportet esse aliquid permanens a quo incipiat motus: ita ꝛ in motu progressiuo.

Caplm. xv. quod sic incipit. Omino quidē igitur ꝛ c̄. Declarat ꝙ oībus aīalibus participantibus motū comunē est habere appetitū ꝛ fantasiam ꝛ qualiter motus inest animalibus imperfectis etiam quomodo principium motus est oīni animali rationali.

Sicut prius dictum est aīal est motiuū sui in quantū est appetitiuū. appetitus autem nō sine fantasia. hec autē est duplex: quedam rationalis ꝛ quedā sensibilis qua participant alia aīalia carentia ratione. Considerandū tamē est de aīalibus imperfectis quibus inest solus tactus vtrum eis insit fantasia ꝛ appetitus sensibilis. videtur eīm eis esse tristitia ꝛ letitia que sine concupiscentia ꝛ appetitu esse nō possunt. ꝛ ideo dicendū est ꝙ sicut indeterminate mouentur: ita in eis insunt fantasia ꝛ appetitus indeterminate. Quāuis autē fantasia sensualis insit alijs aīalibꝯ deliberatiua tamē solum rationalibus. quod patet primo sic. deliberare vtrum hoc sit agendū magis vel illud est opus rationis. sola autē rationalia tali modo deliberant. secundo sic declarando quid sit magis agendū: necesse est inuenire aliquod vnū mensurans ꝛ illud esse magis elegibile ꝙ reliqua eligibilia imitantur. sed hoc facere solū possunt ratione habentia. qꝛ possunt facere vnū ex pluribus fantasmatibus comparādo ipsa ꝛ sillogizando ipsa ex ipsis. Et hec est ꝓpter quam irrationabilia nō habēt

opinionem q2.s. nō habent virtutē sillogizandi quā habent rationalia. appetitus etiam sensibilis nō habet deliberatiuū. Et licet appetitus sensitiuus nō habeat deliberatiuū: tamē in homine aliquādo mouet deliberatiuā potentiā aliquādo mouet se ipm aliquādo mouetur ab appetitu naturali quando continentia in homine dn̄antur utraq3 appetitus superior mouet inferiorē z tunc motus hominis est naturalis: quādo appetitus superior z p̄ncipalior mouet inferiorē. Moueri quidē potest appetitus inferior tribus rationibus. s. ab appetibili a se ipso. tertio ab appetitu rationali. In motu autē quo rationale mouet ab appetitu deliberatiuo scientificū. i. ꝓpositio seu extimatio z ratio vniuersalis ut est parentes honorādos esse: ita est imobilis ꝙ nō mouet particularis autē assūpta ut hec iste est pater meus ita mouet vel ꝙ ipa sola mouet z nō mouet ea que est vniuersalis vel vtraq3 est mouēs: vniuersali tamē mouente manente imobili z particulari existente variabili.

Capl'm. xvj. quod sic incipit. Vegetabile quidē z c̄. Manifestat quam habitudinē habeat vegetatiuū z sensitiuū adinuicē ad nutrientia z sensus ad aīalia.

Necesse est om̄e quod viuit habere aīam vegetabilē a principio gn̄onis usq3 ad finem corruptionis. cuius ratio est q2 quod generatur necesse est habere augmentū statum z declinationē seu decrementū. que sine alimento esse nō possunt alimentū autē per potentiā vegetabilē transit in alitum. Om̄ia autē viuētia nō est necesse habere sensum om̄e eīm animal z om̄e habens sensum necesse est habere tactū. nullum autē corpus simplex z quodcūq3 nō est susceptiuū spēꝝ sine materia habet tactum. z ideo nō est sensitiuū. multa autē habentia z viuentia ut herbe et plante sunt ad modū corpoꝝ simpliciū nec suscipiunt spēs sine materia. z ideo nō habent sensum. Necesse est autē om̄e animal habere sensum. natura autē nichil facit frustra eo ꝙ oīa subsistentia per naturā sunt propter aliquē finē vel propter aliqd ordinatū ad finem. Si igitur corpus aīatum mobile motu processiuo nō habet sensum nō poterit consequi alimentū z sic corrūpetur nec veniet ad finem ad quē opus nature ipm ordinauit. Aīalibus etiam que semp manent in eodē loco existit cōiunctum alimentū quo nata sunt nutriri hoc sensu mediāte percipiunt. om̄e igitur animal sensū habet. Nec dici potest corpus aīatum habere aīam z intellectū discretiuū quo perueniat ad finem sensum autē nō habere. siue tale motiuū exīs scōm locum sit generabile siue ingenerabile. ipm eīm carere sensu contingeret vel propter melius anime vel propter melius corporis. propter melius aīe nō oportet carere sensu. q2 ipa nō magis intelligit in aīalibus sine sensu: cum eius intelligere oriatur a sensu. nec propter melius corporis quia ipm nō magis conseruatur propter carentiam sensuum. nullū igitur corpus aīatum mobile processiue est sine sensu.

Capl'm. xvij. quod sic incipit. At vero si sensum habens. Determinat de habitudine sensus animalis ad corpus in quo proposito ꝙ necesse est corpus animalis compositum esse z nō simplex: prius manifestat tactum z gustum esse necessarios animali. alios autem sensus propter bene esse.

Omne corp9 habēs sensum necesse est esse cōpositū nam simplex esse īpossibile est. q2 tactum nō haberet. quē tactū om̄e sensitiuū habere necessariū est. Om̄e eīm animal est corpus aīatum z om̄e corpus est tangibile. tangibile est sensibile tactui. z ideo necesse est animal habere corpus tactiuū si debet saluari. alij eīm videlicet olphatus visus auditus sentiunt ꝑ media separata tactus aūt per medium cōiunctū z ideo animal nō poterit fugere nociua z accipere vtilia sine quib9 im

possibile est ipm̃ saluari nisi habeat sensum tactus. Gustus etiã cum sit alimẽti qd̃ est corpus possibile tangi est quidã tactus ⁊ ideo necessarius est animali. Est eĩm sensitiuus alicuius tangibilis ⁊ vegetatiui. sonus autẽ cuius respectu est auditus. ⁊ color cuius respectu est visus. ⁊ odor cuius respectu cuius est olphatus nõ alit nec faciunt augmentũ nec decrementũ. ⁊ ideo tactus ⁊ gustus sunt necessarij animali. nec possibile est animal esse sine tactu. alij autẽ sensus sunt propter bene esse ⁊ istos nõ est necesse in esse cuilibet generi aĩalium: sed tantũ quibusdã. s. habentibus motũ processiuum. talia eĩm aĩalia si saluari debent nõ solum sentire oportet aliquid cõiunctũ eis mediante tactu: sed etiã quod longe. quod sentire nõ possunt nisi sensu percipiẽte per mediũ qd̃ quidẽ patiatur ⁊ moueatur a sensibili ⁊ a quo medio moueatur sensus. Sicut eĩm mouens localiter permutat aliud usqz ad aliquẽ terminũ: itaqz pelendo medium facit ut mediũ moueat aliud in quo ordine primũ mouens propellit ⁊ nõ depellitur: vltimũ autẽ solum depellitur: mediũ autẽ seu vnum seu multa sint ⁊ depellunt ⁊ depelluntur: sic etiam in alteratione que fit a sensibili in sensum per mediuz sensibile qd̃ primũ est mouens: ita mouet ꝙ nõ mouetur. sensus autẽ mouetur ⁊ nõ mouet. medium autẽ mouetur a sensibili ⁊ mouet sensum. ita ꝙ manens in eodẽ loco alterat sensũ per mediũ sensibile: sicut si in cera imprimatur sigillũ seu figura: usqz ad tantũ excedi- tur alteratio facta a primo imp̃mente: usqz quantũ attingit virtus imp̃mentis. ⁊ cera mediante potest fieri aliqua impressio seu alteratio in lapide. lapis autẽ sic alteratus nõ mouet nec alterat aliud eo ꝙ non potest esse mediũ quo aliud alteretur aqua vero potest esse mediũ quo aliud etiam procul distans moueatur ⁊ alteretur. aer etiaz sic faciliter ⁊ multipliciter mouetur quod agit ⁊ patitur eo ꝙ propter sui raritatẽ de facili recipit sp̃ẽs sensibiliũ. quibus receptis agit in sensum. sicut patitur a sensibili ⁊ hoc si maneat vnus ⁊ idẽ non interruptus aliquo spisso terminato. Unde melius est dicere animal videre visu recipiente ⁊ paciente a visibili ut a figura ⁊ a calore ⁊ vniuersaliter ab objecto mouente mediũ eiũs vnũ quale mediũ est aer continuus ⁊ lenis ⁊ hoc mediate mouetur visum sicut sigilluz ingreditur cerã usqz ad aliquẽ terminũ quẽ ultimo mouet: quã dicere visionẽ fieri visu egrediente ⁊ repercusso.

Capitu. xviij. quod sic incipit. ꝙ autẽ impossibile sit ⁊c. Probat qd̃ superius propositũ est. s. corpus animalis nõ potest esse simplex adiungens ꝙ sine sensu tactus nõ potest animal existere ceteri vero sensus sunt ꝓpter bene esse.

Eo ꝙ impossibile sit corpus aĩalis simplex puta igneuz tantũ vel aereũ patet sic. oĩe corpus aĩalis est tactiuũ eo ꝙ habet sensum tactus sine quo nõ cõtingit aliquid sensum habere oĩa autẽ elementa simplicia preter terrã sensitiua sunt in quantũ ipsa possunt esse mediũ extraneũ sentiendi. tactus autẽ sentit ipsa tangendo imediate. Propter quod sortitur hoc nomẽ. s. tactus. ꝙuis eĩm alij sensꝰ sentiant tangendo. hoc tamẽ est per media separata. solus autẽ tactus per se ipm̃ sentit ⁊ qz nullum elementoꝝ est imediatũ sentiens: ideo nõ potest esse corpus aĩalis. qd̃ autẽ dictũ est de alijs elementis est etiam verum de terra. Quod autẽ corpus animalis nõ possit esse simplex maxime solum terrenũ patet sic. tactus sine quo nõ potest esse tale corpus est quedã medietas tangibiliũ. est etiam sensus susceptiuus nõ drïaꝝ solum que cõpetunt terre: sed etiam calidi ⁊ frigidi ⁊ oĩm possibiliũ tangendi. hec autem nõ sunt in simplici corpore maxime in solo terrestri. propter quod ossibus ⁊ capillis ⁊ huiusmodi partibus nõ sentimus qz terre sunt. propter quod etiam plãte nullum habent sensum quia terre sunt. nulluz eĩm sensitiuũ possibile est inesse alicui sine tactu

qui nō inest terre vel alicui elementoꝝ. Ex dictis etiam manifestū est qm̄ necesse est animalia priuato solo tactu mori quia non est possibile hunc sensum existere alicui quod nō sit animal nec alium preter hunc necesse est animali inesse ꝛ hec est causa ꝓpter quam sensibilia excellentia alioꝝ sensuum ut excellens color odor vel sonus ita corrumpunt sensus quod tamē nō corrūpunt per se animalia: licet scd̄m accidens possint ipsa corrūpere puta si cum vehementi sono fiat excellens depulsio ꝛ ictus corrūpunt tactum animalis ꝛ a calore seu odore mouetur animal ad aliquid corruptiuū. tactus etiam sapor corrumpit scd̄m quod est quid tactiuum. tangibilia autem excellentia puta calida ꝛ frigida ꝛ dura per se sunt corruptiua animalis. om̄e eñ excellens sensibile corrumpit sensum. ꝛ ideo excellens tangibile corrumpit tactum sicut determinatū est. Et qm̄ sine tactu impossibile est animal viuere idcirco excellentia tangibilia nō solum corrumpunt sensum: sed etiam animal. quod necesse est habere tactum si debet esse.

Alios sensus animalia habent propter bene esse ꝛ visum habent ad videndū in aere ꝛ aqua ꝛ vniuersaliter in diaphano. ut melius viuant. gustum autem ꝛ odoratum habent ut sentiant delectabile ꝛ triste in alimento ꝛ sentiendo concupiscant ꝛ moueātur ad necessarium alimentum. auditum autem habent ut aliquid significetur ipsis. vnde lingua ut per ipsam possit aliquid significare alijs aliquid conferēs ad bene esse.

Expliciunt libri de anima.

Capitula primi libri metaphisice.

Primum capitulum probat necessitatem scientie ex naturali desiderio quod est in hominibus scire aliquid.

ij. comparat experimentum arti ⁊ scientie ostendens ipsum precellere quantum ad agere ⁊ precelli quantum ad scire.

iij. comparat scientiam speculatiuam ad praticam ut ostendat speculatiuam esse nobiliorem.

iiij. ex conditionibus sapientis probat primam philosophiam proprie dici sapientiam.

v. manifestat primam philosophiam esse speculatiuam diuinam liberalem honorabilem ceteris.

vj. determinat necessitatem considerandi que ⁊ quot sunt cause entis prosequens opinionem naturalium de causa materiali.

vij. ꝙ euidentia rei coegit antiquos ponere causam efficientem sine qua non est generatio ⁊ etiam causam finalem.

viij. ꝙ causa unde principium motus non est ponenda una sed plures de quibus imperfecte locuti sunt antiqui.

ix. ꝙ leucippus ⁊ democritus causam materialem tetigerunt ex qua assignauerunt diuersitatem entium.

x. continet opinionem pictagoricorum ponentium numeros ⁊ passiones ipsorum principia rerum.

xj. continet opinionem loquentium de toto ente tanquam de una natura singulari.

xij. continet opinionem platonis de principijs ⁊ in quo differat a pictagoricis.

xiij. continet sumatim dicta antiquorum de causis qui non inueniuntur posuisse nisi quatuor causas de quibus dictum est in phisicis.

xiiij. improbat opinionem ponentium tantum unum principium materiale ⁊ hoc corporum.

xv. improbat opiniones ponentium plura materialia principia specialiter empedo. ⁊ anaxa.

xvj. improbat opinionem pictagoricorum declarans eorum insufficientiam.

xvij. improbat opinionem platonis de ydeis ⁊ declarat insufficientiam positionis ⁊ inconuenientia.

xviij. improbat opinionem platonis sex rationibus ponentis ydeas esse quedam exempla.

xix. alijs sex rationibus improbat dictum eius quantum ad hoc ꝙ ponit numeros ydeas.

xx. improbat opinionem platonis de principijs entium quantum ad rationem essendi.

xxj. improbat quattuor rationibus opinionem eiusdem secundum ꝙ dicit ydeas esse principium sciendi.

Capitula secundi libri.

Primum capitulum declarat facilitatem ⁊ difficultatem cognitionis veritatis que difficultas prouenit ex parte intellectus nostri.

ij. declarat primam philosophiam esse scientiam veritatis cognite per primam causam que est maxime ⁊ neccessario vera.

iij. probat ꝙ est status in causis ⁊ primo in efficienti ⁊ materiali.

iiij. quod est status in causis finalibus et formalibus et etiam generationibus ipsorum.

v. declarat impedimenta cognitionis veritatis ⁊ que obseruanda sunt volenti inquirere noticiam ipsius veritatis.

Capitula tertij libri.

Primum declarat ꝙ dubitare est vtile ad querandum noticiam veritatis.

ij. enumerat quosdam opiniones de quibus tractandum est in sequentibus.

iij. inquirit disputatiue vtrum vna scientia aut plures consideret causas entium ⁊ si plures que ipsarum sit prima philosophia.

iiij. vtrum de primis principijs consideretur in vna scientia ⁊ vtrum eadem scientia sit de eis ⁊ de substantijs.

v. vtrum omnium substantiarum sit vna scientia simul considerans substantiam ⁊ eius accidentia.

vj. vtrum preter substantias sensibiles sint alie substantie ⁊ vtruz ydee ⁊ mathematica eiusdem generis.

vij. vtrum genera sint magis ponenda principia entium ꝙ̄ materia ⁊ forma ⁊ econuerso.

viij. vtrum genera sint magis ponenda principia entium ꝙ̄ species que imediate predicantur de indiuiduis.

ix. vtrum sit aliquod vniuersale preter singularia. ⁊ vtrum sit aliqua forma separata a sensibilibus.

x. vtrum sit vna forma substantialis oium entium ⁊ vtrum oium sint eadem principia.

xj. vtrum corruptibilium sint eadem principia.

xij. vtrum ens ⁊ vnum sint substantie rerum vel aliud ab eis.

xiij. vtrum numeri ⁊ diuisiones mathematice ⁊ puncta sint substantia entiū.

xiiij. vtrum preter sensibilia ⁊ mathematica necesse sit ponere ydeas.

xv. vtrum principia sint aliquid actu tantum. ⁊ vtrum singularia vel vniuersalia sint rerum principia.

Capitula quarti libri.

Primum declarat ad primum philosophum pertinere considerare ens in quantum ens ⁊ causas ipsius ꝙ̄uis ens multis modis dicatur quia habet vnitatem analogie od primum ens de quo principaliter considerat prima philosophia.

ij. ꝙ vnum ⁊ ens idem signant ⁊ ꝙ tot species vniuscuiusq̧ quot entis de quibus oibus est eadem scientia.

iij. ꝙ ad ꝑmum philosophū pertinet considerare ꝺ pluralitate siue multitudine ⁊ eius speciebus.

iiij. ꝙ eius est speculari de omnibus propter hoc ꝙ speculatur de ente ⁊ passionibus eius.

v. ꝙ primi phi est speculari de principijs per se notis ⁊ de indemōstrabilibus quibus alie scientie vtantur.

vj. ꝙ primi phisici est considerare primum principium per se notum. scilicet ꝙ non contingit idem simul inesse et non inesse.

vij. disputat contra negantes principia ex suppositione significanti nominum.

viij. propter quid si opposita verificantur de eodem nichil predicabitur de aliquo per se sed omnia erunt accidentia.

ix. declarat ꝙ̄ si contradictoria verificantur de eodem nichil predicabitur de aliquo per se sed omnia erūt accidentia.

x. probat sillō diuisiuo ꝙ nec oio cōtradictoria nec quedā de eodē verificātur.

xj. probat idē per id qḋ res aliqḋ determiate signat ⁊ per hoc ꝙ magis ⁊ minus vez est respectu maximi veri.

xij. cōtinet diuersos modos disputādi cōtra negātes ꝑncipia ex diuersis causis. ⁊ quid mouit antiquos ad opinandum opposita verificari de eodez soluēs ipsorum motiua.

xiij. ꝙ opinari omia que apparent vera esse prouenit ex opinari intellectum ⁊ sensum esse idem.

xiiij. excludit motiua opinantiuz omnia aparentia esse vera ⁊ omia esse in cōtinuo motu.

xv. sex rationibus q̄ non om̄e apparens est verum.

xvj. improbat opinionem negantiū rationes predictas ꝛ dicentium q̄ de om̄ibus est querenda demonstratio.

xvij. concludit contraria non verificari de eodem. si contradictio de eodem verificatur.

xviij. improbat opinionem dicentium om̄ia esse tantum falsa. ꝛ om̄ia esse tantum vera.

Capitula quinti libri.

Primum distinguit quot modis dicitur principium. ꝛ q̄ om̄i principio commune est q̄ sit proprium.

ij. distinguit genera causarū in quattuor ꝛ q̄ proprietates ipsorum sunt tres modi ꝛ quilibet est actu vel potentia.

iij. diffinit quid est elementum ꝛ de quibus proprie ꝛ de quibus translatiue dicatur elementum.

iiij. distinguit quot modis dicitur natura ꝛ q̄ principaliter ratio nature saluatur in forma substantiali.

v. distinguit quot modis dicitur necessarium ꝛ q̄ necessarium requiritur tam in demonstrationibus q̄ in primo ente.

vj. declarat quot modis dicitur vnū per accidens ꝛ quot modis vnū per se.

vij. q̄ ratio vnius consistit in indiuisione ꝛ q̄ multa dicuntur vnum per habitudinem ad aliquid vnum.

viij. q̄ tam ens scd̄m accidēs q̄ ens scd̄m se multipliciter dicitur.

ix. q̄ substantia dicitur quattuor modis que reducuntur ad duos.

x. quot modis dicitur idem secūdū accidens. ꝛ quot modis dicitur idē secundum se ꝛ quomodo differunt diuersum ꝛ differens.

xj. quot modis dicuntur similia ꝛ opposita contraria ꝛ diuersa specie.

xij. q̄ priora ꝛ posteriora dicitur quadrupliciter.

xiij. quot modis dicitur potentia potens ꝛ im potentia impossibile.

xiiij. quid est quantū ꝛ q̄ diuiditur per discretum ꝛ continuū ꝛ que sunt quanta per se ꝛ per accidens.

xv. q̄ qualitas dicitur quattuor modis ꝛ q̄ reducuntur ad duos.

xvj. q̄ relatio habet tres species et q̄ quedā dicuntur ad aliquid per aliquid q̄dam per aliud quedam per accidens.

xvij. q̄ perfectū dicitur tribus modis

xviij. quid est terminus ꝛ q̄t modis dicitur ꝛ qualiter se habet ad p̄ncipium.

xix. quot modis dicitur scd̄m quid et quid est dispositio.

xx. quot modis dicitur habitus.

xxj. quot modis dicitur potentia.

xxij. quot modis dicuntur priora.

xxiij. quot modis dicitur habere.

xxiiij. quot modis dr̄ aliqd ex aliquo.

xxv. quot modis dicitur pars.

xxvj. quid est totū ꝛ quotiens dicitur.

xxvij. quid est colobon.

xxviij. quotiens dicitur genus.

xxix. quotiens dicitur falsum.

xxx. quid est accidēs ꝛ quotiēs dicitur

Capitula sexti libri.

Primū declarat q̄ prime ph̄ie est q̄rere causas entis in quantum ens.

ij. q̄ ph̄ica ꝛ matemathica sunt speculatiua tamē cōsiderāt ens in quantū ens

iij. q̄ quedā scientia alia a predictis ꝛ prior ambobus ꝛ vniuersalior ip̄is considerat ens in quantum ens.

iiij. declarat q̄ nulla scientia speculatur per se de ente secundum accidens.

v. quid est accidens ꝛ quid est eius causa ꝛ quare eius non est scientia.

vj. q̄ entis secundum accidens non est causa necessaria.

vij. quid est verum ꝛ quid est falsum.

Capitula septimi libri.

Primum declarat substantiam esse ens primum ita ꝙ prior est accidente ratione, notitia ⁊ tempore.

ij. ꝙ substantia sensibilis manifesta ē nobis ⁊ perscrutandum est vtrum sit alia preter ipsam.

iij. diuidit substantiā in formā vniuersale genus ⁊ subiectum prosequens de substantia quanta que diuiditur in materiam formam ⁊ compositum.

iiij. determinat de quidditate rerum sensibilium per quā deuenitur in noticiā quidditatis intelligibilium ⁊ c̄.

v. declarat ꝙ quidditas etiam insensibilibus conuenit rei cuius est quidditas ⁊ scdm̄ se ⁊ ꝙ entis per accidens non est quidditas.

vj. ꝙ diffinitio accidētiū maxime propriaꝝ passionū est ex additione.

vij. ꝙ quidditas ⁊ cuius est quidditas nō sunt idez in ente per accidens licet sint idem ī ente per se.

viij. ꝙ in his que fiunt a natura siue ab arte siue a casu est aliquod efficiens ⁊ aliquid ex quo ⁊ aliquid factum.

ix. ꝙ in omni eo quod fit inest materia ⁊ forma ita ꝙ materia de quibusdā formis in ea predicatur denominatiue.

x. ꝙ forma per se non generatur sed compositum.

xj. ꝙ ydee nō sūt necessarie ad generationem.

xij. quare quedam fiunt simul ab arte ⁊ casu. quedam ab arte tantum. omīa tamen fiunt ex principio vniuoco.

xiij. vtrum oēs partes rei sint de esse quidditatis ipsius.

xiiij. ꝙ q̄dā sūt partes priores ⁊ quedā posteriores toto diffinibili ⁊ ꝙ materia in quibusdam est de eē speciei. ⁊ ꝙ partes diffinitionis sunt partes speciei ⁊ nō indiuidui.

xv. que partes sint speciei ⁊ que indiuidui ⁊ ꝙ materia non videt esse pars speciei.

xvj. ꝙ in quibusdam materia est de esse speciei licet non omnis pars aīalis sit de eius essentia ⁊ ꝙ est forma principalis.

xvij. ꝙ diffinitio sit vna ratio licet habeat partes diuersas propter vnitatem differentie vltime.

xviij. concludit quinqz rationibus ꝙ vniuersale nō est substantia ⁊ duobus inconuenientibus ꝙ est substantia.

xix. ꝙ impossibile est ydeas esse substantias separatas ⁊ ydeas quasdaz si species ex genere ⁊ differentijs constant

xx. ꝙ nullum singulare in quantum singulare diffinitur. ⁊ ꝙ quedam sunt in potentia ⁊ non omnes sunt in actu.

xxj. ꝙ ens ⁊ vnum non significat substantiaz entium ⁊ ꝙ positio ydearum habet aliquid recti.

xxij. ꝙ quidditas et forma substantialis est principiū cuiuslibet rei per quā respondetur ad questionez propter quid que questio nō habet locum in simplicibus sed in compositis.

xxiij. ꝙ forma totius non est elementum nec ex elementis ⁊ ꝙ ipsa posset dici esse elementum ⁊ principium essendi.

Incipiunt capitula octaui libri.

Primū capl'm recolligit que in septimo dicta sunt ordinans ipā ad perscrutandum substantiam sensibilem.

ij. determinat de substantia sensibili ꝙ aliter materia aliter forma aliter compositum dicitur substantia.

iij. ꝙ omē significans totum principalr̄ signat formā q̄ est ratio essēdi nec per se gn̄atur ⁊ assimilatur numeris.

iiij. ꝙ licet oīa generabilia sint ex eadem materia p̄ma tamen diuersorum est diuersa materia proxima.

v. ꝙ forma nõ fit ex forma sed compositum ex composito ꝛ quo modo materia se habet ad contraria.

vj. ꝙ causa vnitatis rei habentis partes est ꝙ altera pars est potentia altera est actus eius inseparatis in materia forma est causa vnitatis.

Capitula .ix. libri.

Primus probat ꝙ om̄is potentia reducitur ad actum sicut ad primū quia differt a passiua vtriqȝ tamē opponitur in potentia oppositio priuatiua.

ij. ꝙ quedā potentie sunt in rebus inanimatis alie vero in rebꝰ aiatis quarū quedā sunt rationales quedā vero irrationales.

iij. improbat opinionē dicentiū nichil est in potentia nisi quando est in actu licet idem sit actus ꝛ potentia.

iiij. diffinit quid est possibile ꝛ ꝙ nomen actus venit ad noticiā nr̄am ex motibus

v. ꝙ potentie naturales predicte sūt actus. acquisite vero sunt per actus ita ꝙ irrationales potentie statim agunt ac suo approximato passiuo. rationabiles autem nō. nec simul agunt duo contradictoria. sed sicut contrarioꝝ.

vj. est qd actꝰ ꝛ ꝙ ipsius est duplex diuisio.

vij. qm̄odo aliquid est in potentia ad aliquid ꝛ quomodo nō.

viij. ꝙ actus prior est potentia. ratione substantia ꝛ tēpore aliqñ posterior.

ix. probat quattuor rationibus ꝙ actꝰ prior est potentia.

x. ꝙ in bonis ꝛ studiosis melior est actus potentia in malis autē deterius ꝛ ꝙ malum posterior est rebus nec est in sempiternis.

xj. ꝙ actus prior est potētia cognitione quia que in potentia sunt tunc cognoscuntur quādo deducuntur ad actū.

xij. ꝙ verum ꝛ falsū in compositis est per componi ꝛ diuidi in simplicibus autem verum est per attingi.

Capitula decimi libri.

Primū declarat ꝙ vnū quadrupliciter dicitur. s. continuū totum ꝛ perfectū indiuisibile specie singlare quibus cōuenit ratio vnius nō equaliter sed scd̄m prius ꝛ posterius.

ij. ꝙ in quolibet genere est vnuȝ primū mensurās ꝛ hoc maxime reperitur in quātitate ex qua diriuatur ad alia.

iij. ꝙ eiusdē possunt esse plures mensure reducibiles tamē ad vnā simpliceȝ ꝛ vnigeneā mensurā.

iiij. vtrum sit aliqua substantia separata mensurās om̄s substātias ꝛ vtrum ens ꝛ vnū idē significant

v. ꝙ vnū ꝛ multa opponūtur priuatiue ꝛ quot sunt spēs vnius quot multitudis nec idē est dr̄ia ꝛ diuersitas.

vj. ꝙ contrarietas est perfecta ꝛ maxima dr̄ia ex qua verificantur om̄s diffinitiones contrarioꝝ.

vij. ꝙ in om̄i contrarietate saluatur aliquo modo oppositio priuatiua.

viij. ꝙ vnum opponitur multis ꝛ equale magno ꝛ paruo nō contrarie sed priuatiue.

ix. ꝙ vnuȝ est mensura multitudinis nō prout multitudo dicit excedentiā sed quantitatē discretam.

x. ꝙ media sunt ex contrarijs propter hoc ꝙ sunt in eodem genere cuȝ contrarijs ꝛ media ipsoꝝ.

xj. ꝙ dr̄ia specie continētur sub eodē genere qđ diuiditur in eis per dr̄ias ꝛ contrarietas est dr̄ia specifica.

xij. ꝙ sola contrarietas que est ex parte forme facit dr̄iam specificam ꝛ nō illa que est ex parte materie ut masculinum ꝛ femeninum.

xiij. ꝙ licet contraria specie differant tamē corruptibile et incorruptibile differunt genere.

Capitula.xi.libri.

Primum declarat quasdã questiões factas in tertio libro.

ii. declarat alias q̃stiões tactas ibidẽ.

iii. ꝙ entis in quantũ ens est vna sciẽtia propter vnitatẽ anologie q̃z omia entia habent ad primũ.

iiii. ꝙ primi phõi est cõsiderare ens in quantũ ens. ⁊ passiones eius nec non principia comunia oĩ mentium.

v. disputat contra negantes hoc principium. nõ cõtingit simul idem esse et non esse.

vi. ostendit ꝙ eraclitus negauit dictũ principium. similiter anaxa.

vii. soluit ⁊ destruit opiniones falsas de dicto principio.

viii. excludit quinqz rationibus opinionem dicentium omia esse in cõtinuo motu ⁊ fluxu.

ix. ostendit qui sunt bene curabiles ⁊ qui nõ de his qui opinantur falsa esse principia.

x. ꝙ oĩs scientia supponit subiectũ de quo probat passiones per principia ⁊ phia que est de substãtia cuius forma est in materia altera est a prima phia.

xi. ꝙ de ente scdm accidẽs nõ est sciẽtia qz eius sunt cause infinite similiter de ente ꝙ est verũ scientia nõ est qz ipsius non queruntur principia.

xii. ꝙ motus est actus entis in potentia scdm ꝙ in potentia sicut dictum est in tertio phisicorum.

xiii. recapitat ea que de fortuna dicta sunt in secundo phisicorum.

xiiii. quot modis dicitur infinitũ ⁊ ꝙ impossibile est ipm esse actu separatum

xv. ꝙ impossibile est corpus sensibile esse infinitum.

xvi. ꝙ aliquid mutatur scdm accidẽs aliquid per partez aliquid per se ⁊ ꝙ motus eodem modo diuiditur ut dictum est in quinto phisicorum.

xvii. ꝙ motus sunt tres spẽs nec motus est in substãtia nec in ad aliqd nec in passione ⁊ actione ut dictũ est ibidẽ.

xviii. quot modis dicit̃ imobile ⁊ qd est simul tangere ⁊ sic de alijs intentioibus ibidem positis.

Capitula.xii.libri.

Primũ ꝙ phõi primi est cõsiderare de substãtia q̃ diuidit̃ in sensibile in sempiternũ ⁊ insensibilẽ corruptibilẽ. ⁊ ꝙ oĩs substantia sensibilis habet materiã.

ii. ꝙ forma ẽ pars substãtie sensibilis q̃ est ad modũ habitus ⁊ ꝙ in quibusdã nõ est separabilis a substãtia cõposita.

iii. ꝙ substãtie ⁊ aliorũ predicamẽtorũ principia realiter sunt diuersa proportionabiliter tamẽ sunt eadem. s. materia. forma. ⁊ priuatio.

iiii. ꝙ necesse est esse aliquã substãtiã sempiternã imobilẽ semper actu agentez in qua nõ est potentia.

v. ꝙ substãtia prima sẽpiterna q̃ actus purus est mouet ut finis per se est intelligibilis ⁊ optimũ ens mouẽs alia.

vi. ꝙ ipsa habet delectationẽ in se ⁊ est vita simplex ⁊ impassibilis.

vii. ꝙ numerus substantiarũ separatarum querendus est ex numero corporũ sempiternorũ circulariter motorum que sunt. lv. vel. xlvii.

viii. concludit tot esse substantias separatas q̃t sunt sphere mobiles celestes.

ix. mouet quinqz dubitationes circa intellectum prime substantie.

x. ⁊ ultimum ꝙ in natura vniuersi est duplex bonum scilicet ordinis ⁊ principis. quia princeps est principium primũ ꝙ natura non patitur plurificari scd requirit ipm esse primum.

Quod quidem principium est deus trinus ⁊ vnus qui est benedictus in secula seculorum Amen.

DEO GRATIAS

Omne quod est in potentia ad aliquam perfectionem naturaliter appetit perfici per ipsam et quia homo aptus natus est perfici per scientiam ad quam est in potentia sicut ad perfectionem suam ideirco naturaliter desiderat scire. Et hoc est quod dicit prima propositio huius libri. omnes homines naturaliter scire desiderant. In hijs autem que naturaliter scire desiderant illud maxime desiderant quod est nobilius infra naturam ipsorum. Et quoniam inter scientias naturales conformes intellectui hominis qui utitur noticia proportionata sensibus metaphisica est suprema: hinc est quod de se magis est appetibilis ab intellectu prosequente scientiam principaliter propter scire quod autem metaphisica talis sit patet. scientiarum vna nobilior est alia propter alterutrum rationum. primo quia est de suo nobiliori quomodo scientia de anima nobilior est quam scientia de corporibus. ij. Quia de modo certiori sicut geometria melior est quam phisica. demonstrationes enim geometrice certiores sunt demonstrationibus phisicis ut dicit commentator. ij. metaphisice. iij. quia est de fine vlteriori quomodo dictum est primo ethicorum quod militaris nobilior est frenefactiua. Et quia metaphisica tractat de hijs que pertinent ad nobilius subiectum. scilicet de prima substantia hoc et in certiori modo quia per primas. hec enim ordinat ad vltimum finem scilicet ad patrem ... ideirco perfectior est inter scientias que possunt naturaliter acquiri et per consequens magis appetibilis ... Cum igitur serenissime princeps diu studuerim ... intellectus uester qui propter curam regalis prudentie oportet ad sensibilia plerumque conuersus possit interdum prime philosophie speculationi vacare ipsam primam philosophiam que vulgo methaphisica dicitur distincta capitulis sub his clarioribus explanatam necnon et in aliquibus locis diffusionibus breuiatam vestre excellentie ob cuius reuerentiam hoc opus aggressus fui iam offero et ascribo. in quo si quid bene dictum est deo tamquam primo et principali tribuat auctori. quicquid autem defectus mee imperitie deputetur.

Omnes homines natura scire desiderant et cetera. Primus liber methaphisice. Capitulum primum probat necessitatem scientie et naturalis desiderio quod inest hominibus ad scire. declarans hoc desiderium ex dilectione noticie sensitiue. et manifestans gradum cognitionis in animalibus et hominibus.

Omnes homines natura scire desiderant cuius signum est sensuum dilectio. sensus enim diliguntur ab omni animali et si nulla alia vtilitas preter cognitionem sensitiuam sentienti debeat prouenire. Et inter sensus ille magis diligitur ex quo maior noticia nobis prouenit scilicet visus hic enim sensus magis cognoscere nos facit. quia propter minorem immersionem cum materia intensius facit nos cognoscere et propter maiorem ambitum sui obiecti scilicet lucis plures differentias nobis ostendit quam alius sensus lux enim siue lucidum quod est obiectum visus in pluribus differentijs reperitur quam alicuius alterius sensus. Animalia quidem igitur ex sua natura habent virtutem sensitiuam eo quod animal in esse animalis constituitur per sensum. ex sensitiua tamen virtute quibusdam animalibus non inest memoria quia non sentiunt nisi in presentia sensibilis quibusdam uero animalibus inest. scilicet illis que retinent intentionem sensatam in absentia sensibilis. Animalium vero quibus inest memoria quedam participant prudentiam per quam operantur debitis medijs ad conseruationem vite et hec sunt animalia que cum virtute sensitiua habent memoriam. non tamen habent sensum auditus ut apis et similia. quedam uero cum sensu et prudentia sunt disciplinabilia que cum memoria habent et vigent in sensu auditus. Animalia igitur cetera solis imaginationibus et memorijs viuentia parum participant experientia. hominum autem genus arte et ratione viuit. Hominum igitur

A.j.

Signum cur omnes homines scire desiderant ... dilectio sensuum ...

Duplici ratione diligimus magis sensum visus quam alios sensus

quedam animalibus inest memoria quibusdam uero non

tur ex memoria fit experimẽtum. q2 multe memoratiões eiusdem rei faciunt virtutem vni us experimenti. quia experimentum arti ꝛ scientie simile esse videtur. Hominibus autem per experientiam euenit ars et scia. ideo bene dixit polus idest thimeus qui dixit ꝙ experientia artem facit et in experientia casum. Cum enim ex multis experimentalibus conceptionibus tamq̃z ex qbusdaz similibus fiat vnus conceptus comunis ꝛ vna comũis acceptio: hoc est principium artis ꝛ scie vt quãdo qs habet quandã conceptionez ex sensationibus causatam ꝙ hec herba cõtulit sanitatem calie sacrati ꝛ multis singularibus eadez infirmitate: experimẽtũ est. habere aũt vniuersalẽ cognitionem ꝙ omnibus eiusdẽ speciei laborantibus aliqua egritudie determinata talis medicina contulit. hec ẽ aũt artis.

Capitulum secundum quod sic incipit ad agere quidẽ ꝛc̃. Cõparat experimentum ad artem ꝛ scientiam ostendens ipsum precellere q̃ntum ad agere ars autem p̃cellere ipuz q̃ntũ ad sciaz.

Ad agere quidẽ igiẽ expientia non vĩ differe ab arte. ita enim agere possunt experti sicũt artifices sed et videmus exptos in actione magis proficere sine arte: ꝙ habentes ratiõem sine experientia, Cuius causa est q2 cognitio respiciens singularia q̃lis ẽ experientia: magis proficit in actionibus eo ꝙ actiões sũt circa singularia ꝙ cognictio p se respiciens vniuersalia q̃lis est ars. dico autez actiões esse circa singularia. q2 medicus nõ sanat hominẽ nisi per accidẽs sanat enim caliam aut socratem aut aliquẽ singularez hominem cui in quãtum sanaẽ accidit hominem esse. Si quis sine experimẽto habeat rõnem ꝙ cognoscat vniuersale ignoret aũt particulare contineñ sub illo vniuersali: multociens peccabit in curatione eo ꝙ cura magis singulare sit igitur q̃ntum ad agendum experientia multociens plus valet ꝙ ars. Sed tñ scire ꝛ intelligere magis arbitramur fieri et esse per artem ꝙ per experimẽtum. ꝛ artifices arbitramur sapientiores esse expertis: tanq̃ sapia magis existente omnibus per scire ꝙ per solum experiri. Cuius ratio est q2 sciẽtes cognoscunt causam ꝙ expti ignorant. expti enim de re sciũt quia est: sed non propter quid ꝛ causaz hoc autem est scire ꝛ intelligere rem. s. cognoscere causaz et propter quid ipi9. vnde ꝛ archi tectores. i. principales artifices in qualz arte nobiliores magis scientes et etiam sapientiores putamus manu artificibus. q2 illi sciũt causas factorum. Sed ꝛ manu artifices deno minamus sicut ꝛ quedam in animata. q2 operãdo non agant secundũm sciẽtiam. sed poti9 ẽx quodam quasi impetu sicut ignis exurit. tñ ꝙ hec est differentia inter inanimata agẽtia per naturam ꝛ manu artifices agentes per solaz experientiaz quia vnu mq̃dq3 agit ex in natura: sed manu artifices per consuetudinem non ergo sũt artifices sapientiores secundum ꝙ pratici propter experiẽtiam: sed potius secũdum ꝙ ipsi habent rationẽ ꝛ cognoscunt causam. Et omnino signum scientis est posse docere. habentes autem artem docere posũt manifestando adiscenti causam rei. experti aũt docere non possunt cum ignorãt causaz. Et ideo existimamus ꝙ ars plus participat de scientia ꝙ experimẽtum. Amplius aũt non ponimus cognitionẽ habitam per quencũq3 sensum sapientiam esse. q2 ex sensib9 proprie fit cognitio singulariũ ꝛ de nulla re sensitiua cognitio dicit propter quid: sed tantum q2 est. sicut tactus non dicit de igne propter quid calidum sit. sed solum quia calidum est: quia igitur experiẽtia non excedit sensitiuam cognitionem: ideo non debet dici sapiencia.

Capitulũ terciũ quod sic incipit primũ quidez igitur conueniens ꝛc̃. Conpat sciaz speculatiuaz ad praticaz. ut ostendat speculatiuam esse nobiliorẽ et magis dignam noĩe sapiẽtie.

Primuz quidem cõueniens est ab hoībus honorari et admirari inueniẽtez q̃mlz sciẽtiam excedentem omnem cognitionem sensitiuam. et tale admirari cõuenit nō solū propter aliquam utilitatez inuētoꝝ: sed sicut sapiẽtez et ab alijs differentē. dico non propter aliquam vtilitatē quia pluribus repertis artibus quaꝝ quedā sunt vtiles ad necessaria uite sicut mōales ꝛ mechanice q̃dam uo ad introductionē sic gramatica logica et rethorica: speculatiue sciē reperte sunt. q̃ꝝ inuentores arbitrandum ē esse sapientiores inuentoribus practicarum per hoc ꝙ sciē ipsorū nō ordināt ad aliquē usum. Cuius signuz est quia iam institutis omnibus sciētijs q̄ sunt vtiles ad vsum humanum: ille sciētie sunt reperte que nec ad voluptatez vitē ordināt nec ad necessitatem: scilicet speculatiue vnde circa egiptum scilicet in his locis in quibus uacabāt tāq̄ sacerdotes nō indigētes nꝫcessaria sibi procurare primuz cōsisterūt mathematice sciētie que sūt de numero speculatiuarum. Que autem sit differētia artis ꝛ sciētie et aliorum habituū intellectualium in moralibus scilicet in sexto ethicoꝝ dictum est. Cuius autem gratia nunc facimus hūc tractatum hoc ē ꝙ omnis qui existimat sciētiam circa primas causas et principaliter nōminatam sapiētiam. Et hanc propter sui nobilitatez esse speculatiuam sicut superius dictum est expertus videtur sapiētioꝛ habente q̃mcumqꝫ cognitionem sensitiuaꝫ. artifex sapiētior expertis. architectoꝛ autem sapientioꝛ artifice manuali. sed speculatiue plus habēt de ratione sapiētie q̄ cetere sciētie. Et sic patet ꝙ scientia quaꝫ querimus est sapientia. est etiāꝫ circa causas et principaliter cum sit nobilioꝛ scientiarum et prima.

Capitulum quartum quod sic incipit. quoniāꝫ autem scientiāꝫ hanc q̃rimus. Manifestat ex conditionibus sapientis ꝙ methaphisica proprie debet dici sapientia.

Quoniam autem hanc scientiam quaꝫ querimus est circa causas et principia prima considerādum est quomodo hec conuenienter dicatur sapientia. quod quidem fiet manifestum si accipiantur consideratiōes seu conditiones quas ponimus in sapiente que tales sunt. Itaqꝫ primum existimamus sapientem non illum qui habet scientiam aliquorum tanq̄ singularium: sed potius scientem omnia. sicut contingit omnia sciri ab intellectu finito. Secundo existimamus sapientem non solum leuia: sed etiam difficilia potentez cognoscere. leuia autem ad cognoscendum sunt sēsibilia quia sentire est comune omnibus animalibus. et ideo facile est et nō sophō sensibilia cognoscere. Tertio existimamus sapientem debere habere certiorē cognitionem et alijs de his que cognoscit. Quarto extimamus ipsum potentem docere: cum possit reddere causas circa omne scibile seu de omni scibili. quinto existimam9 eum habere scientiam liberam que sui ip͡sius et non alterius causa ē. scientia est que est alicuius scibilis quod elegibile sciendi qua magis ē sapientia q̄ ea que gratia alicui9 vtilitatis possibilis euenire propter scire. Existimam9 sapientez habere scientiam principalem ꝛ non subseruiētem. quia principalis magis est sapientia q̄ subseruiens et subalternātis q̄ subalternata et bene sapientem existimamu s habere scientiam principalez: q2 ipsius sapientis est non ordinari in aliud quod pertinet ad scientiaꝫ subseruientē: sed potius ordinare quod pertinet ad scientiam principalem. Nec sapientem oppoꝛtet suaderi: sed ab ipso minus sapientez cōuenit suaderi. Tales igitur conditiones et tot putamus cōuenire sapiētie et sapienti. Istoꝝ autem q̄ nūc dicta sūt primū conuenit sapienti oīa scire necesse est esse habēti sciāꝫ vniuersalez videlꝫ de ente in quantum ē ens q̄lis est methaphicus. iste enī aliquo modo nouit omnia subiecta enti. i. in quib9 saluatur ratio entis. Secundū autez. s. cognoscere difficilia inest methaphisico q2 cognos-

proprie methaphisica [illegible] dici sapientia

cit vniuersalia que maxime sunt difficilia omnibus ad cognoscenduz: cum sint ab omnibus sensibus remotissima a quibus incipit humana cognitio. Tertium etiam videlicet habere notitiaz certiorē ad methaphisicum ptinet. quia ille de numero scientiaz certissime sunt que de maxime prioribus sunt eo φ priora sunt simplitiora z magis necessaria. scientie enī q̄ sunt ex pautioribus. i. de prioribus et simplicioribus certiores sunt his que sunt ex additione idest de compositioribus z minus simplicib9. sicut arithmetica. cuius sbm. s. numerus siue quantitas discreta resoluitur ad vnitatē certior est φ geometria. s. q̄ntitas cōtinua q̄ resoluitur ad punctum eo φ vnitas prior z simplitior sit puncto. cum punctum sit vnitas habens positionē. Quartum. s. posse omnium docere cōuenit methaphisico eo φ cognoscit causas primas circa omnes effect9 entis. illa aūt sciētia q̄ est speculatrix causarū pure est doctiua. qz hi possūt docere causas de olbus. Quintum scilicet habere scientiam que est sui gratia maxime est in primo pho cum habeat scientiā de maximo scibili. maxime aūt scibilia sunt principia prima et prime cause qz per hoc et ex his alia cognoscūt et non ipsa per sbcta idest per pricipiata et causata ex his. Sextum scilicet habere principalez scientiam conuenit primo philosopho eo φ principalis sciarum est ea que cognoscit causaz propter quam agenda singula hec est causa finis vltimus nature. quia finis est causa causaz. finis aūt vltimus est illud quod est bonum vniuscuiusqz entis et optimū in prima natura. s. prima sba de qua prim9 philosophus considerat. Ex omnibus igitur q̄ dicta sunt patet φ nomen q̄situm scilicet sapiētia conuenit scientie quam querim9 scilicet methaphisice cum ipsa sit speculatiua primoz entium et causaz primarum eo φ bonum vltimū de quo considerat est illud cuius gratia sunt alia et etiam est principium.

Capitulum quintum quod sic incipit. quia vero non actiua z cē. Manifestat conditiones prime philosophie. quaz prima est φ ipsa non est pratica sed speculatiua. ij. φ est libera. iij. φ ē diuina. iiij φ honorabilior et dignior ceteris et φ terminatur ad scire sicut incipit ab admirari.

Primam philosophiam non esse actiuam sed speculatiuā palā est ex primis philosophantibus. nam homines et nunc et prius propter admirari inceperūt philosophari. primum quidem admirātes pautiora dubitabilia philosophati sunt d ipsis. deinde paulatim procedētes et de majoribus dubitantes ut de passionibus lune et de his q̄ fiunt circa solem et astra et de grauitate querendo causas eorum quas ignorabāt philosophati sunt eis in meritis. qui enim dubitabāt et admirantur ignorare videntur effectus causam de quo admirātur. Et quoniam philosophi inceperūt querere causas eorum de quibus admirabātur: idcirco ph9 philomitos. i. amator fabularum non quidem propter fabulos sed propter mirabilia que considerat in quibus comunicat materialiter cum fabulis: eo φ fabula constituitur ex mirabilibus: sic philosophus incipit ab admirabilibus. Si ergo ad effugādam ignoratiam eorum de quibus dubitātes admirabantur homines philosophati sūt: manifestum est φ sunt conati studere tm̄ propter scire z non causa alterius vtilitatis. qz quando vnum oppositorum per se et primo naturaliter fugitur: aliud propter se naturalr appetitur. z qm̄ inuentores prime phie studuerūt ad inueniendūz causas eoz de quibus admirabant cum ignorātiaz effugarēt: manifestuz ē eoz sciam fuisse tm̄ propter scire z non causa alterius vtilitatis. Testatur aūt. i. dat testimoniuz huic prime phie. nam fere iam inuentis ceteris sciis q̄ sunt ad necessitatē vite vel ad dilectionē operis vel ad introductionē sciē dis hec scientia īquiri incepit. Ex quo patet φ propter nullā aliaz vtilitatē q̄ritur

nisi propter scire ꝛ ideo non activa: sed speculativa censetur. Secundo palam est eam esse liberam inter scias quia liberum est quod est sui iuris. sicut dicimus liberū qui suimet et nō alterius iuris est. solo aūt hec inter scias est sui ipsius causa. quia non est ꝑpter opus. nec est descibili ad aliud ordinatum et ideo sola libera est. Tertio patet eam esse divinam cum sit libera. propter quod et iuste. i. propter sui libertatē putari debet digne non esse humana possessio idest scia primo ostēsa ab homine. liberū enim non debet esse possessio servi. natura aūt humana multipliciter serva est cum sit subiecta multis ignorancijs. et ideo hec scia cum sit libera non possidet ab homine cuius cōditio multipliciter est servilis. Quare scđz simonida. i. secundū ꝙ dicitur in poemate symonis solus deus hunc honorem habet idest hanc honorabilem scientiam. Et quis condignū sit hominez q̄rere scientiam que sibi cōpetit: tamen ille poeta dicit hominez non posse acquirere hāc scientiam. quia licet competat sibi ex naturā: tamen deus invidēs homini noluit sibi communicare eaz. ex quo accidit hominem infortunatum esse ꝙ propter divinam invidiā relictus est imperfectus ꝙ cōtradixit sibi nomē scientie tam perfecte. cuius poete dictuz verū non est: cum divino esse non conveniat invidere. sed non mirandum est si talia dicit ille poeta. ꝙ scđm proverbiū multa mētiūtur poete. Quarto manifestuz est eam esse honorabiliorē alijs sciencijs nec tali aliā honorabiliorē existimare oportet. illa enī scientia honorabilior ē ceteris que maxime est divina. qđ dupliciter potest esse primo ut dicatur maxime divina quia eaz maxime deus habet. secundo quia maxime est de divinis. sola aūt prima phia ambo hec sortita ē. nam ꝛ solus deus maxime ipsaz habet. et de divino esse principalr considerat. tractat enim de ente in quantum ens. et ideo principaliter versatur circa ens primū quod est deus. qđ tanq̄ principium quoddam videtur causare esse idest entitatem omnibus alijs entibus. necessariores ergo sunt omnes alie sciētie: tamen nulla dignior est q̄ ista. Oportet aūt eius prime phie constituere ordinem idest ipsam ordinare initialem ... terminum questionū a quibus incipit. quia incipit ab ignorātia: ꝛ terminat ad noticiam. dico aūt ꝙ incipit ab ignorātia: quia sicut superius dictum est: omnes phantes incipiūt ob admirari. considerant enim effectus quorum non cognoscūt causam. quemadmodū desiderāt automata. i. ea q̄ fiūt a casu. v.g. considerātes versionē solis aut diametri commēsurationē et non cognoscentes eorum causas mirātur. mirū enim est in prima facie si ea q̄ non sunt simplicia sed potius divisibilia et continua non cōmēsurātur quemadmoduz diameter ꝛ costa: sed cognita causa incommēsurationis ipoꝝ: cognoscit scientifice ꝙ incōmēsurabilis sunt ita ꝙ magis mirabitur vir geometricus q̄ si diamēter fiat comēsurabilis coste. Oportet igitur confirmare vos ad cōtrarium eius quo incipim9. quia sicut geometra propter ignorātiaz in principio admiratur ꝙ diameter non cōmēsuratur coste et ipsa cognita nō admirat: sed potius admiraret si conmensuraretur: sic ante cognitionē cause propter ignorātiam ē admiratio. qua cognita habetur scientia et cessat admiratio. Que quidez igitur sit natura scie q̄site. s. prime philosophie quia est scientia causarum. Et quid intendimus adipisci quia scientiaz que est propter scire et tota ista methodus querit de causis primis manifestum est.

Capitulum sextum ꝙ sic incipit. quoniam aūt manifestum ꝙ ē arum ꝛ cetera. Continet prosecutionem eorum quemadmodum sunt et necessitatē determinādi de causis entis que ꝛ quot sūt incipiens ab opinionibus illorum qui naturaliter loquendo posuerunt solam causam materialem.

Quoniam autez ex dictis in precedentibus manifestuz est q oportet nos sumere sciaz primarum causarum. Eo q scire arbitramur vnumqdqz cum primã eius causam cognoscimus: idcirco tractandum est de causis. Quadrupliciter dicũtur. quarum quidem vna est forma a qua est quidditas rei et hanc esse causaz patet. eo q per ipsam respondetur ad questionez qua q̃ritur quid ẽ res. ipsum autem quid est p̃ma questionũ. Secunda est materia quod est subiectum forme. Tertia est efficiẽs vnde principiuz motus.

Quarta vero est huic opposita sicut terminus opponitur agẽti et hec est illud cuius gr̃a agens agit tanq̃ bonuz propter qđ agit. hoc enim est finis omnis generatiõis z motus. Sufficiẽter autez de predictis causis determinatuz est in .ij. phisicorum accipiam9 tamen ea que dixerũt de his causis p̃ores philosophantes de veritate etiam perscrutãtes naturaz entium. Quis enim ipsi dicãt quedam principia et causas entis: nos tñ superueniẽtes dicemus aliquid vtile prime philosophie vel inueniendo aliquod gen9 cause quod ipsi non inuenerũt vel addendo aliquid ex quo eorum dictis magis credatur. Primorũ igitur philosophantium plurimi putauerunt solas causas materiales esse principia entium. quorum ratio fuit q illud dicunt esse elementum et principium entium ex quo existũt entia omnia quãtum ad esse et ex quo primo fiunt et in quod vltimo resoluuntur manẽte substãtia ipsius q̃uis in passionibus et qualitatibus mutet. Et quoniaz materia prima sola habet omnes cõditiones predictas: ideo ipsa tantũ causa est et principiuz entium. Et propter hec q talis natura semper conseruatur et manet q̃ est tota substãtia rei ideo nichil putauerunt generari vel corrumpi sed alterari. quẽadmodũ socratez non dicim9 simpliciter generari quando fit bonus aut musicus vel corrũpi quando perdit istos habitus eo q ipse socrates q subiectum ẽ accidẽtium predictorum manet. Et eodem modo opinantur aliq̃m esse naturaz vnam aut plures ex qua vel quibus obseruatis alia fiant. Et de pluralitate vel vnitate z de quiddi tate scilicet quid sit tale principiũ non eodem modo dicũt. Sed thales qui fuit princeps illorum qui posuerũt solam causam materialem dicit principium omniuz esse aquam asserens terram fundari super aquam. Forsitam autem hoc opinatus est quia videbat humiduz esse nutrimentum cunctorum que nutriuntur. ex eodem autem fiunt entia et nutriũtur. Et quia calidum quod fit in multis entibus fit ex humido et quia videbat animalia ex humido viuere eo q ex humido sunt. quia igitur hoc videtur esse principium et prima causarũ ex quo fiunt entia hanc accepit extimationẽ. cuius confirmationem assumpsit ex hoc q sperma omnium que generantur ex his naturaliter sunt humida. aqua vero est naturale principium humidorum sunt autem aliqui antiquiores z priores his qui nunc dicũt omnia generari ex aqua putantes idem extimãdum de principijs entium occeanum idest primaz cõgregationẽ aquarum et thetim idest deam earum fecerũt parentes totius generationis. dixerunt etiam q adiuratio et sacratio fieri debeat per aquaz deorum vocatam a poetis aquã stigen. sacramentum aũt fit per illud quod est honorabilius. tale autem est quod est antiquius istud est prius et per consequens principiuz. Si quidem igitur alia opinio fuit de principio materiali antiquior ista incertum est. tamen secundum predictum modum thales opinatus est de prima causa. Yppone vero non est dignum connumerare cum predictis propter sui intellectus paruitatem z modi ineptitudinem q̃uis idem sensit cum eis. Anaximenes autem et Diogenes ponũt aerem priorem aqua et maxime esse principiũ corporum simplicium. Yppasus autem Methapontinus et Eraclitus Ephesius dicũt ignem principium omnium. Empedocles quattuor elementa dicit principaliter z ea semper manere et nunq̃ corrumpi. sed congregatis adinuicez secundum pluralitatem ex eis fieri vnum mixtum et segregatis. quasi reductis ad paucitatem dicunt ea fieri ex vno mixto.

Anaxagoras vero etate p̃or sed scientia posterior empedoclis infinita dicit esse p̃cipia

liter scilicet infinitas partes consimiles cuiuslibet rei per quarum congregatiōem fit generatio et per disgregationem ipsarum corruptio ennuum ipsa tamen semper manere. Ex his igitur quis intelligeret solam causam materialem.

Capitulum septimum quod sic incipit. procedentibus autem sic et cetera. Declarat ꝙ euidentia rei coegit antiquos philosophos ad ponendum causam efficientem sine qua generatio et corruptio esse non potest coegit etiam ipsos ponere causam finalem quas causas anaxagoras esiodorus et permenidem posuisse manifestum est.

Procedentibus aūt ad consideratiōem entiuz euidentia rei facit sibi viam coegit q̄rere aliquam causam preter materialez dico autem euidentia rei quia si corruptio ⁊ generatio est ex aliquo vel ex aliquibus subiectis: oportet dare causam aliaz a subiecto que facit huiusmodi transmutationez, quia subiectum non potest se ipsuz transmutare lignum enim aut es non est causa permutandi se ipsuz ad aliquaz formam. non enim facit se ctum nec es statuam sed aliquid aliud est causa permutationis, quod querere est inuestigare aliud principium et hoc dicimus vnde principium motus. Igitur primi qui dixerunt esse vnam causaz tantum scilicet materialez ne paterentur difficultatem predictam propter motum vel mutationem: dixerunt omne ens esse vnum ⁊ immobile. non soluz auferendo generationem et corruptionez quia hoc antiquum ē quod omnes priores confessi sunt: verum etiam auferendo omnem transmutationem quod est principium ponendi omnia esse vnum et imobile. quibus non conuenit intelligere aliam causaz preter materialem nisi forte permenides qui in tantuz posuit aliam causaz in quantuz non vnam solam sed duas posuit causas entium. Plura vero facientes materialia principia expresse tangūt causam efficientem. quia vtuntur altero illorum quasi habente virtutem motiuaz. nam qui calidūz et frigidum materias rerum ponunt: calidūz dicunt esse actiuū. Similiter qui quattuor elementa ponunt materiaz entium ignem actiuum dicūt et alia passiua. Post hos aūt alij quesierūt causam finalem consequenter se habentem causę vnde principium motus et hoc fecerunt coacti ab ipsa veritate. per quam euidens est ꝙ principia materialia ⁊ agentia non sufficiūt generare ea que per naturaz existunt. quedam enim entia comprehēdunt siue attingunt et habent causam finalez que est bonum ⁊ complemētum ipsoruz quedam vero fiunt per ipsa nichil autem materiale ut sunt ignis terra ⁊ similia verisimile est esse finalem causam entium. nec conueniēs est predictos philosophos hoc existimare. Causa etiam vnde principium motus agit fortuito vel a casu nisi determinate agat propter finem. Cuz igitur non sit conueniēs tantam rerum quanta agitur a natura comittere automato idest casui nec fortune: rationabiliter preter materialez ⁊ agentem queritur causa finalis. Anaxagoras autem dicens intellectum esse causam efficiētem non soluz in animalibus sed etiā in naturalibus et in ordine totius vniuersi excitauit ignorantiam priorum loquētiuz preter conuenientiaz de principijs. habuit tamen causaz sue opinionis habem extra modacenuz. Sic igitur opinantes simul cum causa efficienti ponun⁹ causam finalem ex quo inest principium motus his que per naturā existunt. suspicabitur autem aliquis hesiodum quesisse primaz causam predictam vel aliquem alium qui amorem aut desideriuz posuit principium entium ut fuit permenides qui tentauit assignare de causa generatiōis totius vniuersi amorem deorum omnibus entibus prouidentem. Esiodus vero dicit chaos fuisse principium omnium entium deinde terraz latam postmoduz amorez qui omnia immortalia cō

docet cetera produxisse quasi necessariuz sit inesse rebus existētibus causam q̄ ipsas moue at et cōgregat. His igitur opinionibꝰ quomodo conuingat adhibere fidez. Et quis pri mus opināntium melius ordinauerit posterius iudicabitur.

Capitulu. viij. qd sic icipit. Quoniā vero cōtraria boīnis &c. Adiungit opinionibus poetis causaz vnde principiuz motꝰ nō vnam tantum sed plures ponendas esse et q imperfecte predicti philosophi de predictis causis loquuti sunt.

Uoniam in naturalibus rebus non solum bonum & ordinatio esse videt sed etiam contraria. s. malum et inordinatio. in tantuz q plura mala et praua repriuntur in natura q̄ bona q̄re vna ex eis non est assignanda causa cum cōtrarioꝝ cōtrarie sunt cause. Et ideo si quis dicat amorem & litem esse entiuz causas: putandum est ipm dixisse amorez esse causam bonorum litem maloruz vnde si quis accipiat non verba sed intellectū empedoclis ex verbis que tanq̄ balbuciēs loquutus est de predictis inueniet ipm sensisse amorem esse causam agaborum. i. bonoruz litez vero maloruz. Et si quis dixerit empe. posuisse bonum & malum principaliter: forsitam bene dicet. maxime si bonoꝝ omnium causa est bonuz et malorum maluz. Isti enim sicut diximꝰ tetigerāt duas causas entium de quibus in phisicis determinauimꝰ. s. materiaz et vnde principiuz motus tamen obscure et non manifeste sed potius eo modo quo in erudicti in actibus bellicis faciūt. sicut enim isti circūduci non ex sciā nec experientia sed potius casu aliq̄ndo faciunt bonos ictus: ita phi predicti causaliter vsi sunt aliq̄liter causis predictis. Anaxogoras aūt artificialiter vtitur intellectu ad generationez mundi quia quādo bene dubitat de causa necessaria eoruz que fiunt in mundo dicit intellectū prime cause esse principium ipsorum in alijs autem de quibus non dubitat aliam causam assignat q̄ intellectum. Et empedo. plus vtitur causis predictis q̄ anaxogoras non tamen sufficiēter ex eis inuenitur productio effectuum manifestorum quos dicit fieri ex amore congregāte et lite disgregāte. in multis enim dictis ipsius inuenitur q amor non solum congregat sed disgregat. quia elemētoruz partes alique congregantur ab eadem virtute a proprijs naturis. cum eadem elemēta virtute litis disgregātur. et admixta eadem virtute congregātur ad virtutem proprij elemēti. Empedo. igitur primus inter priores phos inducentes causam vnde principiuz motus diuisit eam in duas tanq̄ faciēs diuersa & contraria principia mouētia. primus etiam dixit quattuor elementa esse causam materialez q̄uis non vtitur eis tanq̄ quattuor sed potius tanq̄ duobus eoꝝ ignē dicit esse materiam alterius rationis scdm se a terra aere et aqua quibus vtitur tanq̄ vna natura sicut potest speculari ex versibus. Empedo. igit sicut diximus tot et tali modo posuit.

Capitulz. ix. qd sic incipit. leucippꝰ & collega eius. Recitat opinionem leucippi et democriti quātuz ad causam materialez & modum assignandi diuersitates entium ex ea.

Leucippus et democritus dicūt plenuz et inane elemēta esse entium. vtentes pleno tanq̄ ente & inani tanq̄ non ente. ita q vtrumq3 dicūt causaz esse materialem entium & queadmodum dicētes vnam causam materialem generāt alia ex passionibus ipsius videlicet ex raro et denso: ita isti ex pleno et inani cum rysmo idest figura et diatigi idest ordine & tropi idest passione tanq̄ passionibus pleni et inanis dicūt oīa fieri. Differentie omnium predictaꝝ passionū scilicet figure. ordinis & passionis patēt exēplo

differt enim figura .n. a figura .o.n.a. autem ordine .z.ob .n. positiõe. de causa vero vnde principium motus quomodo inest entibus tam isti q̃ alij neglexerunt. de duabus igitur causis scilicet materiali et efficienti tantum ab illis est questum.

Capitulum .x. quod sic incipit in his autem et ante hoc et c. Recitat opinionem pictagoricorũ ponentium mathamatica esse principia rerũ nõ omnia sed numeros et passiones numerorum.

In his autem p̃dis et ante hos pictagorici nutriti mathematicarũ predixerũt principia ipsorum causas omnium entium et quoniam numeri materialr̃ sunt primi inter mathematica. ideo sunt principia primitiua mathematicorũ q̃ aliorum. Et hoc confirmabant dupliciter primo quia in numeris magis reperiebãt similitudines eorũ que existũt et eorum q̃ fiunt q̃ in igne aqua et terra. Quedam enim proportio seu passio numerorum assimilatur iustitie quedam vero anime et intellectui. quedam aũt tempori et sic de alijs. Secundo quia rationes et passiones armoniarum atq3 proportionũ prius reperiũtur in numero quibus alia entia assimilãtur eo q̃ consistũt in quadam armonia atq3 proportione suarum partiũ sicut totum celum et quecũq3 entia sunt inanimata in quadam armonia consistunt. cuiusmodi signum pictagorici assignauerũt seu acceperant ex perfecti numeri comparatione ad eius perfectum. nam denarius perfectus ẽ cum oẽs numerũ comprehendat. celum autem quod continet visibilia et inuisibilia est perfectum inter entia. Et ideo consistit ex speciebus quarum quattuor sunt manifeste duodecim vero ex motu planetarum octo ex motu stellarũ fixarum .ix. ex motu diurno .x. vero dicũt ex antigono. idest ex contra mouen ab an quod est contra et tono. sed de his strictus alibi determinatum est a nobis. Sed cuius gratia superaccimus huic opinioni istud est. s. ut accipiamus que principia isti ponunt et q̃ principia dicta ab eis cadãt in causas predictas. Propter quod sciendum est duas esse opiniones pictagoricorũ de p̃ncipijs quidam enim ipsorum putant numeros esse quasi materiam existentium passiones atq3 habitus rerum ita q̃ vnum ratione paris et imparis quorũ impar est sicut finitum par vero sicut infinitũ eo q̃ eius diuisio non existat nisi perueniat ad impares et etiam numeri pares per ordinem adiuncti vnitati semper redeunt aliam et aliam figuram in infinitum ut dicitur in .iij. phisicorum sunt ex quibus fiunt res. par enim et impar sicut vnum numerum faciunt: ita vnum ens sicut numeri consurgũt ex vnitate ita possunt esse principia entium per quod sicut dictum est totum celum vnum numerum esse dicunt. Eorundem autem pictagoricorum alij dicũt principia esse .x. ordinata secũdum quandam combinationem positum et priuatum ita q̃ primum est finitum et infinitum .ij. impar et par .iij. vnum plura .iiij. dextrum sinistrum .v. masculus femina .vj. quies motus .vij. rectum et curuum .viij. lux tenebra .ix. bonum malum .x. quadrangulus et longius altera parte. cui opinioni consensit almeon troctanitis ita q̃ ab istis hanc opinionẽ accepit vel isti ab eo. fuit enĩ contemporaneus pictagore existenti iam seni. dicens autem consimiliter istis de principijs in hoc differt ab eis quia multa animato ait esse ex duobus. s. sensibili et insensibili. tamen possunt non determinatas contrarietates et incerto numero sed quascũq3 et indeterminate esse principia rerum. pictagorici vero enumerauerũt q̃ et quot contrarietates sunt principia.

Ab his autem duobus licet possimus accipere q̃ principia sunt cõtraria tamen non est plane determinatum ab eis qualiter reducãtur ad predictas causas. Videntur ipsa reducere ad causam materialem eo q̃ dicũt substantiam entium constitui et plasmari ex ipsis tanq̃ ex eis que insunt quod est proprium materialis principij. Antiquorum igitur dicentium plura esse principia elemẽta nature ex his possumus speculari intellectum.

Capitulum. ij. qd sic incipit sunt autem aliqui &c. Recitat opinionem quorundam loquentium de toto ente tanq̃ de vna singulari natura ostendens quantum pertineat ad propositum de causis o primo ipsorum & recolliges sumatim opiniones superius positas.

Sunt autem aliqui qui de toto ente loquuntur tanq̃ de vna natura singulari licet non eodem modo nec eam bene nec etiam sicut contingit. nec loquuntur de principali quia auferunt modum q includitur in diffinitione nature. Ad presentem igitur speculationem q̃ est de causis non est ita conueniens eorum sermo sic sermo quorundam dicentium ens esse vnum. generant tamen multa alia ex illo vno quia isti saluant motum illi vero dicunt esse ens esse immobile conuenit principali speculationi eorum opinio in quantum de causis faciunt mentionem. Nam permenides qui fuit vnus illorum aliqualiter tanq̃ omnia esse vnum secundum formam. Melisus autem omnia esse vnum secundum materiam & quia forme conuenit finitas: ideo permenides dixit ens esse finitum. quia vero materie conuenit infinitas: ideo melisus dixit ens esse infinitum. Zenophanes vero prior istis cuius permenides fuit discipulus dicens omnia esse vnum nichil plane locutus est de materia vel forma: sed respiciens ad celum tanq̃ ad totum ens dixit ipsum esse vnum secundum deum. Hi igitur preter mittendi sunt specialiter zenophanes et melisus quia equaliter agrestiores idest nimis rudes fuerunt. Permenides autem magis videtur secundum rationem loqui quia cum ipsis dicat omne quod est preter ens esse non ens et nichil sicut diximus in phisicis tamen coactus sequi apparentia et reddere rationem ipsorum quelibet secundum rationem vnum sunt tamen secundum cognitionem sensitiuam plura sunt duas causas & firmamentum terre quam dicit non esse ens. Ex dictis igitur predictorum sapientum qui consentiunt rationi accepimus quedam principia quia a quibusdam primis accepimus principium materiale esse corporeum. quorum quidam vnum. quidam vero plura materialia principia dicunt a quibusdam cum materiali causa accepimus illam vnde principium motus & hanc ab aliquibus ipsorum vnam ab aliquibus vero duas. Itaque vsque ad ytalicos omnes mediocriter dixerunt de causis predictis. Ipsi tamen ytalici sicut diximus sic vsi sunt duabus causis quia aliqui eorum causam mouentem dicunt duplicem esse. Pictagorici vero duo principia dicentes tamen apponunt quia finitum & infinitum q̃ competunt numero dicunt esse causam materialem entium. De eo vero quod quid est. i. de causa formali valde simpliciter tractauerunt superficialiter diffinientes dicendo quod cui primo adaptabatur aliquod diffinibile illud erat terminus & diffinitio eius. v. g. si duabus adaptetur duplicitas hoc erit quiditas & diffinitio eius sed fortasse non idem est esse duplo & duplicitati propter quod sicut diffinientibus contingit dicere vnum esse multa et hoc accidit philosophis predictis. a prioribus itaque tot et talia accepimus.

Capitulum. xij. qd sic incipit. post dictas vero philosophias et cetera. Recitat opinionem platonis quantum ad naturam entium & positionem principiorum ostendens in quo communicat & in quo differt a pictagoricis & in quo genere cause posuerit principaliter.

Post dictas vero philosophias platonis superuenit sequens pictagoricos in multis aliquid tamen propria preter ipsorum doctrinas tangens consentiendo cratilo & eraclito dicentibus omnia sensitiua esse in continuo fluxu nec de ipsis posse scientiam existere Consentiendo autem socrati circa moralia intendenti & nichil determinanti de natura secundum sequenti aliquod vniuersale in naturalibus atque firmanti primo intellectum circa diffinitiones ita suscepit vniuersale propter rationem diffiniendi quia putauit impossibile assignare rationem communem & diffinitiam

de aliquo sensibilium que continue transmutantur sic itaq; plato posuit quedam vniuersalia que vocauit ydeas et species entium ex quibus et secundum se omnia sensibilia dicuntur et secundum illorum participationem inferiora vni voce habent naturam. quod autem participationem transmutauit nomen loco mutationis posuit participationem. Utriq; tamen omiserunt quererean sit hec mutatio seu participatio. Amplius autem plato posuit res mathematicas intermedias ydearum et sensibilium tanquam differentes ab eis. a sensibilibus quidem differunt quia sempiterna sunt et immobilia ab ydeis autem quia multe res mathematice sunt sub vna specie. ydea vero vnius speciei vnica est. Quoniam autem ydee siue species sunt cause entium: ideo plato et putauerunt principia ydearum esse principia formalia entium. magnum vero et paruum esse principia materialia itaq; substantia rerum formaliter erat ex participatione ydee tanquam vnius participabilis a pluribus. vnum enim quod est principium numeri plato dixit esse substantiam cuiuslibet entis itaq; non aliud est in aliqua re vnum et aliud ens sed potius idem est ens et vnum. Ex parte etiam cause materialis ponit plato sicut pictagorici aliquem numerum scilicet dualitatem. Differt autem ab eis dupliciter primo quia ex parte materie quam diuisit in duo videlicet in magnum et paruum posuit infinitatem et hoc fuit proprium eius. pictagorici ex parte materie posuerunt finitum et infinitum secundo differt ab eis quia numeros siue ydeas dicit esse aliquod separatum a sensibilibus et res mathematicas medias dicit ydearum et sensibilium. pictagorici dicunt numeros esse res ipsas et mathematica intermedia non posuerunt. ratio vero propter quam plato non posuit ydeas siue numeros tanquam causas formales separatos a rebus fuit perscrutatio diffinitionum quia diffinitio conuenit rei propter formam et quidditatem permutabilem sicut dialetica quam priores ignorauerunt et ideo de diffinitionibus non curauerunt. Dualitatem vero posuit ex parte materie eo quod omnes res sensibiles ex ea generantur. omnes enim numeri idest omnes res numerate extra primos idest propter ydeas generantur ex aliquo materiali et ex ydea tanquam ex aliquo emagio idest tanquam ex aliquo exemplari. Uidetur autem econtrario dicendum videmus enim ex eadem materia multa fieri diuersificata forma plato autem ex eadem forma dicit multa fieri diuersificata materia exemplificans dictum suum ex habitudine quam habet agens tanquam forma adaptans tanquam materia verbi gratia masculo ad feminam. nam masculus multas implet. femina a multis vero non impletur tanquam si causa formalis et efficiens sit vna materialis vero plurificetur igitur sic dixit de causis palam autem est quia plato solum duabus causis est vsus scilicet formali a qua accipitur quidditas rei quam vocauit formam cui attribuitur vnitatem et materiali tanquam subiecta formis reperitur in sensibilibus itaq; ex parte formalis cause quam vocauit ydeam posuit vnitatem in qualibet natura specifica ex parte vero materie dualitatem quam dixit magnum et paruum propter maiorem et minorem dispositionem materie. Amplius bene et male idest finalem causam posuit in entibus dicens quod bona materie dispositio materie est causa ipsius bene et praua ipsius male de qua tamen finali causa quia priores philosophorum sicut empedocles et anaxagoras quemadmodum superius diximus magis inuestigauerunt.

Capitulum decimum tertium quod sic incipit. breuiter igitur et capitulariter et cetera. Colligit sumatim opiniones antiquorum ostendens quod non posuerunt plures causas quam quattuor de quibus dictum est in phisicis nec tamen de finali causa proprie sunt loquuti.

Rebiter igitur pertransiuimus qui philosophi et quomodo ipsi locuti sunt de principijs a quibus tamen habemus quod non sunt plures nec alie cause quam iste que a nobis in phisicis determinate sunt ydem philosophi debiliter tetigisse videntur. Et enim quidam ipsorum principium rerum dicunt aliquid velud materiam sive vnam sive plures sive corpoream ut Empedo. quattuor elementa. Anaxa. partes similes et quicunque alij aliquod elementorum vel medium ipsorum dicunt esse principium rerum: sive incorpoream ut plato magnum et paruum et pictagorici numeros. alij vero causam vnde principium motus apponunt sicut qui amiciciam litem amorem vel intellectum dicunt esse principium. Quod autem quod erat esse. i. causam formalem a qua est principaliter substantia rei nullus plane assignauit. quamuis etiam melius tangant platonici qui ponunt speciem et ydeam esse causam rerum. non enim existimant ydeam esse causam materialem cum debet esse specificum in causam vnde principium motus quia magis ex ipsa prouenit imobilitas rei et esse in quiete quam motum eo quod ydea largitur vtrique rei quidditatem que consistit magis in facto esse quam in fieri. Ydearum autem vnaquaque consistit in vnitate. cuius vero causa est actus transmutationis et motus. i. causam finalem aliquomodo tetigerunt antiqui aliquomodo non. quia non dixerunt de ea secundum quod nata est esse causam dicentes enim intellectum aut amicitiam causam esse tanquam quoddam bonum non estimant hoc bonum esse causam finalem cuius gracia alia fiunt. sed potius causam efficientem a qua sit principium motus in alijs similiter dicens ydeam a qua est vnitas et entitas rei esse bonum ipsius dicunt eam esse causam substantialem et non finalem cuius gratia fiunt res. quare accidit eis dicere et non dicere bonum esse causam finalem. Quod quidem igitur recte determinatum sit a nobis de causisque et quot sunt omnes testimonium sunt omnes priores valentes tangere aliam causam preter quattuor quia tamen querenda sunt principia in hac doctrina ut cognoscamus de ipsis vel omnibus vel aliquibus ipsorum pertranseundo quid vnusquisque predictorum philosophorum dixerit tangamus dubitabilia circa eorum dicta.

Capitulum decimum quartum quod sic incipit quecunque quidem igitur et c. Improbat opinionem ponentium vnum principium materiale tantum et hoc esse corporeum.

Quicunque quidem dicunt omnia esse vnam quandam naturam et hanc ponunt ut materiam eius cum corpoream et habentem magnitudinem multipliciter delinquunt.

Primo quia existentibus quibusdam incorporeis infra ens non assignant elementa ipsorum sed tantum elementa corporum. ij. de generatione et corruptione cognantes reddere causam et tractantes naturaliter de omnibus entibus auferunt causam motus cum tamen natura sit principium motus Tertio peccant quia nullius rei assignant causam formalem a qua tamen tota substantia rei dependet. Quarto quia quadam facilitate dicunt quodlibet simplicium corporum excepta terra esse principium entium. nec considerant quod vtrumque ipsorum ex allo generatur. dico autem simplicia corpora ignem aquam terram et aerem quorum aliqua fiunt ex alijs congregatione sive condempsatione vt aer ex igne condempsato et aqua ex aere. et terra ex aqua. econuerso disgregatione fit aqua ex terra. aer ex aqua. ignis ex aere. quia itaque ex inuicem fiunt condempsatione et rarefactione aut equaliter omnia debent composui principia aut nullum ipsorum. Amplius multum differt quomodo hec ponuntur principia secundum prius et posterius. quia que priora sunt quantum ad fieri posteriora sunt quantum ad naturam et econuerso quantum autem ad fieri aliqualiter videtur habere prioratione elementi illud ex quo primum fit per condempsationes ipsius. tale autem principaliter est

quod minimuz illarum partium et subtilissimuz est corporeum ut ignis et ideo quo ad fieri ignis videtur esse primuz elemētum omnium. unde quicūqz ponunt ignem principiū maxime concordāt huic rōni. Quilz etiaz qui opinatus est vnuz corpus esse elementuz omnium confessus est ipsum esse tale. s. subtile ex cuius condempsatione alia fiant. et ideo nullus ipsoruz posuit solam teraz esse elemētum propter magnitudinez suarū partiū. Nō libet aūt trium elemētorum accepit quedaz iudicem. i. ab aliquo iudicatum est ipsuz esse elementuz omniuz. sed quare nullus philosophus posuit terrā elemētuz cum multi homines dicāt omnia fieri ex terra. et esiodus dicat terrā factam esse primaz inter corpora. ita q hec opinio antiqua et popularis esse videt. si enim scōm hanc rationē qua dictum est illud debere esse elemētum quod est subtilissimuz corporum debet aliquod poni elemētum: nullus recte opinatur nisi qui ponit ignem principium omnium cum solus sit subtilissimus inter corporeo. Si vero illud est prius natura et perfectiōe quod est posterius generatione cum digestum z contrictum seu dempsum posterius sit generatione. vt dicitur. iiij. methaph. e: tale. s. spissum magis erit principium tanq̄ prius naturaliter q̄ subtile ita q aqua prior erit s naturam aere cum sit dempsior et eadem ratione terra prior erit q̄ aqua. De ponentib9 igitur vnam causam materialem hec dicta sunt.

Capitulum decimum quintum quod sic incipit. Idem aūt et si quis plura ponit et c. Improbat opiniōes ponentium plura principia materialia specialiter empedoclis deinde anaxagore ponēti plura materilia principia.

Quemadmodū empe. dicit. iiij. elemēta esse: Accidūt incōueniētia, nūc dicta et quedam alia propia ei9 dictis contraria q̄sunt hec q̄ enī ex inuicē generātur non pnt esse principia cum sint corruptibilia p̄ncipia āt oportet manere semp z qz elemēta dicūtur generari ex īnuicē ita q non semp manet ignis nec terra idem corpus. ideo non pnt esse principia prima. dictū est aūt hoc in phicis. Preterea de causa mouēte vtruz vna aut plures sint non ē recte nec rationabilr dictū ab ipo. Preterea sic dicētes totalr auferūt alteratiōez ita q nec calidum ex frigido nec ecōuerso. Alteratio enī reqrit vnuz sbm qd possit saluari sub duobus cōtrarijs successiue. empe. non ponit aliq̄m vnā naturā coēm igni z aq̄ et alijs elemētis q̄ natura mouēs eadez suscipit cōtrarias q̄litates z non pōt saluari aliq̄ alteratio in rebus. Anaxa. āo duo principia. s. vnuz vū p̄ncipiuz mot9 vocās ipm intellectū z aliud partes similes tanq̄ materiā rerū magis vr loqui s rōnem q̄uis non dearticulauit. i. determinauit clare de ipis sz secut9 ē dicē s has causas tales esse ex necessitate nature. Preterea absurdū ē dicere oīa fuisse pmixta a p̄ncipio rerū z nullum huisse distinctū. Preterea necesse est impermixta existere ex quibus fiat mixtio eo q mixtio prius fuit ex non mixtis q̄ eo. Preterea non potest esse verum omnia fuisse permixta in quodam esse confuso quia nō ē aptum natuz quodlz misceri cuilibet sicut sonus nō est aptus misceri anime.
Preterea quecūqz possunt od inuicem permisceri possunt ab inuicē separari eo q eorūdez est mixtio z separatio sed non omnia possunt separari ab inuicē sicut passiōes et accidentia nō possunt separari a substantia ideo non possunt eidem admisceri tamen si quis determinate prosequitur intentionez anaxagore z incipiat quid vult dicere forsam apparebit rationabiliter loquēs quando enim nullum erat actu discretum. manifestum est q tunc non poterat predicari aliquid actualiter de illo subieto in quo nichil erat distinctum non enim poterat dici albuz vel nigrū uel alio colore coloratū quia nulluz habebat colorē actu distinctum si eni verificari potuisset de illo sbo quod esset coloratū aliquo colore: huisset aliq̄m colorē actu

distinctū. Similiter nec poterat dici sapiduz aliquo sapore uel dispositū aliquo accidēte propter eandem rationem. nec etiam poterat dici distincte esse quid. i. substātia nec quale nz quantuz quia propter mixtionem confusam nichil erat in eo distinctum. dicit etiā anaxa. oīa fuisse permixta preter intellectum quē solum ostēdit fuisse impermixtum et purum. Ex his aūt accidit ipsuz dicere duo principia quorū vnum simpliciter impermixtum dicit scilicet intellectum alterū autem quidem indeterminatum quale nos putamus materiaz ante ꝙ determinetur per participatiōem forme et ꝙuis ipse nec plane nec recte hoc dicat: videtur tamē vele dicere aliquid simile dicto posteriorꝝ qui nūc materiale principiū ponūt de se indistinctū verum hoc dictum soluz propriuz est eorꝝ qui de gñone et corruptione et motu causas quesierunt quia isti tm̄ querunt pncipia et causas sbē generabilis et corruptibilis ac mobilis.

Capitulum. xvj qđ sic incipit. quicūqz ergo de omnib⁹ existentib⁹ et c̄. Improbat opinionez pictagoricorꝝ ostendit primo ꝙ ptinet ad methaphisicuz perscrutari de ea. ij. in quo comunicet in quo differat ab opinione materialiū. iij. insufficiētiaz ipius declarat primo itaqz ostendit ꝙ pertinet ad methaphisicum considerare opinionem pictagoricorum dicens.

Uicumqz de omnibus entibus tam sensibilibus ꝙ insensibilibus pscrutantur sicut pictagorici qui ponunt quedam esse sensibilia. quedam insensibilia aliquo modo de omnibus faciunt theoricam idest de toto ente considerāt. propter ꝙ methaphisicus cuius perscrutatio versatur circa omnes magis circa eorum opinionem immorabitur ut cognoscat quid bene et quid non bene dicāt ꝙ circa opiniones aliorum qui non loquūtur nisi de ente sensibili. Tertio ostēdit in quo pictagoricorum opinio differat et in quo conueniat cum his qui naturaliter locuti sunt dicens. pictagorici qui vsi sunt principijs entis extraneea phisiologis idest aliter ꝙ naturales. cuius causa est quia acceperūt principia sensibiliū non esse sensibilia sed insensibilia quia numeros dicūt esse principia qui sunt de genere mathematicorum mathematica autez omnia preter ea que pertinent ad astrologiam sunt sine motu sensibilia vero omnia vident esse cum motu et ideo naturales posuerūt principaliter sensibiliū esse aliqua que non sunt sine motu. In hoc conueniūt aliquo modo pictagorici cum naturalibus ꝙ disputant et tractant de omnibus naturalibus sicut et naturales simpliciter generāt celum idest dicunt celuz genitum obseruāt etiam accidentia passiones et operationes circa partes celi et assignant causas ipsorum quasi consentientes naturalibus in hoc quod dicūt ens esse aliquod sensibile et sub isto comprehendi celuz. causas vero et principia huius entis dicūt sufficientia esse non solum ad causandū inferiora sed etiam supiora z magis conuenientia ꝙ sint rationes causarum quas ponūt naturaliter loquentes de principijs entis. Tertio declarat insufficientiā opinionis supradicte dicēs ex quo tamen modo motus inerit rebus ex sola suppositione paris tanꝙ infiniti et imparis tanꝙ finiti aut quomodo est possibile saluari generationem et corruptionem sine motu aut quomodo fiūt operationes ex motu corporum celestium non dicunt. Amplius autem insufficiens est opinio eorum ponens numeros esse principia quia nō potest eis assignari causa de natura corporum naturalium. nam siue quis concedat his corpora habentia magnitudinem posse fieri ex numeris siue ipsi hoc pbent non tamē poterit reddi causa quare ꝙdam corpora sūt le

sta et quedam grauia eo quod principia que supponunt nullum assignat magis proprium cor poribus mathematicis quam sensibilibus nec econuerso vnde ipsi nichil dixerunt de igne terra et aliis elementis habentibus proprias differentias sic nichil existimo eos dicere proprium de sensibilibus. Amplius quomodo contigit numerum et eius passiones esse causas eorum que erunt circa celum et circa terram que sunt loca diuersa et etiam eorum que facta sunt ab initio et que nunc fiunt et que sunt tempora diuersa. dicunt enim eundem et non alium esse numerum ex quo totus mundus consistit quod videtur impossibile quia ab ipso non potest causari diuersitas tanta entium quantam videmus in locis diuersis. Nam in hac parte mundi est opinio .i. incertitudo et tempus .i. successio et iniusticia .i. inequalitas et discretio aut mixtio .i. quedam entium multitudo permixta seu confusa quorum omnium partium est desuper aut subtus .i. in locis superioribus aut inferioribus. Cuius diuersitatis demonstratio non potest assignari dicendo quod vnumquodque istorum est numerus.

Preterea accidit numero in hoc loco inferiori esse pluralitatem multitudinum factarum quarum passiones diuersificantur secundum diuersitatem locorum et ideo mirum est si idem numerus est in celo et in terra qui sit causa vniuscuiusque entis et non sit alius numerus preter vnum ut dicunt pictagorici. plato namque qui existimauit numeros esse causas rerum alium dixit numerum in superioribus quia intellectuales numeros causas dicit celestium sensibiles vero causas sensibilium. De pictagoricis quidem nunc dimittatur et sufficiat quod dictum est.

Capitulum .xvij. quod sic incipit. qui vero ydeas posuerunt. Improbat opinionem platonis ponentis ydeas esse causas rerum ostendens primo insufficientiam positionis ipsius. ij. inconuenientiam que sequentur ad ipsum. iij. ad inutilitatem ydearum separatarum insufficientiam positionis platonis dicens.

Qui vero ydeas posuerunt primo quidem querentes assignare causas sensibilium attulerunt quedam alia separata equalia numero sensibilibus. Et quidem tale est inconueniens quale esset si quis vellet numerare et numerata per plura vel equalia ipsius putando quod per pautiora non possit assignare numerum eorum. hoc enim modo platonici querentes causas sensibilium assignauerunt fere tot vel non pautiores species quot sunt nature sensibiles in quorum noticiam conati sunt deuenire mediantibus speciebus. putauerunt enim quod in quibuslibet sunt aliqua plura vnius nature eis respondet aliquid omnino vnum .i. aliquid vnius rationis ita quod tam substantiarum sensibilium vnius rationis quam sempiternarum est vnum in multis .i. vna ydea separata a multis. Amplius autem secundum nullum modorum per quos dicunt ydeas esse videtur vera esse positio ydearum ponunt enim ydeas ut possit fieri diffinitio et ratio sillogistica de entibus. Cum igitur ex particularibus non possit fieri sillogismus non est possibile ex ydeis quas dicunt esse quedam particularia fieri rationem sillogisticam. Preterea non solum ydee erunt substantiarum sicut ipsi putant sed etiam accidentium et omnium horum possunt esse ydee quorum sunt scientie et scientie possunt esse non solum substantiarum verum et accidentium in quibus potest reperiri vnum abstractum a multis et etiam negationum quarum est necessaria causa. Preterea non est verum illud quod dicitur de sintelligentia videlicet quod non contigit intelligere aliquid nisi sit incorruptibile quia fantasma cum sit aliquid corruptibilium est intelligibile. Intellectus enim sic se habet ad fantasma sicut sensus ad sensibilia.

Secundo inconuenientia positionis ostendit dicens. Quod certissime rationes quorundam platonicorum ponunt ydeas esse iter ea que sunt respectiua nam habent aliquod genus secundum se absolutum. Alii vero ipsorum preter genera

larem holem et intentionē comunem hominis q̄ predicatur de particularibus dicūt esse hominē separatū tanq̄ tertiuz a p̄dictis et omnino ponentes ydeas aufferūt diffinōnes propter quas dicunt ydeas esse quia cum ponāt ydeam esse aliquid p̄ticulare sicut et ea quorum sunt ydee p̄ticularia sunt in quibus dicunt vniuersale esse ꝛ ideo dicūt nichil esse diffinibile cum singulare non diffinatur. ¶Preterea accidit dualitatē quam ponūt ex parte materialis principij scilicet magnum et pauum non esse p̄ma in ratione principij ꝫ potius numerū q̄m dicūt esse ydeas q̄ sunt priores magno et paruo ita ꝙ aliquis numerus scilicet ydealis prior erit dualitate. ¶Preterea accidit eis dicere qđ est per se et absolutum .s. substātiam esse ad aliquid relatum q꞉ ydea substātie est absoluta cum sit substātia et tñ est rellata cum sit p̄ticipata. multa etiam opposita veritate principioꝝ sequentē opiniones loquentium de ydeya. ¶Preterea scđm coniꝫ dicta non solum substātiaꝝ sed etiam multoꝝ alioꝝ sunt ydee dicūt enim omnium illorum esse ydeas quorūcūqꝫ potest esse vnus conceptus comunis et etiam quorum possunt esse scīe que ambo non solum substātiaꝝ ꝫ etiam accidētium esse possūt. Accidūt autem eis multa talia incōuenientia. necessariū est enim scđm eoruꝫ opiniōnem ydeas esse non accidētium sed tantum sbārum quia secūdum eos non participātur per accidēs sed per se. ab his quoꝝ sunt ydee. de quibus etiam p̄dicatur per se ꝛ non scđm accidēs de subiecto ydea āt accidētis si ponatur participabilꝫ non per se sed per accidēs ut si aliquis participat ydeam dupli cui accidit esse sempiternā: participabit etiam ydeam sempiterni quia accidit duplo sempiternū esse. soli9 igiꝫ substātie erit ydea. ¶Preterea hee substācie q̄ sunt hic et sustācie q̄ sunt in ydeis sbām assignant et si eiusdem rationis sūt. poterit ab eis abstrahi aliquid commune ita ꝙ et ydearum et p̄ticulariū quoꝝ sunt ydee erit quedam alia ydea. nec potest dici hoc non esse propter hoc ꝙ substācia particulariū est corruptibilis et substācia ydeaꝝ incorruptibilis q꞉ si dualitatib9 corruptibilibus est vna ydea cum dualitatibus sempiternis eo ꝙ sūt eiusdē rationis sbāꝝ corruptibilium et incorruptibilium sbē scilicet yde particularium quaꝝ est ydea cum sint eiusdem rōnis erit alia ydea communis Si vero non ē eiusdem ratōis substāña in his quoꝝ est ydea et ipius ydee: equiuoce dicētur sbā de eis cum non sit aliquid reale commune ipoꝝ. v.g. si quis dicat caliam et lignum esse hominem. Tercio inutilitatem ydearum ostēdit q̄ triplex est prima ꝙ dō dubitabit aliquis q̄ sunt vtiles ydee reb9 sempiternis et etiam corruptibilib9 cum non sint causa motus qui potest reperiri in sempiternis nec sint causa transmutatiōis q̄ est in rebus corruptibilibus. Secunda inutilitas ydearum est q꞉ nichil auxiliātur ad sciaꝫ illoꝝ quoꝝ sunt ydee q꞉ vnumq̄dqꝫ scitur per aliquid sibi simile ydea āt cum non sit in his quoꝝ sunt ydee sed potius separate ab eis non sunt eorum substāña. Tertia inutilitas est quia non conferunt ad esse rerum cum non insint scđm rem participātibus eas illud āt qđ confert esse alicui debēt inesse sicut albedo debet inesse rei q̄ per eius participatiōeꝫ est alba. ratio autē ponens ydeas esse per participationē valde mobilis est .i. faciliter improbabilis q̄ anaꝫ. primo eudoxus et alij posterius dixerūt cōtra quē facile est colligere multa imposibilia. nec ex ydeis possunt alia esse secundum ullum modum q̄ consueuerūt a platonicis assignari.

Capitulum.xviij.quod sic incipit dicere vero exempla esse ꝛ.c̄ Improbat.vj.rationibus opinionē platonis dicentis ydeas esse quedam exempla.

Icere ydeas esse quedam exempla ad quasdam formas quib9 inferiora partici- d pant vaniloquium est et simile methaphoricis poeticis. illud enim quod fieri potest per agens absqꝫ aliquo exēplo non ē necesse fieri presupposito aliquo exēplo natura li aūt talia fiūt. quia nullum agens naturale agit respiciēdo ad ydeas. cōtingit enim esse

et fieri aliquid simile agenti absq3 exemplari quare z existente et non existente socrate
separato tanq3 quodaz exemplo fieri potest aliquis talis qualis est socrates. Pre
terea si quelibet res sit ad propriuz exemplar socrates qui sit presupponeret socratem
sempiternuz tanq3 propriuz exemplar. et quia ipse sit homo bipes z animal presuppo
neret exemplar hominis qd est anthoatropos z exeplar bipidis et animalia ita q eius
dem rei erunt exemplaria plura. Preterea ydee erunt exemplaria sensibilium q
ipsarum erit aliquod exemplar. s. genus ita enim pticipant species genus sicut sensi
bilia spem. z ideo si spes participata est exeplar z ymago exemplar quidez sensibilium
et ymago generis ymago, aut est quid productum qd plato non concessit de ydeis.
Preterea impossibile est substatiaz separatam esse ab eo cuius e substatia et ideo, si y
dee substatie sunt non possunt esse exempla separata a rebus. Preterea in phedone
dicit plato ydeas esse causas rerum quatum ad esse et fieri quod non videtur verum
quia ydeis existentibus non fiut res participates naturaz ydearum nisi sit aliqua cau
sa mouens et efficies quaz causam non dicut esse ydeam sed solum sit causa exempla
ris et non efficiens. Preterea si ydea est causa exemplaris oim que fiunt nichil
poterit fieri cui non respondeat ydea tanq3 exemplar quod falsum e quia multa fiunt
per artem ut domus z anulus quoz non sunt ydee. palaz igitur q contingit multa es
se z fieri pter causas alias.

Capitulum. xix. quod sic incipit. amplius si sint numeri z c. Improbat sex rationi
bus opinionez predictam quantuz ad hoc quod ponit ydeas esse numeros z duabus
rationibus quatum ad illud quod dicit magnitudines habere principia.

Icere ydeas esse numeros z eas esse causas impossibile videt quia si nume
ri sint alij in ipsis ydeis z alij in sensibilibus ita q hic numerus sicut homo sep
tius z alius ab eo sit socrates alius vero calias illi non poterut esse causa isto
rum quia non differt verum illi sint sempiterni z isti non nec sufficit ad rationem cause
di sempiternitas illorum ex quo vtriq3 sunt numeri. Si vero dicatur q sensibilia con
sistunt quia in eis sunt rationes numerorum sicut proportio musica ex rationib9 nu
merorum consistit manifestuz est q aliquod vnuz tanq3 subiectuz seu materia subest
cuius tales numeri sunt ratio tanquam ipsi numeri ydeales sunt rationes alicuius ut
potius dicantur rationes alterius q substatie rerum. v. g. si calias existat ex quattuor
elemetis cuius natura dicetur esse quedaz ratio seu proportio in numeris. i. quattuor
elementis. z eodem modo antropos idest homo ydealis erit quedam proportio quo
rumdaz numerorum z non erit numerus sed potius res numerate si ex ipso dicantur
esse homines sensibiles tanq3 ex numeri proportione. Preterea ex multis nume
ris fit vnus numerus ut senarius est ex binario et quaternario ex pluribus at speciebus
non fit vna ergo si ydee sunt numeri cum sint spes non poterit ex pluribus ipsarum fi
eri aliquod vnum et si dicatur q non ex numeris tanq3 ex numeris sed tamq3 ex vni
tatibus fieri aliquid quomodo dicimus millenariu costitui ex vnitatibus quomodo se
habeant vnitates. Si enim sunt eiusdem spei multa incouenientia accidunt videlz
q ex his que sunt vnius spei fiunt multa diuersarum specierum nihil eis addito cum
non sint alterius speciei ronale est q vnitates non dicatur specifice ab inuicez impossi
biles existetes nisi sint coniiicte aliquibus per q conferat. Preter ea si ydee sunt
numeri res sensibiles erut res numerate z per consequens sut alij numeri cum neces
se sit ponere aliud genus numerorum circa qd uersatur arithmetica diuersum esse ab
ambobus z intermedium ipsorum erunt tres differetie numerorum q platonici non

ponūt. Preterea si numerus rerum sensibilium ut puta dualitas duorum sensibilium causat ex ydeis q̄ sūt numeri poterit causari ex dualitate q̄ ē pmus numer9. ⁊ sic vnitates que sunt in dualitate sensibili causantur ex dualitate numerorum ydealium qḋ est impossibile q2 vnitas cū sit prior dualitate non pōt causari ex ea. Preterea numerus ex vnitatibus colligitur et causatur. ⁊ ideo non potest ipsorum esse causa. Preterea si vnitates numerorū ydealiuz inter se differant et cum hec sint causa sensibilium oportet eas dicere ita esse causas vnius sensibilis quemadmodum sunt q̄tuor aut duo elemēta. elemētoꝝ aut signat qḋdaz corp9 comune ſ; potiꝰ a vnūqḋq3 ipsoꝝ signat rōnez corporis determinari vz ignis uel terre uel alicui9 similiūsiue ponat aliquod corpus comune omnibus elementis siue non. Cum igitur plato dicat qḋlibet sensibiliū fieri ex numeris ydealibus tamq̄z ex vno principio habente partes similes sicut est ignis aut aqua nō potest numerus ydealis habere vnitates differentes ſ̄ rationem. si uero numeri ydeales sint admodum alicuius materialis habentes partes similes ipe non erūt substantie rerum q2 substantie principaliter sunt a formis. Manifestū ergo qḋ si aliqḋ bonū sepatū ē pncipiuz in q̄tū bonū nō pōt eē pncipiū in q̄tuz numer9. quia ipsū bonū multipliciter dictuz. s. vnum. numero. spē ⁊ genere non potest alter esse principium nisi in q̄tum vnum. Volentes ergo platonici reducere substāas sensibiles ad principia quanta dixerūt longitudines causari ex producto ⁊ breui tamq̄ ex aliquo paruo ⁊ magno. superficies ex alto et lato corpus uero ex profūdo ⁊ humili. hoc autē non bene dicitur. q2 superficies non habebit lineaz nec corpus superficiem et lineam sic̄ nec latū ⁊ artum est aliqḋ genus a pfundo ⁊ humili nec includit necessario vnuz in alio ita super ficies erit aliquod corpus a corpore non inclusa in ipo. q̄madmoduz enim multum ⁊ paucum alterum est a numeris: ita q̄ non oportet numerum esse vbi est multum ⁊ paucum ita in p̄dictis nichil superioꝝ aut priorum erit in inferioribus ut linea non erit in superficie nec ista in corpore. latum enī quod dicūt esse principium superficiei non est genus profundi qḋ dicunt principium corporis. si esset genus ipsius aliqua superficies esset corpus. Preterea insufficienter locuntur de p̄dictis cum non assignēt aliqua principia esse ex quibus fiant puncta. cum etiam plato huic generi. s. punctorum opinabatur principaliter insistēdo cōtra ea disputās contra geometricos existimās geometricum dogma quasi totum cōsistere i punctis ipe etiam plato q̄uis multociens posuerit lineas indiuisibiles tn̄ vocabat punctuz principium linee tanq̄ necessarie sit linearum esse aliquem terminum et ideo ex eadem ratione qua linea est necessarie est esse punctum.

Capitulum. xx. quod sic incipit: omnino aūt sapientia. Improbat sex rationibus opinionem platonis insufficienter loquēns de principijs entium quātum ad rationem essendi.

Omnino autem sapientia que phisica p̄ma est inquirēte causas effectuuz manifestorum plōnis opinio volentis philosophari insufficienter de causis locuta est pretermittēs quasdam ipaꝝ nihil enim dixit de causa efficiēti ex qua est principiuz transmutatiōis putat etiam assignare substantiam idest causam formalez sensibilium dicendo quasdam alias substancias. s. ydeas que q̄uo sint substantie rerū inaliter dicit q2 cum sint separate a sensibilibus non possunt participari ab eis. in scientijs etiam ipsius de ydeis non fit mentio de causa finali propter quaz oīs intellectus et omnis natura agit nec dicit a platonicis quomodo hec causa ē vna causarum.

ydee enim ab eis dicuntur esse quedam abstracta quasi quedam mathematica in quibus nichil agitur per motum nec propter finem. ¶ Preterea hec opinio dicit substantiam subiectam .s. materiam magis predicari de re et dicere intelligimus substantiam eius quam ydeam que est tanquam forma et mathematica .i. separata. platonici enim magnum et parnum ita dixerunt esse substantias rerum sicut naturales phi rarum et spissum quem reducebantur ad abundantiam et defectum. ¶ Preterea si omne sensibile est talis nature quia participat ydeam talem quale ipsum est oportet quod motus sensibilis participet ydeam ita quod ydee erunt ipsius motus ita quod erit ydea aliquod ens mobibile quod plato non concedit. Si autem motui respondeat ydea non est aliqua causa ipsius et sic aufertur nec est inter entia ac per hoc aufertur tota perscrutatio de natura que est principium motus.
¶ Preterea supponitur quod omnia non sunt unum sicut facile est probare et etiam opinio plonis concedit. Si ergo aliquis concedat omnia esse unum aliquod in entitate quia ydea entis qua omnia participant est una vel unum realiter est in quo omnia sunt unum nisi dicat aliquis genus universale esse unum respectu omnium in quo omnia sunt unum. sed hoc impossibile est in quibusdam quia substantia et accidens non sunt unum genus.

¶ Preterea longitudines latitudines et corpora nullam habent rationem essendi secundum dicta eorum. hec enim omnia sunt ydee: cum non sint numeri distincti: sed potius quedam continua. nec mathematica. quia considerantur cum materia. nec sunt res sensibiles: cum sint incorruptibilia. et ideo videtur quod pertinet ad aliquod genus substantie non positum a platonicis dicentibus esse tantum tria genera substantiarum. videlicet ydeas sensibilia et mathematica intermedia. Impossibile est querentem elementa omnium sensibilium invenire ea sufficienter nisi dividat ea secundum quod diversimode conveniunt diversis ex eo quod alia elementa sunt aliorum entium querendo enim elementa ex quibus sunt entia secundum modum quem platonici assignant per ydeas numeros et dimensiones non potest accipi ex quibus elementis fiant accidentia que non sunt substantie. verbi gratia actio et passio rectitudo et similia et si dicatur quod sufficienter determinatum est de principijs et elementis aliorum entium si solum substantiarum principia et elementa assignata sunt quia substantia est principium aliorum atque subiectum. dicendum est hoc non esse verum quia diversorum entium sunt principia diversa.

Capitulum .xxj. quod sic incipit: quando autem dicet aliquis et cetera. Improbat quattuor rationibus opinionem platonis de principijs secundum quod dicebat ydeas esse principia sciendi epilogando dicta antiquorum de principijs.

Si ydee sunt principia cognoscendi res sensibiles et cum hoc sunt substantia ipsarum quomodo potest acquirere scientiam de sensibilibus cum enim ydee sint principia non accipietur de eis scientia ex quibus prius notis et quia eis cognitis cognite erunt res sensibiles quorum ydee sunt substantie nulla notitia erit ex preexistenti cognitione aliquorum precognitorum vel demostratione vel diffinitione vel inductione. Si autem dicatur quod nulla scientia sit in nobis per acquisitionem sed est connaturalis ita quod numerum addiscere est tantum reminisci mirum est si tam nobilissima scientia nobis inest sicut est prima philosophia ac tamen latet nos. ¶ Preterea quomodo per ydeas que sunt quedam forme separate poterit quis cognoscere principia materialia ex quibus sunt res sensibiles et sine quibus non cognoscuntur. ¶ Dubitabit ergo aliquis de talibus rebus sicut de alia dictione verbi gratia desima de qua dicunt aliqui quod non est aliud quam .s.i.m.a. et ita non potest cognosci nisi predicte littere que sunt

eius materia cognoscatur. alij vero dicunt qd̄ ē aliquid aliud a p̄dictis litteris sūt scili
cet quidam sonus in eisdem. Preterea si ydee sunt elemēta omnium sensibilium
ex quibus ista sunt sensibilia quemadmodum voces ex litteris necesse erit cognosci sen
sibilia cognitis ydeis et cum ipse possunt cognosci per solum intellectum absqꝫ sensu
eo ꝙ sunt forme separate a sensibilibus contingent ea quorū est sensus id est sensibilia
que proprie sensu participātur cognosci ab aliquo non habente sensum. Duod qui
dem igitur omnes antiqui conati sunt querere causas dictas a nobis in phisicis et nul
lam aliam inuenerūt materiam ex dictis. predictas autem tenuerūt et īperfecte tetige
runt. primorum enim philosophia balbuciens tanꝗ̄ noua existens de principijs lo
cuta est. Unde et emped. dicit omnes esse quādam rationem ꝙ idem ē ꝙ quiditas
et forma rei quam nominare nesciuit et eodem modo necessarium est carnem esse sā
guinem et quodlibet aliud compositum habere formam per quam magis est ens ꝗ̄ p
materiam. quam emped. dicit esse ignem terram aerem et aquam ita ꝙ hoc dixit coact9
ex necessitate dicti alterius dicentis predicta elemēta esse materiam rerum tamē nō
dixit hoc clare et manifeste determinādo qualiter elementa sunt materia sensibilium.
de talibus ergo principijs entium dictum est in precedētibus. Sed ea que dubi
tabit aliquis de principijs rerum resumam9 quia forsan ex ipsis magis habundabi
mus rationibus vtilibus ad sequentes dubitationes.

De veritate quidem theolica et c̄. Libri secundi methaphisice. Capitulū
primum declarat facilitatem et difficultatem consideratiōis veritatis scientifice
acquirende. Secundo ꝙ potius ex parte nostri intellectus ꝗ̄ ex parte ve
ritatis in se causatur talis difficultas. Tertio ꝙ antiquis qui prius incepe
rūt querere de veritate debent posteriores gratias refferre.

Onsideratio de veritate aliquo modo facilis est aliquomodo diffici
lis. Signum autem difficultatis eius est ꝙ nullus potest eam pfecte
adipisci. Signū vero facilitatis est ꝙ non omnes sunt exortes ipsius
sed vnusquisqꝫ inuestigans de ipsa aliquid dicit de natura ipsius.
Aliud etiam signum est difficultatis ipsius ꝙ vnusquisqꝫ per se nichil
aut parum determinauit de veritate. sed signū facilitatis est ꝙ ex omnibus dictis que
rētur de ea simul cōgregatis puenit ad aliqꝫ magnā notitiā ipsius. Facilitas etiam
ipsius accipit ex principijs de quorum euidētia verificari pōt respectu intellect9 illud
quod puerbialr̄ dicim9 de foraminib9 dom9 respectu uis9. s. in forib9 qs delinqt prin
cipia enī in sciētijs sic se offerūt intellectui: sic fores dom9 se offerūt visui. Et ideo qn
tum ad noticiam principiorū cognitio veritatis ē facilis. Sed difficultas cognitiōis ve
ritatis ex hoc patet ꝙ nemo potest eam tantam vel majorem partem eius cōprehen
dere Forsam autē difficultate existente duobus modis: non est eius causa in rebus
sed in nobis. quia sicut occuli nicticoracum se habent ad lucem diei quam non possunt
intueri propter debilitatem visus: ita intellectus noster se habet ad ea que sunt mani
festissima et euidentia in natura. Non solum est iustum refferre gratiam his quorū
opinionibus aliquis consistit: sed his qui superficialiter dixerunt aliquid de veritate.
quia hi contulerunt pro nobis in quantum intellectum nostrum preexercitati sunt. nam

si thimoteus non fuisset multam melodiam non haberemus. Et si philonites non p̄cessisset: thimoteus non tantum dixisset de melodia. Et eodem modo est de annunciantibus veritatez. a quibusdaz enim quasdam opiniones accepimus cōsonas veritati: sed alij fuerunt causa ut isti inquirerent ⁊ inquirendo aliquid inuenirēt.

Capitulum .ij. quod sic incipit: vocari vero phiam ⁊c̄. Declarat primaz phiam tanq̄ speculatiuam esse scientiam veritatis cognite per causam primā q̄ est maxime ⁊ necessario vera.

Ocari phiam primaz scientiam veritatis rectum est. quia vnumquodqz congruenter nominatur ex fine. huius autem finis est veritas: cum sit theorica nam theorice finis est veritas sicut pratice opus. Quis enim pratici speculentur quomodo se habet veritas rei: non tamen speculantur propter scire: sed propter operari. Nescimus autem verum nisi per causaz. In quolibet autez genere illud quod maxime habet naturam illius generis causa est aliorum participantiuz vniuoce naturam eamdez ut sint talia. puta ignis calidissimus est causa caloris omnibus participantibus caliditatem. et ideo verissimum tanq̄ in veritate primum: causa est veritatis posteriorum. propter quod principia entium que semper existūt necesse est semper esse verissima. quia non sunt q̄ñz vera q̄ñoz non vera sed semper vera. Nec eis vt sint aliud est causa: sed potius sunt causa vt alia sint. Et q̄m veritas sequit̄ entitatem: idcirco sicut vnumquodqz se habet ad esse: ita se habet ad veritatem.

Capitulum tertium quod sic incipit: at vero ꝙ sit principiuz ⁊ quidez et c̄. Proponit ꝙ non sit processus in infinitum nec in causis eiusdem speciei sicut sunt cause efficiētes inter se: nec in causis diuersarum spērum sicut sunt causa efficiens ⁊ formalis adinuicem cōparate: probans hoc de causa efficienti ⁊ materiali.

Quod sit quoddaz principiuz tanq̄ causa prima in omni genere causandi nec sint infinite cause indirectuz idest eiusdem ordinis sicut sunt cause materiales inter se et similiter formales inter se et sic de efficiētibus ⁊ finalibus. nec scdm spem idest secundum infinitatem causaruz specie differentiū: manifestuz erit sic. in causa enim materiali non ē possibile progredi in infinituz ita ꝙ vnuz ex alio sit materialiter in infinitum. nec sit dare primaz materiaz. v.g. non est possibile fieri carnē ex terra. terraz ex aere. aerem ex igne ⁊ sic semper in infinituz aliud ex alio. Similiter in causa vnde principiuz motus non est possibile hominez moueri ab aere ⁊ hūc a sole ⁊ sic in infinitum. Similiter nec in causis finalib9 possibile est in īfinituz procedere. Quod aūt in causis efficiētib9 non sit infinitas: patet sic. quādo in aliquo ordine est principiuz medium et vltimum necesse est primū esse causaz omniuz sequentium. ita ꝙ si oporteat nos assignare causaz ipsorum dicem9 ꝙ principiuz est principaliter causa. vltimum enim nullius est causa cum non sit prius aliquo in illo ordine. medium non est causa nisi vnius scilicet vltimi. nec differt ad propositum vtrum sint plura media vel vnum. quia quecūqz sint non erunt causa nisi posteriorum. principalis igitur et prima causa omnium ipsorum est primuz. quia igitur in infinitis non est primuz: eo ꝙ omnes partes infiniti tenent naturaz medij: cum careāt primo et vltimo: si cause mouentes essent infinite: non esset in eis primuz mouens. et sic simpliciter nullum esset mouens. Similiter in causis materialibus in quibus status reperitur insursum. s. quia inuenit̄ aliquid ex quo vlterius non fit aliud impossibile est infinitum. Impossibile est etiam in infinituz ire deorsuz verbi gratia ꝙ ex igne fiat aqua

et ex aqua terra. et sic semper procedatur in infinitum. Dupliciter enim fit hoc ex hoc. non dico autem fieri hoc ex hoc quomodo fit tantum unum post aliud sicut quando ex mane idest post mane fit meridies. hoc enim modo fiendi aliud ex alio idest post aliud exclusso: restat duplex modus quo aliquid fit ex aliquo. quorum primus est quando ex imperfecto fit perfectum. ut ex puero mutato fit vir. In quo modo ex eo quod est in fieri fit illud quod postea dicimus factum esse ita quod fieri est medium inter non existere et esse factum. sicut generatio media est inter esse et non esse. Et hoc modo dicimus quando adiscens fit sciens. Alius modus fiendi hoc ex hoc est quando aliud fit ex altero corrupto. ut aer fit ex aqua corrupta. Istorum duorum modorum differentia est quia in primo non est reflexio. sic enim fit ex imperfecto perfectum ut ex puero vir quod non fit econverso. ex perfecto. imperfectum ut ex viro puer. Cuius ratio est quia imperfectio sicut est puericia sive generatio non est materia ex qua fiat perfectum sive genitum: sed tantum fit perfectum post imperfectionem et genitum post generationem. talia enim includunt ordinem essentialem prioris ad posterius in quo ordine sic fit posterius ex priori: quod non econverso quia enim dies fit ex aurora idest post eam essenciali ordine ideo non reflectitur quod ex die fiat aurora. In secundo autem modo ita fit aliud ex alio ut ad invicem reflectantur. sic fit aer ex aqua. Utroque autem predictorum modorum impossibile est in infinitum ire. nam in primo ipsum fieri intermedium est non existentis et existentis. et imperfectum intermedium est non entis et perfecti entis. ubi autem est aliquod intermedium: necesse est esse finem. ac per hoc ibidem non est infinitas. In secundo autem modo corruptio unius est generatio alterius cum ea quorum unum fit ex alio illo modo adinvicem reflectantur. ubi autem est reflexio: non est processus in infinitum sed reversio ad idem. Preterea impossibile est primum sempiternum corrumpi et ideo illud ex quo primo corrupto aliud fit non est sempiternum: sed aliquando incipit et sic in eo est status primi corrupti ex quo aliud est factum.

Capitulum. iiij. quod sic incipit: amplius autem quod est cuius causa et cetera. probat quod in causis finalibus et formalibus non potest esse infinitas. similiter nec in generibus causarum.

Quod in causa que est quod cuiusmodi causa fiunt alia non possit esse infinitas patet. quia talis causa finis est. de cuius ratione est quod non sit gratia alicuius sed alia propter ipsum et ideo quod est finale ipsum est ultimum. tale. autem non potest esse infinitum. non posito ergo ultimo: non erit causa finalis. Preterea ponentes tale infinitum scilicet in finibus ignorant propriam vocem quia sic dicendo tollunt finem et cum finis et bonum idem sint: auferunt naturam boni a rebus. Preterea sic dicentes negant omnem actionem quia nullus conatur aliquid agere nisi possit pertingere ad terminum ad hunc autem pertingere non potest si infinitas sit in finibus. Preterea nullus intellectus praticus erit ita quod non erit agens per intellectum quia operans per intellectum agit propter finem qui est terminus actionis non erit autem finis si ponatur predicta infinitas. Sed nec in causa formali potest procedi in infinitum et hic primo manifestum est in conceptibus formalibus diffinitivis. Non enim convenit sic diffiniri quidditatem alicuius ut diffinitio eius per aliam diffinitionem dif-

finiatur ꝛ alia per aliaꝫ et sic in infinituꝫ. nam in omni diffinitione est pars prior ꝛ posterior. ita ꝙ prior est communior posteriore. priori aũt non posita non ponetur posterior que consequenter se habet: sed in infinitis non est ꝑus nec posterius igitur in eis nõ potest esse diffinitio. Preterea dicẽtes infinitateꝫ esse in conceptib9 formalibus destruunt scientiaꝫ. quia non ẽ possibile scire quidditatem rei nisi perueniatur ad speciem specialissimaꝫ cõstitutam per vltimaꝫ differẽtiam ad quam non potest ꝑueniri in conceptibus formalib9 si ponatur infinitas. Preterea non cõtingit aliqueꝫ cognosci nec intelligi posita tali infinitate. q2 omnis res cognita determinata est ab ĩtellectu. infinita vero determinata non sunt ab eo. Et si dicatur ꝙ linea est ĩfinita tñ intelligitur: dicẽdum non esse simile de infinitate que est in linea ꝛ de infinitate conceptuuꝫ formalium propter duo. Primo quia diffinitiões linee sunt in potentia et non stant sed semper sunt in fieri diffinitiones auteꝫ formales sunt in actu ꝛ imperfecto esse. vnde non sequitur ꝙ si aliquid infinituꝫ in potẽtia potest cognosci ꝛ comprehendi ab intellectu ꝙ infinitum in actu possit comprehendi ab eo. Secũdo ad idem dicendum ꝙ partes linee nõ possunt ab intellectu cõprehendi nisi ille que determinate ꝛ finite sunt. propter quod non numerabit diffinitiones eius ille qui procedit in infinitum. Preterea necesse est intelligere materiam in omni quod mouetur ꝛ hec materia cum sit determinata de se est finita. forma aũt que est actus ipsius nõ potest esse infinita. q2 per ipsam materia determinatur et finitur nunꝙ̃ autem finitum per infinitum determinatur nec finitur. Genera etiam causarum infinita esse nõ possunt. quia nichil cognosceretur si infinita essent. tunc enim putam9 scire vnumqđ qꝫ cum causas nouerimus noscere autem infinita scđm additionem non possumus. sicut nec pertransire possumus ea tempore finito.

Capitulum. v. quod sic incipit: cõtingit aũt additiões et cetera. Declarat que sunt impedimẽta in quibus cognitio veritatis impediri potest ꝛ que sunt obseruanda volẽti inquirere noticiam veritatis.

Rimum impedimẽtum veritatis cognoscende ẽ consuetudo q2 auditiones cõtingũt hominibus conformiter his que consueuerũt audire. cõsideramus enim ꝛ approbam9 omnia dici sicut audire consueuim9 ꝛ que preter consueta dicũtur nõ videntur similia consuetis sed propter incõsuetudinem videntur min9 nota ꝛ magis extranea. Quãtam autem vim habeat cõsuetudo leges ostendunt in quibus propter consuetudinem puerilia ꝛ fabulosa magis valent et plus acceptantur ꝙ̃ cognitio veritatis. Aliud impedimentum tamen est non accipe aliqua dicta de veritate nisi demõstratione potissima ꝓloluta sunt q̃les sunt dmonstrationes mathematice. Tertium impedimẽtuꝫ est assẽtire suditis soluꝫ propter famositatem ꝛ apparentiam ꝛ propter hanc non recipere aliqua nisi exemplariter declarẽtur qui enim hoc querunt approbant qđ inducatur testimoniuꝫ poete ad confirmatiõeꝫ dictorum. Sunt tamen aliqui qui nolunt omnia scire per certitudinẽ sicut conuenit rebus ꝛ isti habent naturaꝫ philosophorum. Quartum impedimẽtum est offendia difficultate rei: quibusdam enim certitudo est tristis propter impotentiam intellectus non valentis comprehendere noticiam veritatis. aut propter hoc ꝙ videtur eis difficile inquirere usqꝫ ad minima q̃ faciunt ad certitudinem veritatis. certum enim ha

bet aliquid simile sumptibus ⁊ rationibus. quia sicut i istis nõ videtur esse liberale cõputare usqz ad minima: ita in illis videtur superfluum investigare usqz ad minima.

Propter quod oportet erudiri per noticiam logice que determinat modum sciẽdi quomodo singula sunt recipiẽda. et absurdum est simul querere scientiam ⁊ modũ sciendi scilicet logicam quia neutrum per se facile est accipere. ⁊ ideo difficilius est addiscere esse utrumqz simul. Violentia tamen demõstrationis mathematice nõ est in omnibus requirẽda sed solum in his que non habent materiaz sensibilem. quia de talibus est mathematica. Et ideo non est naturalis motus iste quo mathematice demonstrationes procedunt. quia forsam omnis res naturalis habet materiaz. primuz ergo perscrutandum est quid sit natura. quia per hãc fiet manifestuz de quibus est sciencia phisica. ⁊ manifestum erit utrum unius scientie aut plurimarum sit causas ⁊ prĩcipia considerare.

Necesse quidem est adq̃sitam scientiam et cetera. Huius libri tertij primuz causam declarat q̃ utile est ad veritatis noticiaz acquirendam dubitare de ignotis.

Necesse est ad scientiam veritatis quam querimus. primum aggredi de quibus dubitare oportet ⁊ hec sunt quecũqz antiqui aliter sẽserũt de ipsis q̃ se habeat veritas. ⁊ etiam ea que pretermissa sunt ab eis utilia tamen ad noticiam veritatis. Volentibus autem investigare veritatem valde utile ẽ dubitare. quia dubitare facit investigare. investigatio autẽ ⁊ inventio posteriorum solutio est prius dubitatorum

Preterea ignorantis vinculuz non est solvere ipsum sed scientis. veritatis autez dubitatio vinculum demonstrat quo ignorans ligatus est in quantuz enim quis dubitat in tantum assimilatur ligato cognoscẽti vinculum quo ligatus est. nam utriqz impossibile est procedere ad ea que sunt ante ipsum. sicut enim ligatus procedere nõ potest ad ea que sunt ante ipsum localiter: ita nec dubitanti donec develat ad ea que sunt ante ipsum intellectualiter. propter quod ut accedat ad ea: prius oportet ipsum speculari dificultates et causas ipsarum ad hoc autem inducitur ex dubitatione. Preterea querentes aliquid sine dubitatione ipsius similes sunt ignorantibus terminum ad quem oportet ire. et tamen vadunt ad ipsum. Preterea querẽs id de quo non dubitatur non cognoscit id quod invenit utrum sit illud quod querebat aut non. quia non habet noticiaz de quesito. pre dubitans vero cognoscit quesitum quando ipsum ĩvenerit. quia ei fuit aliqualiter notum. Preterea dubitans audiendo rationes aliorum dubitantium et eorum qui contraria opinantur melius se habet dubitando ad iudicanduz et examinando virtutem ipsorum ex quo disponitur ad noticiam veritatis.

Capitulum secundum quod sic incipit: est autez dubitatio prima ⁊ cetera.
Enumerat viginti quattuor questiões dubias de quibus intẽdit inferius per

tractare. quarum quattuor pertinent ad scientiam. due autem ad substantias tres ad scientiam accidentium quindecim vero ad causas et principia entium

Prima igitur questio est de qua dictum est in fine precedentis libri scilicet utrum unius scientie aut plurium sit speculari causas. Secunda utrum ad primum philosophum pertineat considerare tantum principia prima omnium scientiarum, sicut est istud non contingit idem simul affirmare et negare. Tertium utrum una scientia sit omnium substantiarum aut plures. Quarta posito quod plures utrum iste scientie sint inter se cognate ita quod omnes sint speculative vel omnes practice, aut quedam speculative et quedam practice. Questiones pertinentes ad substantiam rerum sunt due. Prima utrum sole sensibiles substantie sint substantie aut preter illas sint alie. Secunda utrum omnes substantie sint unius generis et unius rationis aut sint plura genera ipsarum sicut dicunt hi qui ponunt ydeas esse substantias separatas et substantias sensibiles et alias substantias mathematicas intermedias

Questiones pertinentes ad scientiam accidentium sunt tres. Prima utrum speculatio scientialis sit non solum circa substantias sed etiam circa propria accidentia substantiarum. Secunda est de specialibus accidentibus sicut est idem et diversum simile dissimile contrarietas identitas diversitas et similia de quibus dialetici considerant ex aliquibus probabilibus. qui dialeticorum consideratio est de omnibus. Tertia preter predictam considerationem accidentium querendum est utrum unum uni contrarium sit. Questiones autem pertinentes ad principia sunt quindecim

Quarum prima est utrum genera sint principia et elementa rerum existentium. aut ea que existentia dividuntur sicut sunt materia et forma. Secunda supposito quod universalia aliquo modo sint principia rerum utrum magis communia sicut sunt generalissima aut minus communia sicut sunt specialissima sint principia rerum. Tertia utrum aliquid preter materiam sit causa intrinsica rei. Quarta utrum intrinsicum principium sit separabile a re vel non. Quinta utrum unum aut plura numero sint principia intrinsica. Sexta utrum aliquod additum super nolon idest rei composite ex materia et forma sit principium rei aut non. et si tale additum rei composite aliquorum existentium sit principium et aliquorum non. Septima utrum principia tam formalia quam materialia sint determinata numero aut specie. Octava utrum eadem aut diversa sint principia corruptibilium et incorruptibilium. Nona utrum omnia principia sint incorruptibilia aut corruptibilia principia sint. Decima dessicilior est omnium et plurimam habet dubitabilitatem videlicet utrum unum aut ens sint idem cum substantia rerum sicut dixerunt pictagorici et plato aut sit alterum ab ea sicut dixit empedocles et alii naturales. Undecima utrum principia rerum sint universalia aut singularia. Duodecima utrum sint in potentia vel in actu.

Decima tertia utrum includunt motum aut non. Decima quarta utrum numeri longitudines figure et puncta sint substantia rerum. Decima quinta utrum si calida sint substantie utrum sint separata a sensibilibus aut in eis. De his enim omnibus non solum inquirere veritatem verum etiam bene et rationabiliter dubitare est difficile.

Capitulum. iij. quod sic incipit: primum ergo de his quibus in primis etc.

Inquirit disputatiue vtrum vna sit scientia aut plures ⁊ inuestigat que ipsarum sit dignior vocari philosophia prima de qua hic queritur.

Primuz ꝙ q̄ritur vtrū vni9 aut pluriuz scientiarū sit speculari oīa genera causarū. videt̄ ꝗ̄ ꝙ non vni9 q̄a ca q̄ ab vna sciā cōsiderātur cōtraria sūt. genera aūt causarū nō oīa sunt adinuicē contraria. Prima ꝓcipia que considerātur in vna scientia insunt omnibus contentis per se sub scientia. sed non omnia principia ⁊ cause entium insunt omnibus entibus quia in quibusdam ut in immobilibus nō est causa vnde principium motus nec natura boni quod est causa finalis propter quam fiunt ⁊ sunt cetera finis enim semper est terminus alicuius actus. actus autem includit motum. et ideo sicut in immobilibus non est cā vnde principium mot9: ita in eis non est causa finalis nec authoagaton idest per se bonum cuius causa fiunt cetera. et q̄m mathematica abstraunt a motu: ideo nichil in eis demostratur per causaz finalem nec per illud quod est melius aut deterius que pertinent ad bonum. de talibus enim nullus mathematicus facit mentionem. Et ideo aristipus sophista causas finales neglexit dicēs ꝙ artes seruiles ut sunt thectonica et coriaria ⁊ alie mechanice tractant de eo quod est melius vel deterius. tanq̄ de fine earum. mathematica nullam facit mentionem de eo quod est melius vel deterius que pertinēt ad finem sed solum considerat causam formalem. Queritur secundo si plures sint scientie causarum ita ꝙ alterius principij sit altera sciētia ut vna sit scientia de causa formali ⁊ alia de finali ⁊ sic de alijs: que ipsarum debet censeri sapientia quam querimus ⁊ quis de habētibus scientias predictas melius scit rem hic quesitaz. Contingit enim omnia genera causarum eidem rei inesse. domus enim causa efficiens est artifex. finis vero vtilitas. materia aūt lapides ⁊ alia. forma vero ratio ipsius. Si igitur consideremus ea que superius determinata sunt apparet rationabile vocari sapiētiam quamlibet scientiam trium causarum. In quantum enim prima sapiētia est antiquior et principalior cui alie subseruiūt rectum videtur ꝙ scientia de causa finali propter quam sūt cetera sit prima scientia vel sapiētia. In quantum vero prima sapientia cognoscit causas diffinitiuas quidditatis scientia de causa formali videtur esse sapiētia. quia mltis modis res scita: magis dicimus scire eum qui nouit rem quantum ad esse quod est a forma quam quantum ad non esse quod est per negationē et etiam scientium dicere quodcūqz esse: magis scire dicimus illum qui nouit quod est idest quidditatem rei que est per formam q̄ qui nouit de ea quantuz aut quale aut quid apta nata est facere vel pati. Preterea eorum que per demōstrationē sciuntur putamus habere scientiā quando cognoscimus causam formalem sicut scimus quid est thetragonizare quādo cognoscimus inuentionem medie linee que est causa formalis thetragoni equalis q̄drangulo habenti alteram partem longiorem. In his autem que includunt generationem actionem ⁊ trāsmutationem nobilior scientia videtur esse illa qua cognoscimus principium motus. ⁊ hec causa aliqualiter est opposita fini. videtur igitur diuersarum scientiarum speculari causas predictas.

Capitulum quartum quod sic incipit at vero de principijs demostrationis et cetera. Inquirit vtrum de primis principijs consideretur in vna scientia et vtrum eadem scientia consideret de eis et de substantijs.

Ex primis principijs ex quorum virtute omnes scientie demonstrãt: que principia dicuntur animi demonstrationes sicut est ꝙ non contingit idem affirmare ⁊ negare. Dubitatur vtrum sit vna scientia vel plures. et vtruȝ eiusdem scientie sit cõsiderare de ipsis ⁊ de primis substãtijs. Et si alterius est dubitatur que illarum sit phĩa que queritur. vnius autem scientie esse considerare de omnibus principijs primis non est rationabile. quia non plus ad vnam ꝙ̄ ad aliam pertinet eorum consideratio cum sint communia omnibus. Omnium vero scientiarum non est considerare de ipsis. quia vna res non consideratur simul ab omnibus scientijs. Non videtur etiam ꝙ considerare de ipsis sit proprium scientie de substãtijs sicut nõ est proprium aliarum scientiarum. Preterea non videtur ꝙ de ipsis sit aliqua scientia. q2 scientia de his est que probantur per ipsam. sed principia prima non probantur in aliqua scientia sed cognoscimus quid sunt et eis vtuntur sicut tanꝙ̄ notis. Preterea si de eis est scientia erit demõstratio ð ipsis et sic oportebit esse aliquod subiectuȝ cuius prima principia sunt passiones probate per demõstrationem ⁊ hoc sit per alias dignitates siue principia ita ꝙ quedam principia erunt priora primis principijs quod est impossibile. sicut impossibile est de omnibus esse demõstrationem cum demonstratio semper sit ex aliquibus indemonstrabilibus principijs ⁊ circa aliquod subiectum ⁊ de aliqua passione. Ea autem ex quibus virtualiter est demõstratio sunt dignitates quibus omnes scientie demonstratiue vtuntur. Si vero est alia scientia de subiectis ⁊ alia de principijs dubitabitur que earum principalior sit. et videtur principalior esse ea que de principijs primis. q2 tales dignitates videntur esse principia omnium. Preterea nullius alterius videtur proprium speculari veritatem a falsitate de primis principijs nisi primi phĩ habentis principalem scientiarũ.

Capitulum. v. quod sic incipit: Totaliterq3 substãtiarum vtrum vna et c. Inuestigat vtrum omnium substãtiarum sit vna scientia aut plures ⁊ vtrum eadem scientia consideret substãtiam et eius accidentia.

Dubitatur vtrum vna scientia sit omnium substãtiarum aut plures. Videtur ꝙ vna quia si plures essent non videtur posse assignari que illarũ ponenda sit philosophia quam querimus. Contrarium videtur. quia si vna scientia sit de omnibus substãtijs: vna etiam esset demõstratiua de omnibus accidentibus. omnis enim demonstratiua scientia speculatur accidentia per se circa proprium subiectum per consequens animi conceptiones. ita ꝙ eiusdem scientie est speculari proprium genus ⁊ accidentia per se ipsius ex proprijs principijs. Unius etiam scientie est considerare proprium subiectum quia est et dignitates seu principia ex quibus. siue eiusdem siue alius sit considerare subiectuȝ ⁊ principia vna tamen est que speculatur accidentia de subiecto ex proprijs principijs. Juxta hoc dubitatur vtrum consideratio sciẽtie sit solum circa substãtiam aut etiam circa ipsius accidentia. v̄. g. si corpus linea superficies essent substãtie. dubitatur vtrum eiusdem an alterius scientie sit considerare aut cognoscere ⁊ accidentia cuiuslibet ipsorum de quibus accidentib9 mathematici tractãt. Videtur ꝙ non eiusdem quia si scia eadem esset de vtrisq3 sicut ipsa per demonstrationem considerat de accidentibus: ita consideraret de substãtia. ⁊ sic eius qd̄ quid ẽ esset demõstratio. qd̄ ẽ impossibile cum sit principiũ demr̃ationis. Contra si diuerse scie sint de sba et de accidente non poterit assignari scia q̄ speculatur accidẽtia de sba.

Capitulum. vj. quod sic incipit: ãplius autez vtrum sensibiles et c̄. Inquirit vtrum preter substãtias sensibiles sint alie substãtie: et posito ꝙ sint scd̄m dicta aliorum. s. ydee ⁊ substãtie mathematice: querit vtrum iste sint inter se eiusdem generis vel diuersi.

Querendum est vtrum preter substãtias sensibiles sint alie an non et si preter eas sunt substãtie quas quidem dicunt ydeas et alie intermedie inter ydeas et sensibilia circa quas alij dicũt mathematicas scientias esse querẽdum est vtrum iste sint substãtie eiusdẽ generis vel diuersorum. quomodo preter sensibiles substantias sint species q̄ sunt substãtie ⁊ cause sensibilium dictum est in primo libro. Quod aũt si sint tales substãtie multa ĩpossibilia sequantur manifestuz ẽ. maxime absurdum esse videtur dicere inter intelligẽtias que sunt in celo alias esse substãtias sep atas a sensibilibus eiusdem tamen rationis cum hõie sensibili et eodẽ modo equũ sanitatem ⁊ sic de alijs. Et isti sic dicentes similes sunt dicẽtibus deos esse aliquoz qui sunt humane speciei. nichil eniz aliud isti faciũt ꝙ homines sempiternos. nec platonici aliud dicũt ydeas esse nisi res sensibiles sempiternas. Si quis autem preter ydeas ⁊ sensibilia ponat mathematica intermedia: multa sequitur inconueniẽtia quorum primũ est q2 sicut preter substãtias sensibiles ponuntur substantie mathematice. ita preter lineas sensibiles erunt linee mathematice ⁊ eodem modo preter quecunq3 corpora sensibilia erunt corpora mathematica eis correspondentia. ⁊ sic preter celuz sensibile ⁊ preter solem ⁊ lunam sensibiles erunt alia celestia mathematica sepata qd̄ est impossibile quia nichil tale de sua natura est immobile sed mobile in quantum autem separatum non potest esse mobile. ⁊ sic idem esset mobile ⁊ immobile per naturam. Preterea lineas sensibiles de quibus tractat perspectiua ⁊ preter sonos sensibiles de quibus est musica erunt linee ⁊ soni mathematici separati a sensibilibus quod est impossibile. quia oportet esse animalia separata a sensibilibus: eo ꝙ si vnum relatiuorum est in natura et relinquum potest esse in ea. sens9 aũt et sensibile ut visus ⁊ uisibile audit9 ⁊ audibile correlatiua sunt. Preterea si geometria ẽ de quãto mathematico separato ⁊ geodosia de quanto sensibili oportebit aliam medicinale esse de sanabili mathematico separatam preter eaz que ẽ de sanabili ⁊ eodem modo aliaz oportebit esse sciẽtiaz preter vnãq̄q3 scientiaz sensibiliũ qd̄ est impossibile. quia si esset medicinalis sepata preter medicinalem sensibilem: necesse esset poni quedaz sanabilia preter sensibilia ⁊ autosanũ. i. per se sanuz. Quod autem necesse sit esse sbas mathematicas intermedias videt̃ ꝙ geometria cõsiderãs magnitudines sensibiles ⁊ corruptibiles corrũperetur corruptis magnitudinibus si non essent magnitudines mathematice separate. Preterea nec ea que dicũtur in astrologia de motibus et reuolutionibus corporuz celestium vera sunt si cõsiderentur in corporibus celestibus sensibilibus nec linee sensibiles sunt tales quales dicit geometria nullũ enim rotundum sensibile tangit lineam sensibilem puncto. vnde dicit bene pictago. redarguens geometras ꝙ nec mot9 nec reuolutiões celi tales sũt q̃les illi d̃ q̄bus astrologia logt̃ nec astra hñt naturã puncti. Sũt aũt quidã ponẽtes predicta mathematica intermedia tamen non separata a sensibilib9 sed in ipsis in quibus accidunt impossibilia. Si enim huiusmodi intermedia in sensibilibus sunt: eadem ratione et ydee erunt in eis cum vtraq3 sint ingenerabilia et incorruptibilia. Preterea duo corpora e-

runt in eodem loco scilicet mathematicum et naturale sensibile. Preterea illa in termedia ponuntur immobilia quia non erit possibile si sint existentia in sensibilibus que mouentur. Preterea si sunt corpora mathematica diuersa realiter a sensibilibus et tamen existētia in ipsis est aliquod celuz diuersum a celo sensibili. non tamen existens extra ipsum sed in eodem loco cum ipso quod est impossibile. De his ergo quomodo veritatem habeant multa est dubitatio.

Capitulū septimū quod sic incipit. Et de principijs vtrum oportet per generari et cetera. Inuestigat vtrum genera magis sint ponenda principia entium ꝙ ea ex quibus sunt entia et insunt in factis sicut materia et forma.

A ex quibus prius sunt res videntur esse magis principia ꝙ genera sicut principia vocis sunt ea ex quibus componuntur ut littere et syllabe et non vox que est genus vocis. Preterea descriptionum geometricaruz ea dicimus elementa quorum demostrationes insunt demostratiōibus posteriorū. Preterea naturales dicētes vnum et plura esse elemēta ex quibus constāt entia dicūt ea principia rerum sicut empedo. quattuor elemēta dixit esse principia existentiuz. nec dixit ea esse genera rerum. Prereterea si quis consideraret artificialia ut lectuz: tunc cognosceret eorum naturam quando speculatur ex quibus partibus et quomodo compositus constāt. Hec igitur sunt rationes ex quibus apparet genera non esse principia existentium sed ea ex quibus sunt cum insunt. Si aūt intelligamus ꝙ eadem sunt principia essendi et cognoscendi. videbitur ꝙ genera sint principia existentium. nam vnumquodqz cognoscimus per diffinitionem cuius principia sunt ipsa genera et ideo necesse est genera esse principia diffinitorum. Preterea tunc habetur scientia de re quādo scitur specifica ratio eius principia autē cognoscendi species quid sunt: sunt genera. Preterea dicētes vnum aliud ens magnum aut paruū esse elemēta rerum entium videntur eis vti tanꝙ generibus. nec potest dici ꝙ vtraqz sint principia scilicet ea ex quibus et genera. ratio enim substātie cuiuslibet diffinitiua est vna. diffinitio autē assignata per genera et per ea ex quibus res est erit diuersa et ita eiusdez essent diuerse diffinitiones substāntiales.

Capitulum. viij. quod sic incipit: ad hec autem si qua maxima principia. Inquirit disputatiue vtrum existentium principia magis sint ponenda genera pⁱma aut species vltime que imediate predicātur de indiuiduis.

Uod āt genera pⁱma nō sint rerū pⁱncipia videtur. Si enī magis sunt pⁱncipia que sūt magis vniūsalia seqtur. ꝙ suprema genera q̄ dicūtur de oībus inferioribus erūt genera prima. ita ꝙ tot pⁱncipia erūt entiū quot sūt genera pⁱma. Seqt etiaz ꝙ ens et vnum que dicūtur de omnibus existētibus sint rerum principia substātialia et prima genera hoc autez est impossibile quia necesse est differentias cuiuslibet generis sic esse determinatas infra genus ꝙ ipsum non predicetur de differentijs proprijs nisi prout sunt in speciebus. Si igitur vnum aut ens est genus: nulla differentia ipsoruz est nec vnum nec ens et quia hoc est impossibile ideo ipsa non sunt genera nec principia. Preterea si vniuersalia inquantum vniuersalia sunt genera et per hoc principia omnia intermedia inter generalissimum et indiuidua erunt genera. quod falsum est. quia differentia et species vltime non sunt genera. Preterea si omnia vniuersalia sunt principia magis erunt principia vniuersalia propinquiora rebus existentibus quam longinquiora et cum differentie specifice sint vniuer

vniuersales et magis propinque existentibus magis erunt principia quam genera. cum enim differentie vltime sint quasi infinite vt sic dicam principia entium erunt infinita. hoc autem inconueniens non sequitur si ponatur genus primum esse principium. Quod autem specialissimum magis sit principium quam genera probatur sic. magis habet naturam principii quod magis est vnum. tale autem est quod magis indiuisibile. Indiuisibile vero dupliciter dicitur secundum quantitatem et secundum speciem talia autem non sunt genera cum diuidantur in species. sed vltimum quod predicatur de indiuiduis scilicet species specialissima est vere vnum cum non diuidatur in alias species homo enim non est genus aliquorum hominum specie differentium. Preterea in quibus est prius et posterius non est aliquid vnum preter ipsa in quibus est prius et posterius verbi gratia. quia vna species numerorum est prior alia: non aliquis numerus preter species numerorum. similiter nec aliqua figura preter species figurarum. in quibus autem non est prius aut posterius in eis est aliquid commune preter ipsam que est quasi sola continens inferiora ita quod ipsorum est genus commune preter species inferiores. et de numero horum maxime videntur esse genera que ponunt principia entium. Indiuiduis vero non eiusdem speciei non est hoc prius et illud posterius et ideo species est magis principium quam aliud vniuersale. Preterea quando aliquid est melius et aliud vilius: quod est melius semper est prius sed species est melior genere cum sit perfectior. ergo prior est ipso et sic principium. Ex his igitur specialissima videtur esse magis principia quam genera. Contra principium potest esse preter res quarum est principium et separari ab eis species autem non possunt esse preter singularia. nam principia non videntur esse nisi illa que vniuersaliter predicantur de multis specie differentibus. quod si verum est: magis sunt ponenda principia que magis sunt vniuersalia qualia sunt genera prima.

Capitulum .ix. quod sic incipit: est autem habita his dubitatio etc. Inuestigat disputatiue vtrum sit aliquod vniuersale separatum a singularibus et vtrum sit aliqua forma separata con sensibilibus.

Ecedam dubitatio conuenienter se habens ad precedentem difficilis et necessaria est ex qua precedens sumpsit originem scilicet vtrum sit aliquod vniuersale separatum a singularibus. videtur quod sic quia cum singularia sint infinita: non erit de eis scientia. in tantum enim scimus in quantum est aliquod vnum vniuersale commune multis. Contra si est necesse ponere aliquod preter singularia necesse est esse quedam vniuersalia separata et hoc aut species vltimas aut genera prima quorum vtrumque impossibile est separatum esse a singularibus vt in precedenti dubitatione dictum est. Alia dubitatio est si aliqua forma preter singulare simul aggregatum sit separata a toto simul vtrum hoc sit respectu omnium singularium. aut respectu quorumdam et quorundam non aut respectu nullius. videtur quod preter singularia sit aliqua forma separata. quia cum singulare compositum ex materia et forma non sit intelligibile si non est aliquod preter singularia nichil erit intellectuale sed omnia erunt sensibilia et nullius erit scientia. nisi dicatur sensum esse scientiam. hoc autem impossibile est. Preterea omnia sensibilia corrumpuntur et mouentur et ideo si nichil est preter ea non est aliquod sempiternum nec immobile. Sempiternum autem aliquod esse probatur tripliciter. Primo quia impossibile esset generationem esse si nichil est sempiternum. In generatione enim est aliquid quod fit cum generatio non fit ex non ente ita quod non potest procedi in infinitum. ex parte illius ex quo fit. sed oportet dari vltimum quod sit ige

sit. sed oportet dari vltimum quod sit ingenituz et incorruptibile et per cõsequens. Secundo si omnis generatio et motus habent aliquez finem ita ꝙ impossibile est generari quod impossibile ẽ esse factum. quod autem generatuz est necesse est esse quãdo primum factum est. id aũt ex quo fit primuz generatuz oportet esse ingenituz et sic sempiternum. Tertio sic si prima materia ẽ sempiterna quia ingenita est rõnabile est formam esse quãdo illa fuit cum materia sit per formaz. Si aũt neutrum ipsorum sempiternum est nichil erit omnino qđ est impossibile. necesse igitur est esse formam preter simul totum. i. preter singulare compositũz ex materia z forma. Contra si ponatur forma separata preter singularia dubitabit̃ in quibus singularibꝰ hoc ponatur et in quibus non: cuz sit manifestuz non posse hoc poni in omnibus non enim est aliqua domus preter singulorea.

Capitulũz. x. quod sic incipit: ad hec aũt vtrum substãtia vna et c̃. Inquirit disputatiue vtrum sit vna forma substãtialis omnium entiuz et vtrum sint eadem principia omnium.

Si se omnium vnam formam substãtialem et omniũ hominum vnaz humanitatem impossibile est sequeretur enim ꝙ eã quoruz ẽ vna forma non erunt vnum sed multa z in differentia. qđ est irrationabile. Preterea qñado materia fieret propria cuilibet singulari si omnium ipsorum esset vna forma non potest ostendi. nam ex materia z forma cõstat vnumqđqz singulare. De principijs enam entium vtrum sint eadem vel diuersa numero dubitatur. nam si non sunt eadem numero: nec erit vnum numero cuz ad idemptuatẽ rei exigatur idemptitas principiorũ Preterea nulluz erit bonuz nec ens sed quodlz erit plura entia z ita vnum non erunt. Preterea si non est aliquod vnum in omnibus non est aliqua sciã de eis. quia ad vnitatem scie reqr̃itur vnitas scibilis. Contra si principia entium sunt vnuz numero z non vnum spe. dico aũt vnum specie quemadmodum diuersaruz syllabarum possunt esse eedem littere eedem specie diuerse numero nichil erit aliud preter elemẽta z principia quod enim est vnuz numero est vnuz singulare et ecõuerso vniuersale vero est quod in singularibus ẽ. itaqz si omnia principia essent vnum numero ex eis nõ fieret nisi vnum. z sic non essent plura principia tanꝙ principia. v. g. si elemẽta vocis essent vnum numero necesse esset tot: z non plures esse syllabas seu dictiones compositas ex eis quot sunt littere.

Copitulum. xj. quod sic incipit: non minor aũt dubitatio et c̃. Disputat vtruz corruptibilium z incorruptibilium sint eadem principia vel diuersa.

Et videtur ꝙ non eadem quia cum eorundem principioruz sint ijdem effectꝰ si sint eadem principia non poterit reddi causa propter quaz quedam prĩcipiata ab eis sunt incorruptibilia quedam non corruptibilia Esiodorus tamen z priores theologi quãdaz rationem dederunt per quam satisfecerũt sibi ipsis z non nobis. dicũt enim deos esse principia z illa principiata ab ipsis q̃ non gustauerũt nectar et manna causas incorruptibilium corruptibilia esse facta qui vero non gustauerunt incorruptibilia permãserunt. In quorum dicto palam est ꝙ dicendo nectar et mãna causas incorruptibilium vsi sunt nominibus eis notis. et supra nostrum intellectũ non tamẽ rationabiliter. nam si nectar et manna debẽt esse necessaria rebꝰ ad delectationẽ nõ sunt causa essendi icorruptibilia cuz delectatio presupponat esse. Si vero propter existere predicta sunt causa rerum nõ poterunt esse sempiterna cum egeant cibo. Sed de fabulose loquentibꝰ nõ cõuenit studiose intẽdere a dicentibꝰ vero rõ

nabiliter oportet querere quare ex eisdem principijs. q̄dam sempiterna. quedam vero corruptibilia sunt. quia si non reddatur ratio huius diuersitatis: non videtur rationabile esse eadem principia predictorum. Existimabit aūt aliquis emped. causaz manifestam dicere quare quedam corrumpūtur. ponit enim quoddaz principiuz. s. odiū causam corruptionis. Cuius opinio primo inconueniēs est quia ex eius dictis reperitur φ odium non tantum est causa corruptionis sed etiam generatiōis. dicit eniz ex odio generari omnia q̄ fuerūt sunt et erūt preter deum ita φ per odium disgregauit ea que erant mixta arbores pullullarunt viri ꝛ femine bestie vultures et pisces et etiam dii longeui distincti sunt ꝛ breuiter si odium non esset in rebus: omnia essent vnum. quādo enim res conueuerunt in vnum soluz odium quasi deuictum stabat vltimum .i. separatuz ab eis. Secundo accidit eis incōueniens φ ex eius dictis sequitur deum felicissimum minus prudentez esse ceteris. quia non cognoscit omnia principia. dicit enim emped. noticiam rei haberi per simile ut terraz cognoscimus per terrā cuz ergo deus non habeat odium non poterit habere noticiam de ipso ꝛ sic ignorabit vnum principiorum. Tertio incōueniēter loquit quia sicut accidit ei odium non tantum esse causam corruptionis entium sed etiam generatiōis ipsorum: sic ei accidit φ amor non est tantum causa existendi rez sed etiam destruēdi. quia colligēdo multa ex quibus facit vnum: corrumpit ea ex quibus hoc facit. iiij. insufficiens est eius opinio. quia non dicit causam quare incipit agere ad corruptionem sed soluz φ sic aptum natum est. dicit enim φ in membris animaliuz ꝛ plantarum est odium aptum natum separare ipsa ab inuicem. ita φ paulatim separādo tendit ad honorem. i. separationem q̄ est sua victoria. ꝛ determinato tpore dissoluit sacramentum mutabile. i. armoniam dissolubilem membrorum et sic transmutat res. ipse tamen empe. nullaz reddit causaz huius necessitatis. Quinto eius opinio non est ad propositum quia licet apparenter reddat causam corruptiōis entium: non tamen dicit quare quedam sunt corruptibilia q̄daz non. immo oīa facit corruptibilia preter elemēta. presens tamen dubitatio q̄rit causaz propter quaz ex eisdez principijs quedam sunt corruptibilia q̄dam incorruptibilia. φ igitur entiū non sint eadē principia tot dicta sunt. Si vero diuersa principia sūt dubitat vtrū oīa sunt incorruptibilia aut corruptibilia. Corruptibilia esse nō possunt quia essent ex aliquibus eo φ omnia corrumpuntur in ea ex quibus sunt sed nun essent ex aliquibus non essent principia cum alia essent eis priora. principijs aūt non sunt alia priora siue sit status in eis siue procedatur in infinitum. Preterea principia oportet semper manere cum ergo corruptibilia destruantur non sunt principia. nec possunt esse incorruptibilia quia ex eisdem incorruptibilibus existentibus irrationabile videtur quedam fieri corruptibilia q̄dam incorruptibilia. hoc enim est impossibile aut eget multa consideratione. Preterea nullus dixit principia entium esse diuersa, sed eadem tamen procedentē dubitatiōem concedunt supponentes idemptitatem principiorum tanq̄ aliquid vnum verum.

Capitulū .xij. quod sic incipit: omnium autē ad considerādum et c. disputat vtrū ens ꝛ vnum sint substātie rerum sicut dixerūt tan platonici q̄ pictagorici vel sunt aliud ab eis sicut dixerunt phisici naturales.

Inter omnia difficilia ad considerādum ꝛ necessaria ad virtutez cognoscendam est verum ens ꝛ vnum sint substātie eorum que sunt aut alterum ab eis quasi quedam natura subiecta altera a rebus. plato enim ꝛ pictagorici dicunt ens ꝛ vnuz idez esse rebus existentibus tanq̄ substātia naturales dicūt ea esse aliquid

aliud ab existentibus sicut empedocles dicit amorem esse vnum ⁊ principium quia ē causa vnitatis omnibus que sunt vnum. Alij autem naturales dicunt vnum esse aliquid naturale ex quo fiunt res et ita vnum est sicut principium rerum ⁊ non est substātia ipsarum et hoc dicunt tam hi qui faciunt plura principia materialia ꝙ hi qui faciūt vnum. Quod autem sint substātie rerū ens ⁊ vnū videtur. si enim nō sunt substātia entium nullum vniuersale erit substātiale existentibus cum ens et vnum maxime vniuersalia sint et sic sequitur ꝙ preter singularia nullū sit substantia. Preterea si vnum non est substantia: nec numerus est substantia rerum. Quia numerus est quedam vnitates. vnitas quidem maxime vnum est. Si aūt ens et vnum est aliquid oportet quodlibet ipsorum esse substantiā existentium cum ipsa sola ⁊ non alia vniuersaliter predicetur de omnibus existentibus. Contra si ens ⁊ vnum sunt substātia rerum sicut quicquid ē diuersū ab ente ē non ens: ita quicquid est diuersū ab vno est non ens ex quo sequitur ꝙ omnia sunt vnū ens sicut dixit permenides. vtrobiqꝫ itaqꝫ accidit difficultas. nam si vnum non significat substātiam nec numerus qui consurgit ex ipso est sba entium sicut dicūt platonici ⁊ pictagorici. Si aūt vnum est substātia quicquid est preter vnum est non substātia. numerus aūt qui est quedam multitudo est preter vnum ⁊ sic non est sba. omnia enim entia aut sunt vnum aut multa quorum vnumquodqꝫ est vnum ⁊ sic multitudo per se non est vnum. Preterea si verum est dictū zenonis ꝙ ens ⁊ vnum in quantū cōuertunt̄ ipsum vnū non dicit aliquam entitatē. quod enim additum alteri non facit ipsum maius: nec ablatum facit minꝰ: ē nichil. talis aūt ē vnitas sic̄ ⁊ punctū nō aūt linea q̄ɽ addita alicui facit maius scd̄ꝫ lōgitudinē sꝑficies scd̄ꝫ lōgitudinē ⁊ latitudinē. sꝫ hec ratio sophistica est. quia non aliud est aliquid qd̄ additum alteri facit magis continuatiue sed etiam qd̄ facit plus naturaliter ⁊ discretiue talis autem est vnitas q̄ aliquibus addita facit plura. Relinquitur tamen dubitatio quomodo ex vnitate vna aut pluribus sit magnitudo simile enim videtur magnitudinem esse ex vnitatibꝰ ⁊ lineam ex punctis. Et si dicatur ꝙ numerus fit ex vnitate. quodam alio non vno qd̄ vocatur inequalitas participationis ex parte eorum q̄ participāt vnitatē nichilominus querendum est propter quam causam ⁊ quomodo ex ipsis fit aliquando numerꝰ aliq̄ndo magnitudo. non enim est manifestū quomodo ex vnitate ⁊ in qualitate magnitudines fiant.

Capitulum. xiij. quod sic incipit. his aūt habita dubitatio et c̄. Disputat vtrū corpora superficies linee ⁊ pūcta sint substātie rerum vel non.

Iocꝫ ꝙ predicta sint aliquid. quia si non nichil aliud videtur posse poni sbaꝫ passiōes enim motus respectus dispositiones ⁊ similia nullius sbaꝫ significāt cum sint accidentia que dicuntur de aliquo subiecto nec significāt hoc aliquid ipsius. Et elemēta ut ignis aer aqua ⁊ terra ex quibus cōstant corpora cōposita videntur maxime sbaꝫ significare et q̄ɽ qualitates ipsorum non sunt sustāne relinquit̄ corpꝰ ipsorum cuius q̄litates sunt passiones solum esse sbaꝫ rerum cum in eis nō sit nisi corpus ⁊ qualitates. Si aūt corpus est substātia magis superficies erit sba et linea magis ꝗ̄ superficies ⁊ punctus atqꝫ vnitas magis ꝗ̄ linea. dico aūt hec omnia magis esse sbam ꝗ̄ sit corpus q̄ɽ his diffinitur corpus et etiam q̄ɽ hec possunt esse sine corpore corpus aūt vero impossibile est esse sine his ⁊ ideo multi priores putantes corpus esse sbaꝫ entium ⁊ alia esse passiones eius dixerūt principia corpoꝝ. s. superficiē et c̄. esse principia entium ꝗ̄uis posteriores et sapientiores dixerunt numeros substātiarū rerum esse. videtur igitur ꝙ si hec non sint substantia ꝙ omnino substātia non sit nec ali

quod ens quia non est dignum accidentia corporum vocare entia. Contra si concessum est lineas & puncta magis esse sbas entium ꝙ corporum insensibiliũ cum sit in eis tanꝙ in subiecto. ergo nullum predictorum est sba. Preterea ratio sbe diuisa est a ratione quantitatis & demõstrationis: predicta aũt omnia dimẽsiões corporis sunt quedaz quidaz ad latum. quedaz ad longum. quedaz ad profũdum. Preterea dimẽsiones predicte tali modo sunt in corpore. s. potentialiter quali modo figura est in solido non elaborato ut in lapide figura mercurij & in cubo medi9 cubus. figure aũt et medietates que sunt potentialiter in aliquo subiecto nõ signant sbam ei9 ergo nec dimensiones predicte sunt substãtie entium & per cõsequẽs nec corp9 erit substãtia cum magis sint substãtia dimẽsiones ꝙ corpus. Preterea hec est natura substãtie ꝙ prius non ens fit ens per generationem et prius ens fit non ens per corruptionem. quod igitur fit ens sine generatione & designit esse ens sine corruptione non est substãtia. huiusmodi sunt predicta. ex duabus eniz superficieb9 fit vna per solam cõiunctionem & ex vna due per sola3 diffinitiõem & eodem modo est in linea et puncto huiusmodi aũt exemplum patet in nunc respectu temporis q2 absq3 generatione & corruptione. s. per sola3 successionem vnum nũc succedit alteri & sic vnum nũc fit ens sine generatione: & aliud designit esse sine corruptione. & bene exempluz hoc ẽ ad propositum q2 predicte dimẽsiones ita se habent ad corpus sicut nũc se habet ad tẽpus quia sunt termini & dimẽsiones sicut nunc determinat tp9 et diuidit.

Capitulu3. xiiij. quod sic incipit: omnino vero dubitabit aliquis et cetera. Disputat vtrum preter sensibilia & mathematica sit necesse ponere substãtias separatas que vocantur ydee.

Quod preter sensibilia & mathematica sit necesse ponere spẽs videtur. particularia enim eiusdem speciei tam in sensibilibus ꝙ in mathematicis aliquo modo. s. numero licet cõueniant specifice & quia particularia differẽtia numero sunt & indeterminata: ideo principia ipsoꝝ non sunt numerata fꝫ numeruz particularium quia essent infinita sicut principia litterarum particulariũ non sunt correspõdentia litteris singularib9 sed potius specifice differentib9. Si aũt per principia eiusdem speciei non possit certificari hoc singulare & illud q2 species non ponunt perfectã vnitatem specificam littere seu vocis non potest certificari vnitas huius littere singularis vel huius vocis: oportet poni formã vnam numero que sit substãtia omniu3 singularium vnius speciei ita ꝙ principia sbalia entium nõ erunt tot quot sunt singularia in vna specie sed erit vna ydea omnium singulariũ eiusdem speciei que erit vna substantia numero tanꝙ principium ipsoꝝ et ꝙuis non bene dearticulẽt qui ydeas faciunt tamen hoc volunt dicere quia necesse est scdm eorum dicta esse vnam ydeam cuiuslibet speciei q̃ sbaliter & non scdm accidens dicitur de his q̃ sunt infra speciem.

Contra si ponam9 ydeas esse principia eadez numero multa impossibilia contingunt vt dictum est supra.

Capitulum. xv. quod sic incipit: his autem a fine & cetera. Disputat vtruz principia sunt quedam entia in potentia vel in actu. ij. vtruz singularia sint principia substantialia rerum vel vniuersalia.

Reter predictas dubitationes sequentur vtrum elemẽta rerum sint entia in potentia vel in actu. videtur ꝙ in potentia. potentia enim prior est actu q̃d autẽ prius illud est principium & bene dico potentiaz priore3 esse actu. quia ab ipsa non conuertitur consequẽtia non eni sequitur si possibile ẽ hoc esse ꝙ actu est. econuer

so sequitur .f. si actu est ergo possibile est esse. Contra si sunt principia entia in potē tia conningit nullum ens esse. principijs enim non existētibus principiata non sunt si ergo principia sunt in potentia possibile ē ea non esse. sed possunt fieri. qđ eni nō est sed potest fieri est non ens ⁊ ideo si principia sunt entia in potētia: nec ipsa sunt nec p̄n cipiata ⁊ sic nichil ē ens. Secundo dubitatur vtrū uniuersalia aut singularia sint sb̄alia principia ⁊ videtur ꝙ non vniuersalia qꝛ substātia significat hoc aliquid. nullū autē vniuersale significat hoc aliquid sed potius aliquid comune. Si aūt dicatur ipz significare hoc aliquid ⁊ sbām: sequit̄ ꝙ eiusdem singularis ut socratis sint multe sbe videlicet homo animal ⁊ similia. Cōtra si nulla sba ē vniuersalis sed singularis: non erit scīa sbaꝝ cum ois scientia sit vniuersaliū ⁊ ideo si substantiarum: debet esse sciētia oportet p̄ncipia substantiarum vniuersalia esse.

Est scientia quedam q̄ speculatur ens in quantum ens et c̄. Primum ca pitulum huius .iiij. libri declarat ꝙ ad primū philosophū pertinet considera tio entis in quantum ens ⁊ causarum entis non obstante ꝙ ens dicitur mul tis modis qꝛ inter hos modos est analogia ad vnum primū scilicet ad substā tiam de qua principaliter ē cōsideratio primi philosophi tamē ꝯ primo ēte

Quedam sciētia est que speculatur ens in q̄ntum ens ⁊ proprietates que insunt enti scd̄m se ⁊ hec scientia non ē eadem cum aliqua consi derante aliquā partē entis. dico autem aliquā partem qꝛ nulla scīa preter philosophiam intendit vniuersaliter de ente in quantum ens sed circa aliquod determinatū est ens speculat̄ accidentia propria il lius entis sicut geometria speculatur propria per se quāti continui et a rithmetica quanti discreti. qm̄ primus philosophus querit prima principia ⁊ vltimū finem necesse est ipsa esse cuiusdam nature sbe. ⁊ quia querentes prima principia en tium quesierunt predicta principia: ideo necesse est primū philosophum cōsiderare prima principia entis in quantum ens. Nec obstat ad cōsiderationem huius scīe ꝙ ens dicatur multis modis quia nō dicitur equiuoce sed analogice ad vnum ens p̄ mū ⁊ ad vnam aliquam naturam in qua principaliter reperitur ratio entis. Quē admodū enim omne salubre verbi grā conseruatiuū introductiuū significatiuum et susceptiuū sanitatis reducitur ad sanitatem sicꝫ ad vnum finē. Et quemadmodū medicinale omne ad artem medicine reducitur sicut ad vnū efficiēs ita entia omnia ad vnum ens primum reducūtur tanq̄ ad subiectum scilicet ad sbām. nam quedam dicuntur entia qꝛ sunt passiones substantie. alia vero quia sunt via ad ipsam sicut gene rationes quedaꝫ vero qꝛ corruptiones aut priuatiōes aut qualitates aut effectiua sūt substantie siue ipsoꝝ q̄ per se substantie competunt vnde ⁊ propter attributionē quā habent negationes ⁊ priuationes substantie ad substantiā dicūt esse non ꝙ sint entia sed sunt non entia ita ꝙ de eis verificatur predicatio negatiua propter attributionē quam habent ad entitatem quam priuant. qꝛ igitur non solum vniuocoꝝ est vna sciē tia sed etiam analogorum dictorum ad vnum primū ut omniū salubrium eo ꝙ ista aliquo modo dicūtur scd̄m vnam rationem idcirco vnius scīe ē speculari in quantum ens quia ē anologum ad omnia entia. In omni autē scīa speculante aliquod anolo gū principalis consideratio ē illius primi ex quo alia dependēt ⁊ propter quod dicū tur talia ⁊ quia inter entia substāna ē primū ideo de ipsa tanq̄ de principali ente con siderat primus philosophus quem oportet habere noticiā principiorum et causarū sbe ⁊ bene dicitur ꝙ vnius scīe ē considerare ens in quantū ens qꝛ cuiuslibet entis re

ducibilis ad vnam rationem vel vnum genus nature est vnus sensus et vna scientia sicut omnium vocum est vna gramatica quia reducuntur ad vnam rationem. et quoniam ens in quantum ens ad vnam rationem entis reducitur: ideo vnius scientie communis est speculari de specialibus entibus.

Capitulum secundum quod sic incipit: si igitur ens et vnum et cetera. Declarat quod ens et vnum idem significant et quod tot sunt species vnius quot entis et quod de omnibus eadem est scientia.

Si ens et vnum sunt idem et habent eandem naturam quod quidem videtur cum adinuicem se consequantur sicut principium et causa. omne enim principium est causa et econuerso ita omne ens est vnum et econuerso sunt ergo idem vnum et ens secundum rem licet differant secundum rationem et si non differunt ratione magis habemus intentum. s. quod sunt idem sequitur quod eadem scientia est de vno sicut de ente et bene ens et vnum dicuntur esse idem quia homo et vnus homo non significant aliquod diuersum sed idem sed tamen dictionem reppetitam. Preterea que vna generatione generantur et vna corruptione corrumpuntur idem sunt. talia autem sunt ens et vnum et ideo addere vnum alteri nullum diuersum ostendit in eis sed idem. Preterea substantia cuiuscumque entis est vnum secundum se et similiter eius ita quod vnum et ens sunt secundum se idem inter se sunt idem cuicumque sibi et ideo sunt idem inter se ideo propter idemptitatem vnius et entis tot sunt species entis quot vnius de quibus speciebus eiusdem scientie communis est speculari. dico autem species vnius idem simile et equale atque eorum contraria. fere enim omnia contraria reducuntur ad vnum sicut a principio determinatum est a nobis in electione contrariorum et quoniam philosophia prima principaliter est de substantia tanquam de primo ente: ideo tot sunt partes ipsius quot sunt partes substantie que tamen partes possunt in eadem scientia considerari que reducuntur ad rationem eandem scilicet vnius et entis que sunt quasi genera ipsorum et sicut necessarium est esse aliquam primam substantiam et aliquam consequenter se habentem ad primam: ita est quedam scientia prima scilicet que est de prima substantia separata et quedam consequenter se habens ad ipsam. primus enim philosophus in hoc est similis mathematico cuius scientia habet partes ita quod quedam mathematica scientia est prima ut arithmetica. quedam .ij. ut geometria. et quedam alie consequenter se habent ad istas.

Capitulum .iij. quod sic incipit: quoniam autem vnius est opposita speculari et cetera. Probat quod ad primum philosophum pertinet considerare de pluralitate et eius speciebus sicut de vno et de speciebus vnius quis licet illa plura dicantur multipliciter habent attributionem ad vnum.

Quoniam vnius scientie est speculari vnum et multa siue plura cum opponantur adinuicem quasi negatiue vel priuatiue negatio enim in hoc differt a priuatione quia negatio est remotio alicuius simpliciter non amouendo subiectum priuatio vero est remotio alicuius subiecti in subiecta natura de qua priuatio predicatur. Sicut autem vni opponitur pluralitas ita speciebus vnius que sunt idem simile et equale opponuntur species pluralitatis que sunt diuersum dissimile inequale et ideo eiusdem scientie est speculari species pluralitatis et etiam alia quecumque dicuntur secundum pluralitatem vel diuersitatem et contrarietas hec enim est quedam differentia et ista est aliqua diuersitas. Quamuis autem pluralitas dicatur multipliciter sicut et vnum: tamen vnius scientie est cognoscere omnia que reducuntur ad multitudinem vel vnitatem. non enim sequitur quod alterius scientie est considerare ea que dicuntur inseparabiliter licet sequatur quod alterius scientie sit considerare ea que multipliciter dicuntur quia rationes ipsorum non re-

ducuntur nec referunt ad vnum. Quoniaz igitur omnes species vnius z species multitudinis similiter diuersa z contraria referuntur ad vnuz principiuz: idcirco vnius scientie ē hec omnia considerare. diuiso igitur quolibet vno in multa quorū aliquod referatur ad primū vel sicut istud in habendo illud aliud vero infaciendo z talia scđz alios modos eiusdē scīe est considerare tam in diuiso ꝙ in omnibus diuidētibus. Ex quo patet vna questio posita ī dubitationibus tertij libri. s. ꝙ vnius scientie est considerare de substantia z eodem z diuerso et alijs similibus.

Capitulum. iiij. quod sic incipit philosophi enim ē de omnibus et cē. Probat ꝙ methaphisici ē speculari de omnibus eo ꝙ speculatur de his in quibus diuiditur ens z de passionibus entis.

Primi philosophi est posse speculari de omnibus quia nullus preter ipsum potest inuestigare de eodem z diuerso z de alijs inquibus diuiditur ens in ꝗn tum ens. Preterea passiones entis z vnius non accidentia alicuius particularis entis z numeri aut linee aut ignis sed potius sunt passiōes cuiuslibet entis. z ideo illius scientie. s. prime philosophie ē cognoscere passiōes cuiuslibet entis cuius est speculari ens in quātum ens. non igitur peccāt primi in hoc ꝙ tractantes de pma phīa intendebant de passionibus totius entis. sed in hoc peccant qz nichil considerāt de sbā quod est ens primum. Dico aūt ꝙ non peccāt tractando de passionibus ēntis qm̄ sicut sunt proprie passiones numeri in quantum numerus z proprie solidi ī ꝗntum solidum z sic de alijs entibus spālibus: sic etiam entis in quantum ens sunt quedam propria de quibus primi phī ē perscrutari veritatem. Signum aūt ꝙ primus phūs intendat de passionibus entis qz dialectici z sophiste qui assimilauerunt methafisice disputant de passionibus totius entis nam circa ens in quantuz ens tamꝙ circa sbm̄ vsat sophistica dialetica z prima phīa differunt tamen. phīa a dialetica differt in virtute probandi eo quod demōstratiue scit illud quod dialetica ex probabilibus opinatur. a sophistica vero differt in re electionis. eligit enim scire per causaz id quod sophistica. vult apparenter scire. Preterea vnus modus oppositionis est priuatio et habitus ad que alia reducūtur. Ista autez referūtur ad ens z non ens simpliciter ad vnitatem z pluralitatez. quies enim ꝗ est priuatio habet se ad moduz vnius. quod enim quiescit vno modo se habet ad nūc z post. modus aūt qui est positio habet se ad moduz pluralitatis. qz quod mouetur alr̄ se habet nunc z prius. primi igitur philosophi cuius ē speculari ens z non ens est considerare de omnibus entibus. qz sicut confitentur alij sbam z omnia entia componuntur ex contrarijs. omnes enim dicūt principia entiuz esse contraria. Palam igitur ꝙ vnius scīe ē speculari ens in quantum ens eo ꝙ oīa entia aut contraria sunt aut ex cōtrarijs causantur contrariorum aūt vna scientia est. nec obstat ꝙ ens dicatur de multiter qz omnia entia et oīa contraria habent attributionem ad vnum z ideo nulla particularis scīa vniuersalis speculatur quod ē contrarietas perfectio vnum z ens idem z diuersum nisi forte quantum competit proprio sbo

Manifestuz igitur est ꝙ vnius scientie est speculari ens in quantuz ens z passiones entis ꝙ non tantum de sbā est vna consideratio sed etiam aliorum scilicet de priori et posteriori genere z specie toto et parte atqz alijs partibus.

Capitulū. v. quod sic incipit: dicēdum autem vtrum vnius aut diūse scīe et cē. Declarat ꝙ methaphisicus speculaꝛ de principijs per se notis quibus alie scīe tm̄ vtunt ꝗntū conuenit earuz sbo z ꝙ huiusmodi pncipia idem rabilia sūt

Dicendum est virum vnius aut diuerse scie sit speculari de primis principijs que mathematica vocant dignitates ⁊ de substantia. in qua questione manifestuz est ꝙ vnius scientie .s. prime phie est perscrutari de predictis principijs eo ꝙ ipsa insunt omnibus entibus ⁊ non artantur ad aliquod speciale ens. ⁊ ideo primus phus speculatur de ipsis sicut speculatur vniuersaliter de ente. principijs autem primis vtuntur omnes scie non secunduz eorum ambitum sed tantum quantum est sufficiens sbo de quo probant passiones per demonstrationes. v.g. hec principia de quo libet affirmatio, vel negatio. nam geometria non vtitur quãtuz ad eius totalem ambitum: sed quantum sufficiens sbo proprio .s. quanto continuo ⁊ ideo nullus particularis artifex sicut est geometra aut arithmetic9 nititur dicere aliquid de primis principijs nisi ꝙ naturales hoc rationibiliter facientes supposita eorũ opinione que fuit ꝙ tractando de sbã mobili tractabũt vniuersaliter de ente. sed quoniam sbã mobilis est aliquod genus entis, et non est totum ens ideo est aliqua scia communior ꝙ phica cuius est perscrutari tam de prima substãtia ꝙ de primis principijs licet eniz phisica sit quedam sophia non tamen est prima. sed potius illa que considerat de prima sba. Quicunqz aũt conatur probare prima principia ignorãt doctrinam q̃ data est demostrationibus analeticis .i. libris resolubilium. oportet enim adiscentes scire principia prima ⁊ non querere probationem de eis. Palam igitur ꝙ primi philosophi est speculari de substantia et primis principijs.

Capitulum. vj. quod sic incipit congruit aũt maxime et c̃. Manifestat ꝙ primi philosophi est considerare primum omniuz principiorũ videlicet: non contingit idẽ simul esse, et non esse idez excludẽs circa hos duos errores.

Conueniens est primuz: primum philosophum cognoscẽtez veritatem circa vnum ens considerare firmissima rei principia qꝛ talia cõueniũt entib9 in q̃ntum sunt entia. firmissimuz principiuz illud est circa quod impossibile est mentiri. tale eniz necesse est esse notissimuz. nec habet euidentiaz conditionalez .s. ex suppositione alicuius complexi prioris illud enim quod necessarium est haberi ab intelligente quãcũqz naturaz: non est notum nec euidens ex alicuius suppositione. tale aũt est principium primuz hoc enim necessariuz est habere conoscẽtem quodcunqz ens et ideo est firmissimuz ⁊ notissimum inter omnia principia dicamus aũt esse huiusmodi principium istud non contingit idem ẽ idem simul inesse ⁊ non inesse idẽ. hoc enim est firmissimuz principiorum cui inest determinatio predicta. quod sic patet. impossibile est existimare idem esse ⁊ non esse sicut quidaz dicunt eraclituz dicere esse enim et non esse contradictoria sunt ita ꝙ respectu eiusdem opinari esse contrarium ẽ opinari ipsum non esse. Et quoniaz hoc principium notissimũ est hinc est ꝙ omnes demõstrationes reducũtur ad ipsum tanꝙ ad vltimuz quod ad notius non resoluitur hec enim est natura primoꝝ principioruz. Sunt autem qui opinãtur idem sunt contigere simul esse et non esse. qua opinione multi naturales vtunẽ. Nos aũt supponimus impossibile idem simul esse ⁊ nõ esse. ⁊ per hoc ostẽdimus hoc esse firmissimũ principiorum. Volunt aũt quidaz hoc principiuz demõstrare quod contigit eis propter incruditionem dialetice qꝛ contingit ipsos non cognoscere quorũ oportet querere demõstrationem ⁊ quorum non. Impossibile est enim omnia dmõstrare quia in infinitum procederemur et sic non esset demõstratio qꝛ de nullo esset certitudo. Si igitur quedam sunt indemõstrabilia: nullum debet censeri magis indemõstrabile ꝙ notissimum principiorum. Et ꝙuis autez principium indemõstrabile sit probari tamen

potest elenchice quod impossibile est ipsum non esse verum. Si dubitans aliquis de
hoc dicit si vero nichil loquitur derisio est uti ratione cum illo qui nullam habet ratio-
nem, talis enim est similis plante. dico autem elenchice probare principium non per sillogis-
mum demonstrativum. quia hoc esset petere principium et non probare. eo quod omnis demon-
stratio est ex prioribus principio autem primo nulla propositio est prior sed dico elenchice. i.
sillogismo contradicente illi qui negat principium ex concessis ab eo.

Capitulum. vij. quod sic incipit: principium vero ad omnia talia. Dispu-
tat contra negantes principia ex suppositione significati nominis ostendens quod
concesso nomen significare aliquid impossibile est illud simul esse et non esse.

Principium ad probandum veritatem ipsorum principiorum non est universa-
le concedi aliquam propositionem affirmativam vel negativam. quia hoc esset pete-
re principium sed solum quod nomen significat aliquid et audienti et dicenti hoc est
non concesso non est loquendum nec sibi nec alteri. hoc autem concesso iam aliquid est diffini-
tum per quod poterit probari elenchice primum principium esse in natura nam si ali-
quis negando veritatem huius principij concedit aliquid significari determinate per
vocem indeterminando rationem primi principij defendit ipsam et negando loquelam
concedit loquelam significari verum est quod nomen significat determinate hoc aut hoc non
esse. Impossibile est de ipso simul verificari esse et non esse. Preterea si hoc signifi-
cat unum aut plura posito quod sint determinata quia si sint plura unicuique eorum impone-
tur nomen significans unum tantum. Si autem non concedat quod nomen non significet aliquod
vel aliqua determinata sed potius infinita nichil significant quia non significare aliquod de-
terminatum est significare nichil ad quod sequitur quod aufertur disputatio sicut intelligen-
tia cuiuslibet nominis nichil intelligit dere qui non intelligit aliquod determinatum de ea.
supponatur itaque nomen significare aliquod unum. Si igitur homo non significat unum non
quia predicetur de uno sed quia habet unum significatum hoc unum erit quia de homine poterit dici es-
se et ideo de ipso non poterit verificari non esse oppositum ei quia homo non significa-
ret unum tantum sicut suppositum est sed plura quia esse et non esse que adinvicem altera sunt et
ideo non possunt eodem nomine significare nisi sit equivocum ut si quem nos voca-
mus hominem alij eodem nomine significent non hominem. non est autem dubitatio utrum
de eodem nomine possunt opposita simul esse vera sed si de eadem simul verificantur.

Preterea si simul verificantur affirmatio et negatio de eodem idem erit homo et non
homo ac per hoc idem erit esse et non esse hominis. idem etiam erit homini esse et non
homini esse et sic homo et non homo erunt sinonoma habentia unam rationem sicut vesti-
mentum et indumentum quod falsum est. Preterea si verum est quod homo significat ani-
mal bipes necesse est ipsum esse animal bipes et impossibile est non esse hominem animal bi-
pes. quod enim necesse est esse impossibile est non esse. Non ergo contingit simul verum
dicere hominem esse et hominem non esse. magis enim opponuntur hominem esse et homi-
nem non esse quam album et homo aut non significat idem album et homo et sic omnia pos-
sent esse idem que non sunt opposita quae minus significant idem esse et non esse que sunt op-
posita. Preterea si respondens ad interrogationem factam de aliquo determina-
tim non dicat determinate unum sed opponat eius negationes et ab eo diversa non
respondebis ei ad interrogationem. verbi gratia si interrogatur de aliquo utrum sit homo
respondendum est unum significatum et non est addendum etiam oppositum nec ac-

cidentia possibilia eidem inesse ut album nigrum ⁊ similia talia enim cum sint infinita non possunt pertransiri. cum igitur res significent determinate id per quod satisfit interroganti de eius significato non potest simul significari illud et eius oppositum.

Capitulum. viij. quod sic incipit: omnino vero destruunt et c̄. Continet aliam rationem probantem ꝙ si de eodem verificantur opposita nichil predicabitur de aliquo per se sed omnia erunt accidentia.

Dicentes idē simul esse ⁊ non esse omnino destruunt substātiam ⁊ quidditatem cuiuslibet entis. qꝛ necessarium est omnia dici scđm accidens. si enim nomen signat vnū quod est substantia ipsius et quidditas significatū hominis qđ est esse homi. et nō pōt simul verificari d̄ ipso ⁊ eius negationes. s. non hoī esse ⁊ hoī non esse. significatum autem substātiale non est aliud ab eo cuius ē significatum. Si igitur de homine verificatur esse hominis ⁊ non esse hominis aut esse non hominis cum ista sint diuersa hominis ratio non erit aliquid substātiale. sed omnia dicentur de eo scđm accidens qꝛ in hoc ē determinata substātia ab accidente ꝙ accidens sic dicitꝰ de re ꝙ significat esse eius. omnia aūt dici scđm accidens impossibile est quia nullum est predicatum vniuersale primū dictum de re sed in infinitum predicabitur aliud d̄ alio accidentaliter. qđ est impossibile. accidens enim potest alicui accidere altero duorum modorum. primo qꝛ accidens accidit alteri accidenti eo ꝙ ambo accidunt alicui subiecto ut musicum accidit albo quia ambo accidunt homini. Secundo quia accidens accidit subiecto ut musicus accidit socrati. neutro aūt predictorum modorum possibile est predicationē accidentium in infinitū ire. illo enim modo quo accidens dicitur accidere subiecto status est in primo accidente ut quādo dicitur socrati accidere album non enim potest aliud accidens dici de socrate albo tanꝙ de vno subiecto per se quia ex albo ⁊ socrate non fit vnum per se. similiter illo modo accidit accidens accidenti non potest procedi in infinitum quia vnum ipsorum non dicitur ab alio ratiōe sui sed ratione subiecti communis vtriusqꝫ in quo est status. accidentium enim non magis accidit vnum alteri ꝙ econuerso quia igitur in vtroqꝫ modo accidendi status est de aliquo subiecto impossibile est omnia dici scđm accidens sed oportet aliquid significare substātiam. Ex quo sequitur ꝙ contradictiones non possunt verificari de eodem.

Capitulū. ix. qđ sic incipit: āplius si contradictiones etc̄. Declarat ꝙ si cōtradictoria verificant̄ de eodē nichil predicabitur d̄ aliquo sꝫ oīa erūt vnū.

Si contradictiones omnes de eodem simul sunt vere omnia erunt vnum verum enim erit de eodem ente quod est homo ⁊ non homo nauis et non nauis tu eris ⁊ non tu eris ⁊ sic de alijs quibuslibet ita vt omnia reducātur in vnum in quod incōueniēs pcīa. incidit dicens ꝙ omnia erant vera scđm ꝙ apparebant. et quia diuersis hominibus apparebant contradictoria de eodem loco vera erāt. Anaxa. etiam dicens omnia esse in omnibus facit totū ens esse indeterminatum et confusū. ita vt nullum vere sit vnum purū ꝑ actum. nam confusum ⁊ indeterminatū non est actu determinatum sed potentia determinabile. Opinantibus igitur affirmationē ⁊ negationē veram esse de eodem dicendū ē ꝙ si alicui inest sua negatio ut hoī inest non homo. multo magis eidem inerit negatio alterius ut nō lapis. hec enī negatio minus repugnat hoī ꝙ propria nec solum inerit vtraqꝫ sꝫ etiā affirmatio. ex quo sequitur ꝙ omnia erunt vnum. Preterea si cōtradictiones verificantur d̄ eodem: sicut verum est dicere ꝙ homo est homo ⁊ non homo ita verum est dicere ꝙ homo non est homo nec non homo. hec enim est negatio illius.

Capitulum .x. quod sic incipit: Amplius autem circa omnia ita se habet et c. Probat sillogismo divisivo ꝙ contraria non possunt verificari de eodem.

Si contradictiones de eodem simul vere sunt hoc habet veritatem aut circa omnia subiecta et de omnibus contradictionibus aut de quibusdam ꝙ sic et de quibusdam non. et siquidem in quibusdam non in his erit manifestum contradictiones non verificari de eodem. Si vero de omnibus contradictiones verificantur: hoc potest esse altero duorum modorum primo ut de quibuscumque verificatur affirmatio verificatur etiam negatio sed non econverso quia de quibusdam verificatur negatio de quibus non verificatur opposita affirmatio. et si sic fit iam aliquid erit determinate verum de aliquo de quo non verificatur eius oppositum videlicet negatio ꝙ sic contingit illi subiecto quod ei non convenit eius opposita affirmatio. Si autem aliqua negatio vera est de aliquo determinate et aliqua affirmatio vera erit de eodem. Si vero de quibuscumque vera est negatio vera est etiam affirmatio et hoc coniunctim: sequetur quod dictum est prius scilicet omnia esse unum idem enim erit homo et deus et ipsorum contradictiones nec differt aliquod ab aliquo. Si autem divisim vera est affirmatio de aliquo tunc negatio non erit vera de ipso quando affirmatio verificatur de eodem. Preterea si contradictiones vere sunt de omnibus: verum et falsum sunt idem ergo omnis qui verum dicit mentitur et qui dicit hoc esse verum confitetur se dicere falsum. ex hoc sequitur ꝙ nulla est perscrutatio nec enunciatio. non enim verum est dicere ꝙ aliquid est ita vel non ita sed ambo hec negat dicendo quod non est ita nec non ita. Preterea si affirmatio vera est negatio est falsa et econverso igitur ambo non verificantur de eodem. videtur autem hec ratio petere principium .s. affirmationem veram esse tantum vel falsam tantum.

Capitulum .xi. quod sic incipit: amplius autem quid est habere et c. declarat contradictiones non posse verificari de eodem per hoc ꝙ res aliquid determinatum significant confirmans hoc ex electione hominum et ex hoc ꝙ magis et minus verum dicunt per respectum ad maximum verum ostendens ꝙ opinio pictagore in idem incidit cum predicta.

In extimationibus hominum aut ille vere opinatur qui extimat rem sic se habere ut ille qui extimat aliquid determinatum significare et si primo modo nullius entis natura significabit aliquid determinatum. Si autem .ii. modo iam aliquid erit ens tantum vel non ens tantum. Et si dicatur ꝙ nec primo modo nec secundo sed equaliter omnes mentiuntur et vera dicunt nichil est pronunciandum illi qui sic opinatur non enim differt a brutis vel plantis. Manifestum etiam ꝙ nullus de his qui dicunt contradictoria esse vera sic disponitur in mente nec in opere sicut loquitur nobis. qui enim vadit domum si idem putat ire et non ire quare etiam diluculo consurgens non vadit in puteum aut in torrentem si idem est ire et non ire. timet enim cadere in puteum quia putat hoc non esse equaliter bonum et non bonum sed melius esse unum quam aliud. Si ergo hoc verum est et non econverso omnia querit patet ꝙ non extimat opposita simul esse vera. putat enim melius esse bibere dulce quam non dulce et videre amicum quam non amicum deinde querit ea que putat meliora tamquam non extimans opposita esse eadem. Si autem dicatur ꝙ predicta fiunt non a scientibus sed opinantibus alterum illorum esse melius habetur propositum quia non est idem opinari et scire ita ꝙ magis curandum est a sic opinantibus querere veritatem sicut ab

infirmo sanitatem. opinans enim respectu scientis sic operatur ad veritatem sicut infirmus ad sanitatem. Preterea in natura entium est magis et minus verum similiter et falsum non similiter mentitur qui opinatur decem esse et qui mille nec similiter verus est qui dicit duo esse paria et qui tria. Si ergo magis verum est illud qd ꝓpinquius est simpliciter vero et minus verū est ꝙ longinquius est ab eo: necesse est aliquid simpliciter verū quod nō esset si simul esset falsū et verū remoti igitur sum9 ab opinione incognita et fatua ac prohibente extimari aliquid esse determinate verum.

Opinio etiam pictagore eadē videtur cum ea que dicit opposita verificari de eodem ambas enim necesse est esse aut simul veras aut simul falsas. si enim omnia q̄ apparent vera sunt cum vni appareat hoc esse tale alteri autem idem appareat non esse tale: idem erit et non erit tale. Opposita etiam vera erunt de eodem qz circa idem mentiens et verum dicens opposita opinatur. idem igitur intellectus est vtriusqz opinionis.

Capitulum. xij. quod sic incipit: est autē non idem motus et cetera. Declarat ꝙ diuersus ē modus disputandi cōtra illos qui ex diuersis causis negāt principia prima. ostendens quid mouit aliquos ad opinandū contradictoria verificari de eodem et soluens eorum motiuū.

Non enim idem modus ad omnes qui negant principia prima. nam qui ex ignorantia hoc dicūt bene curabiles sunt persuasione nec obuiandū rationi eorum sed intellectus instruendus de veritate principiorū. Qui autem negāt principia propter apparētem rationem corrigentur per violentiam rationis reducentis ad redargutionem opinio autem dicens opposita simul inesse eidem accidit hec opinantibus ex hisq̄ vident in sensibus videlicet contrariū fieri ex cōtrario cum enim ex non ente non fiat aliquid si vnum oppositorum fiat ex alio: existit simul cū illo ꝓpter e hoc anaxa. dixit qd̾libet esse mixtū i quolibet qz qd̾libet fit ex quolibet Democrit9 etiam ait inane qd est nō ens et plenū qd est ens existere i q̄libet parte cuiuscūqz entis. Ad qd motiuū dicēdū ē ꝙ ens dupliciter dicit̄. s. actu et potētia contigit igit̄ aliquid fieri ex non ente actu ente tamen in potentia. ex quo sequitur ꝙ opposita non sūt simul actu sed vnum est in potentia et aliud in actu. Preterea ex predicta ratiōe non concluditur ꝙ de quolibet verificētur simul opposita sed solum de his q̄ fiunt ꝑ generationem et motum. quedā autē substantia est cui non inest motus nec generatio nec corruptio videlicet substantia prima

Capitulum. xiij. quod sic incipit: similiter autem que circa apparētia et cetera. Declarat ꝙ opinio dicentiū omnia q̄ apparent vera esse prouenit ex hoc ꝙ putauerunt sensum et intellectū esse idem et omnia entia esse sensibilia.

Similiter opinio extimātium oīa apparētia vera esse aliquibus accidit ex sensibilibus. putant enim ꝙ verum non sit iudicādum id qd apparet pluribus aut paucioribus. qz si ex pluralitate illoꝝ quib9 apparet debet aliquid iudicari tale. v. g. amarum vel dulce accideret ꝙ illud ꝙ scdm veritatē dulce ē deberet dici amarū si plures habentes gustum infectum iudicarent dulce amarum esse. Preterea cum plura sit alia animalia q̄ homines potius deberet iudicari verum illud quod apparet alijs animalibus q̄ hominibus si ex pluralitate iudicandum esset verum Preterea eidem homini diuersis tēpibus eadē res aliter et aliter apparet qd nō pōt contingere ex pl'itate vl' paucitate cū idē sit cui opposita apparent nec discernit̄ qd illoꝝ

magis debet iudicari verum. propter hoc enim democritus ait nichil esse veruz aut nobis non manifestum. Opinari igitur omnia apparentia esse vera puenit ex hoc q intellectus extimatur esse idez cum sensu. sensus aut alteratur a sensibilibus moventibus ipsum secundum veritatem et ideo quod videtur verum scdm sensum putatur esse veruz simpliciter. Ex hoc eniz multi antiquorum in hunc errorez inciderut q putant intellectum esse sensum vnde empedocles dicit q mutantes habitudinem corporis mutant prudentiam. z q consilium vigoratur in hominibus ad presentiam sensibilium z ad transmutationem sensus. mutatur sapere z intelligere. Parmenides etiaz dicit q intellectus in hominibus habet multas operationes propter multiplices complexiones membrorum iddem enim facit complexio membrorum in hominibus q sit propria complexio in qualibet rez tantum plus quantum in hoibus complexionez habet intellectiuam. Anaxagoras etiam alloquens socios dixit entia esse talia qualia eis apparent. videtur etiam z homerus opinari intellectum z sensum esse iddem quia dicit hectorem alteratum a plaga iacerere quasi insipientem qui prius sapiens erat. Palam ergo q si omnia apparentia vera sunt opposita verificantur de eodez. Ex his accidit quoddam grauissimuz q si illi qui maxime amauerunt z inquisierut veritatem talia opinantur de ipsa: dignum e respuere philosophari z non querere veritatem quia querens ipsam videt prosequi volatilia. huius autez opinionis causa fuit q philosophi priores querendo de entibus putauerunt sola sensibilia esse entia in his autem est multa incertitudo z indeterminatio. propter quod licet non vere tamen decentius loquitur dicendo sensibilia indeterminata esse q epiphanus qui dixit ad xenophonem q omnia entia sunt neccessaria. Preterea ols natura sensibilis e mobilis non contingit aut veruz dicere de eo q semper mouetur. Ex hac enim ratione eraclitus opinatus est sicut et cracillus q nichil debet affirmari de aliquo. vnde tirannus solum motu digiti in dicebat q pronunciare nolebat z eraclitum dicentem q non pot bis intrare in eadem aquam fluminis propter continuum fluxu eius increpauit dicens q nec semel potest intrari in ipsum.

Capitulum. xiiij. quod sic incipit: nos autem z cetera. Improbat motiuum predictarum opinionuz. s. q omnia sunt in motu dupliciter primo qz supposito q esset verum non sequitur opiniones illas esse veras. secundo quia falsum est omnia esse in motu.

Sciamus igitur q mobile qn mouetur habet determinate hanc naturam. s. q non est stabile z ita opposita non sunt vera de ipso. s. q mutetur et non mutetur nec si ambo hec de ipso appareat vera sunt. Preterea abiciens aliquid a se sicut mouens quod relinquit terminum a quo aliquid habet determino a quo aliquid determino ad quem. et qd corrumpitur ad huc e aliquid similiter quod fit iaz e aliquid et ab aliquo fit in quo e status nec in infinituz pot id fieri ex alio z illud ex altero igit in ipso fieri multa sunt determinate nature. Preterea non omne qd mutat s quatitatez nec qd augetur vel diminuit mutat s forma a qua accipit esse rei g non obstante q aliquid mouet s quantitatez pot habere determinatuz esse s forma. Dignus etiaz e increpari dicentes oia esse in continuo motu generationis et corruptionis et nichil stabile ea enim que sunt in loco inferiori z sub sunt generationi z corruptioni quasi parua pars sunt comparata ad totum vniuersum et ad celestia incorruptibilia. quare dignius est propter ista dicere q etiam generabilia sunt aliquid firuz q propter hoc errare de imobilibus. Preterea sicut superius diximus oportet esse aliquam naturam

immobilem ⁊ ostendendū est ⁊ hoc ipsi credere debēt. ¶Preterea si contigit idē esse ⁊ non esse omnia erunt in omnibus ita ꝙ nichil mouebitur cum motus sit ad aliquid distans distantia aūt non si omne in omni esset.

Capitulum .xv. quod sic incipit: de veritate vero quod nō omne ē ⁊ c̄. ¶Probat multis rationibus ꝙ non omne apparens verum est.

Uod non omne apparens verum sit probatur sic: ꝗuis sensus non sit falsus circa proprium obiectuꝫ: tamen fantasia q̄ non est idem sensui potest falsa esse. et ideo non omne quod scđm fantasiam apparet verum est. ¶Preterea magnitudines vel colores nō sunt tales quales apparent a remotis sed quales a propinquo. ¶Preterea sensibilia non sunt talia qualia apparent infirmis sed qualia sanis. grauia etiam non sunt talia qualia debilibus sed fortib⁹ apparent. Similiter vera non sunt talia extimari qualia dormiētib⁹ apparent sed qualia vigilātibus videntē de futuris etiam non eque vera opinio ignorantium ⁊ expertoruꝫ ut medici et nō medici de futura sanitate egroti. ¶Preterea nō similiter iudicat sensus de proprio obiecto ⁊ de alieno ut non similiter iudicat de saporibus visus ⁊ gustus. proprius enim sensus circa proprium sensibile nunꝗ̄ dicit simul ita. Et non ita se habere sed nec dubitat de subiecto cui accidit proprium sensibile non enim dubitat gustus vtrū sit dulce ⁊ non dulce licet possit dubitare vtrum subiectum dulcis sit vinum vel aliquid aliud ¶Preterea si omnia que apparent vera sunt nulluꝫ ens erit neccessarium sed oīa contingit aliter ⁊ aliter se habere scđm permutationem apparentie. ¶Preterea si ea sola entia sunt que sentiuntur ⁊ in quantum sunt sensibilia nichil erit non existentibus rebus inanimatis. naꝫ sine istis nullus ē sensus nec sensatio sensibilia aūt priora sunt sensu sicut mouens prius est naturaliter moto et quamuis sensibilia relatiue dicātur ad sensum priora tamen sunt ipso nec dependēt ab eo sicut econuerso.

Capitulum .xvj. quod sic incipit: sunt aūt quidam qui dubitāt hic persuasorium et c̄. Adducit quamdā opinionem negantē rationes predictas ⁊ dicentem de omnibus querendaꝫ esse demōstrationem et improbat.

Unt aūt quidam dubitantes de rationibus dictis querendum quis est sanus vel vigilans vel huiusmodi talis cuius iudicium sit putandum rectum. que dubitatio similis est illi qua dubitatur vtrum nunc dormiamus an vigilemus omnes enim tales dubitationes supponunt ꝙ omnia possit probari per principium prius quod ꝑncipium etiam potest probari per demōstrationem ⁊ tamen sic opinantes non hoc obseruant in actibus suis sed in eis supponunt aliquid primuꝫ notum est igitur passio ipsorum querere rationem primorum principiorum quorum nulla est demōstratio sicut facile credibile est ⁊ sine difficultate supponi debet licet in sermonibus suis dicāt contrarium et sibi ipsis contradicendo afferant contraria esse vera de eodeꝫ Q̄d autem apparentia non sit causa reruꝫ patet sic nō omnia entia sunt ad aliquid sed quedam sunt scđm se qui autem dicit omnia que apparent talia esse qualia apparent omnia facit ad aliquid. Et si dicatur ꝙ apparens non est tale simpliciter quale apparet tamen est tale illi cui apparet et ꝗn̄do et ī quantū et eodeꝫ modo quo apparet accidet adhuc contraria dicere circa idē. Contingit enim eidem homini aliquod apparere mel ꝯ visum ⁊ non mel secundū gustū. alia etiaꝫ res apparebit alia ⁊ alia ꝯ visū Si vnus occulorū aliter dispositus est ꝗ̄ alius. Ex quo sequit̄ ꝙ oīa simul erūt vera ⁊ falsa cuꝫ eadeꝫ res appareat esse duo contraria ꝯ idē tēpus vel penes duos sens⁹ sīc

est tactus et visus vel penes eundem sensum diversimode dispositum. Si igitur cōcedatur ꝙ id qđ apparet verum ē ei cui apparet necesse erit dicere oīa esse ad aliquid ⁊ refferri ad opinionez ⁊ sensūz. Ex quo sequitur ꝙ nullo preopināte nichil erit factuz ⁊ quia hoc falsuz est: ideo non oīa ad opinionez refferunt. Preterea oē relativū realiter refertur ad aliquid determinatuz vt dimidiuz ad dupluz equale ad equale et ecōuerso. Si ergo opinās refertur ad opinata ⁊ ecōuerso: infinita erūt ad q̄ refertur opinans ac per hoc ipē erit quedam infinita ꝑ speciem. Quod igitur verissimuz sit opposita non verificari de eodem ⁊ quid accidit contrarium dicētibus et quare quidam hoc dicant tot sunt dicta.

Capitulū. xvij. quod sic incipit: quoniaz aūt impossibile est et cetera. Cōcludit ꝙ contraria non possunt verificari de eodem probans ꝙ cōtradictiōis nullum est medium.

Quoniam omne quod fit ab aliquo fit quod est principium generationis et ex aliquo quod non est tantum priuatio: sed materia. de quo superius diximus. fit etiam forma ut spera aut circulus aut aliud simile: manifestum est sicut faciens non facit materiam per se: sic nec formam. nisi secundum accidens. sed facit compositum ex utraque verbi gratia faciens es rotundum: non facit es nec rotunditatem: sed totum quod est ex utrisque. quia facit rotunditatem in ere: Si enim facit aliquid: ex aliquo quod subicitur factioni facit. ut ex ere facit speram. si igitur solam formam spere facit: ipsam faciet ex aliqua materia que est pars forme. et sic forma pura composita erit ex materia ex qua et forma que ex ipsa fit. et eodem modo hec forma per se fiet ex aliqua materia. ita quod generationes formarum ex materijs procedunt in infinitum. Manifestum igitur quod forma sensibilis per se non fit. nec eius quod quid erat esse per se est generatio. sed potius fit in alio. siue ab arte siue a natura siue ab alia potentia fiat. verbi gratia ars ex ere spera facit eream speram quia in ere tanquam in materia facit speram tanquam formam. et hoc totum scilicet spera erea est terminus factionis. nam si solam formam spere faceret: ex aliquo quod pars materialis eius faceret eam. et oporteret ipsam formam que per se fieret esse diuisibilem in duo. quorum vnum est materia et aliud forma. et sic sola forma composita esset ex materia et forma. fit ergo non forma spere tantum: sed compositum scilicet erea spera. Palam igitur ex dictis quod forma que dicitur substantia rei: non fit per se: sed sinolon idest simul totum ex materia et forma fit. et quia forma et materia est in omni generato et quod aliqua pars est materia et aliqua forma.

Capitulum. xi. quod sic incipit: vtrum igitur est quedam spera preter has

probat ꝙ forme separate que a quibusdam dicũtur ydee non sunt necesse ad generationem.

Quod non sit necessariũ esse formas separatas a sensibilibus vt formaz spere separatam ab his speris que sũt in materia aut formam domus ab his que sunt in lateribus sic patet. nulla forma sensibilium facta est que non sit in aliq̃ materia. quia forma sensibilis non considerata in materia: non ẽ determinata ad hoc aut illud omne autem generãs est ens determinatum. et generat aliquid determinatum. quod habet hanc formam in hac materia. sicut ẽ callias aut socrates aut hec spera homo autem et animal in cõmuni sunt sic spera enea vniuersaliter sumpta. Manifestum ergo ꝙ si ponãtur forme separate tãq̃ substãtie essẽtia: nec sunt vtiles ad generationes substãtiarum que sunt in materia. ꝙ autem generãs tale sit quale generatum non idem quidem numero sed idez specie: patet in phisicis. homo nãqz hominem generat. et si in ipsis aliquid fiat preter vsitatuz cursum nature sicut equ9 generat mulum ad huc in talibus est similitudo inter generans ⁊ generatuz. nam illud quod est commune equo et asino simile est in mulo generato ab illis concurrẽtibus in illo communi. Manifestum igitur ꝙ non oportet ponere speciez separatam tanq̃ exemplum necessariam ad generatiõem sensibiliuz. si in aliquib9 tale exemplum requiritur: maxime in predictis substãtijs poni. cum sint principales inter substãtias generabiles. sed ad ipsaz generationem sufficiẽs est generãs tanq̃ efficiens. et materia in qua ẽ aptitudo ad formaz. omnis autem forma generabilis est in materia determinata. sicut forma socratis et callie est in his carnibus ⁊ ossibus. quoruz forma diuersa est propter materiaz. idem vero specie. que species non est diuisibilis in species.

Capitulum. xij. quod sic incipit: dubitabit autem aliquis quia animalia fiunt arte. Inquirit causam propter quam quedaz fiunt simul ⁊ ab arte et a casu. aliqua vero ab arte tantum. concludẽs ꝙ omnia aliquo modo generãtur ex vniuoco principio. et quia in alijs predicamẽtis sicut in substãtia non generaf per se forma sed compositum.

Dubitabit aliquis quare aliqua fiunt simul ab arte ⁊ a natura. aliqua vero ab arte tantum: vt domus: Causa autem huius diuersitatis ẽ: quia in materia quorundam ẽ aliquod principium per quod materia non tãtum est apta nata fieri: sed etiam facere aliquid eorum que sũt ab arte. qđ principium est quasi quedaz parz rei fiẽde. in materia vero quorũdum non ẽ nisi aptitudo qua moueri possit pricipiuz etiaz qđ existit in materia quorũdaz potẽs facere: in quibusdaz ẽ per se potẽs absqz adiutorio artis: in quibusdã ãt per se non sufficit sine arte. sicut in quibusdã ẽ virtus saltãdi: non tñ possunt ordinate saltare sine adiutorio melodie. illa ergo quoruz materia non habet principiũ actiuũ vt lapides respectu dom9 vel habẽt pricipiuz tñ per se nõ potẽs non possũt fieri sine arte ea vero quorũ materia habet sufficiẽs principiuz ad agendum: possũt fieri absqz arte ⁊ ab aliquib9 nõ egẽtib9 motu artis: sz a casu. q̃ actio fieret ab illo pricipio tanq̃ a casu apte rei fiẽde. Palã igitur ex dictis ꝙ oĩa q̃ fiũt quodãmodo fiũt ex aliquo pncipio. naturalia enĩ fiũt a pricipio totaliter simili: artificialia vero fiũt ex principio simili in forma: licet non in materia. spẽs enĩ dom9 in intellectu artificis simil' est forme dom9 in materia ita ꝙ artificialia fiunt ex parte scilicet ex forma in conceptu artificis. aut ex parte habente partem. sicut ex forma artificis in conceptu et ex principio intrinsico quod mouetur per artem. sicut calor naturalis per artez medicine mouetur ad sanitatem. cuius sanitatis est pars sanitas in cõ

ceptu medici et alia pars eius est calor ex quo fit sanitas. vt nō secundum accidens fiat: sed per se in sanato. prima autem causa per se faciēdi est forma in conceptu ab ipsa enim mediāte motu artis fit in corpore calor. qui vel est tota sanitas vel pars eius vl̄ ad ipsum sequitur sanitas vel pars sanitatis. et ideo faciens illud cui cō sequitur calor. facit sanitatem sicut igitur forma in conceptu est pricipium sillogismi probatiui per quē introducit ars effectum: sic in generatione naturali generās est principium spermatis in cuius virtute artis est illud quod generatur per artez. Et ideo generatio eorum que fiunt spermate est ex vniuoco principio. non oportet in omnibus querere tātam vniuocationem quāta est quādo ex homine generatur homo. nam femina ex viro et mulus ex non mulo generatur. perfecta enim vniuocatio solis in quibus non est orbatio nec deffectus. sicut igitur artificialia in quoruz materia est principiū possibile moueri a se possunt fieri a casu: ita naturalia in quorum materia potest esse motus similis motui spermatis: possunt generari a casu. siue ex putrefactiōe. in quorum vero materia non est talis motus absqz spermate impossibile ē fieri aliter ꝗ per generationem similis generātis. Non solum autez ratio probans formam non fieri per se sed compositum est vera de substātia: sed et de alijs cathegorijs vt quantitate ꝛ qualitate. fit enim spera enea: et non spera per se. nec es. in omnibus enim que fiunt siue in subiecto siue in qualitate siue in alijs cathegorijs: oportet concurrere materiaz et formam ex quibus fit totum. non enim fit qualitas per se: sed quale lignum. nec quantitas per se: sed quantuz lignum. hoc tamen proprium ē in generatione substātie quia oportet preexistere alteraz substantiam in actu que generet vt animal in actu a quo fiat animal quod generatur. quale vero aut quantum: non oportet preexistere in actu: sed sufficit ꝙ sint in potentia ad hoc ꝙ fiat quantum.

Capitulum. xiij. quod sic incipit: quoniam vero diffinitio ratio ē. Querit vtrum partes rei sint omnes de esse quidditatis ipsius. et vtrum sint priores toto: soluens primam questionem per distinctionez quia pars materialis in aliquibus est de ratione quidditatis in aliquibus non.

Quoniam diffinitio est ratio habens partez ita ꝙ sicut se habet tota ratio ad totam rem: sic se videtur habere pars rationis ad partez rei. Dubitat vtruz ratione partium oporteat esse in ratione totius an non. Nam in quibusdam rationes partium non sunt in diffinitione totiꝰ sicut rationes incisionuz non sūt in ratione circuli in quibusdam vero insunt: sicut in syllaba insunt rationes litterarnz. diuiditur autem circulus in incisiones scilicet in semicirculo: sicut syllaba in litteras. Dubitatur secūdo vtrum partes sint priores toto. et vtruz anguluꝰ accutus sit prior recto cuius est pars. et digitus prior homine. videtur ꝙ sic: quia totum consistit in partibus. priora autem sunt ea ex quibus aliquid est. Preterea totum non potest esse sine partibus. partes autez possunt esse sine toto. prius autem est a quo non cōuertitꝰ cōsequētia. Ad primaz dubitatiōez dicenduz: ꝙ ps vno modo dicit̄ illud qḋ ꝑ quātitatem mensurat totum. et hoc pretermittatur: cum non ptineat ad quidditatem rei sed ad quātitatē. Alio modo ptes dicūtur ex quibus ē sb̄a rei. quaꝝ alia ē materia alia forma. aliud compositum ex his. ita ꝙ tam materia ꝗ forma ꝗ etiaz cōpositū est sb̄a. et de talibus partibus pscrutāduz ē. et dicēdum ꝙ materia alicuiꝰ ē ps alicuiꝰ non illius enim de cuiꝰ specifica ratione non est materia ipsa non est pars quidditatis eius

sicut caro nō est pars concauitatis. licet sit materia in qua sit. illius vero de cuius conceptu est materia ipsa est pars quidditatis eius. sicut nasus est pars simitatis. et es est pars statue similiter. vnumquodqꝫ igitur dicitur tale per se qualeest eius esse specificū cuius ratio ē spēs siue forma. tn̄ nūq̄ꝑ ꝑ se dicit penes materiale ip̄ius qḋ nō ē d' rōne quidditatis ei9. Et qꝛ incisiones comporātur ad circulū ut aliquid materiale: id ratio circuli non hēt in se ratonē incisionū. q̄ sunt partes vt materia. in quib9 fit circulus lꝫ sint propiquiores quidditati q̄ꝫ sit es: qm̄o circulus fit in ere qꝛ vero littere comparantur ad syllabā vt ptes quidditatis ip̄ius: idcirco in rōne syllabe ē ratio litterarū: vt littere sint. et nō sic sunt terre vel aeris. qꝛ tales literre sunt ptes materiales sensibiles syllabe. Si āt obiciat q̄ partes materiales ꝛ sēsibiles. vidētur esse de quidditate rei. qꝛ ipsa corrupta fit resolutio in huiusmodi ptib9. sicut linea corrumpit cum diuiditur in duo media. ꝛ hō cum diuiditur in ossa neruos ꝛ carnes. ad hoc dicēdū q̄ res naturales sunt ex his: sicut ex ptib9 substātialib9: tn̄ materialib9. ito q̄ sunt partes ptinētes ad simul totum. i. ad indiuiduū speciei āt non sunt partes. ꝛ ideo non ponitur in eius diffinitione. Aliquarū igitur partiū rō inest rationi totius: sic generis et differentie aliquarū vero. s. materialium partiū ratio non inest rōni totius: nisi fuerint partes simul sumpti idest indiuidui siue aggregati ex natura spēi determinato subiecto. sic est figura enea. nam quedam simul sumpta ex his partibus sunt tanq̄ ex principijs: in q̄ corrumpūtur. quidditates aūt ex talibus principijs non sunt. Quecūqꝫ igitur simul sumpta: habent formam in materia determinata. vt sim9. et eneus circulus. hec enī corrumpūtur in partes ex quib9 sunt. quarum alterum. est materia. sic nasus ē materia simi et es circuli. quecūqꝫ vero non concipiūtur cum materia: sed consistunt in ratione sola specifica: aut omnino nō corrumpūtur: aut non sic corrumpūtur sicut simul sumpta. quorum principium ꝛ partes sunt ea que in ipsis sunt tanq̄ materia. speciei vero talia non sunt ptes nec principia. et ideo per corruptionē resoluitur lutea in lutū ꝛ spera enea in es. ꝛ callias in carnē et ossa. et hic circulus in incisiones. hic enim circulus concipitur cum materia. et equiuoce dicit circulus de circulo simpliciter et de hoc circulo singulari. quare enim non est propriū impositū cuilibet singulariū circulorū. iddem nomen dicitur de circulo simpliciter ꝛ de singulis circulis tamen equiuoce.

Capitulum. xiiij. quod sic incipit: dictum ē igitur et nunc ipsum verum.
Manifestat q̄ partes sunt priores ꝛ que posteriores toto diffinibili. et q̄ materia in quibusdam ē de esse speciei. Et q̄ partes diffinitiōis per se et proprie sunt partes speciei et non indiuidui.

Uamuis illud quod dictum ē supra de partibus diffinitiōis verū sit: tamē manifestius dicetur quibusdam repetitis. partes diffinitionis in quas ipso diuiditur priores sunt diffinito: aut omnes aut quedā. partes aūt materiales diffiniti in quas ipse diuiditur tanq̄ in materia: sunt posteriores. ꝛ qꝛ diffinitio recti nō diuiditur in acutum: sed potius diffiniens acutum vtitur recto dicēs angulus acutus est minor recto: ideo acutum est posterius recto. ꝛ eodem modo se habet semicircul9 ad circulū. ꝛ digit9 ad hominē. sunt ei ptes materiales ex quib9 nō diffinit totum sꝫ q̄ diffiniunt ꝑ totū. Qm̄ aūt aīa in aīalib9 ē sb̄a animati. est enim forma sbalis et ratio quidditatiua corpori aīato. ꝛ cuilꝫ parti eius. nullo ei ps talis corporis diffinietur sine opere cuius est organum. quod opus non existit in ea sine sensu. ratio autem sentiēdi est anima. talis pars et similes ei priores sunt toto aīali in qualibet pte corporali

ipsius.corp9 vero ⁊ ptes corporis posteriores sunt in toto aīali nam in ipsa diuiditur
non anima:sed simul totum animal vt in materia.tales igitur partes aliquo modo ꝑ
ores sunt suo toto:videlicet in quātum ex eis totum constituit aliquo modo posterio-
res scilicet in quantum non possunt esse separata a toto.non enim digitus quocumqz
modo se habēs est pars aīalis.coniunctus autē ē pars eius.separatus aūt ⁊ mortuus
est equiuoce digitus.principales tamen partes materiales in quibus primo est ratio
substātie totius sicut cor aut cerebrum se habēt ad animal simul sunt cum toto.speci-
es autem q̄ de se communis est ⁊ subsistit in singularibus vt homo et equus non ē pura
forma.sed est quoddam totū ex determinata materia ⁊ determinata forma in commu
ni.quod vero ex hac materia singulari et designata consistit:est singulare vt socrates.
materia igitur est pars speciei q̄ species est quidditas cuiusdā totius compositi ex ma
teria ⁊ forma. Partes autē diffinitionis solius speciei sunt.nam diffinitio est per
se ipsius vniuersalis.cuius idem ē quod quid est et cuius ē.sicut idē est circulo esse
et circulus anime esse ⁊ anima singularis aūt nullus est per se diffinitio siue sensibilis
sit.sicut hic circulus ereus siue intellectuale.sicut hic circulus mathematic9 tales enī
cognoscuntur aut sensu aut ymaginatione:cum actu sentiūtur. abeuntes vero extra
actualem sensationem:non ē manifestum vtrum sint aut non sint.tunc non cognos-
cuntur in se:sed tamen cognoscūtur per diffinitiōem sui vniuersalis scilicet speciei.ca
usa autē propter quā singularia non intelligunt in se ipsa est materia signata.que si
ue sensibilis sit.vt est es lignū et quodlibet mobile materiale.siue intelligibilis.vt ē
materia rerum mathematicarum scilicet quātum de se est ignota. quomodo igitur ꝑ
tes sunt priores toto et quomodo posteriores dictum ē. Interrogān igitur vtrum
totum:sicut est rectus circulus et animal priora sunt paucioribus in quas diuidūtur.
et eorum in quibus sunt.aut econuerso:partes sunt priores ipsis:nō est simpliciter res
pondendum sed dicēdum:ꝙ si idem est forma que est ratio essendi et aliud quod est
per ipsam vt anima animatum.et circulus ⁊ forma circuli.de qua idēptitate postea
perscrutādum est posterius partes que sunt in ratione diffinitiua priores sunt toto.ꝑ
tes vero materiales que sunt in singularibus:sunt posteriores toto.⁊ eodē modo di-
cendum est de partibus ⁊ toto in forma que est ratio essendi vt anima animali non est
idem cum toto.

Capitulum.xv.quod sic incipit:dubitatur autem merito. Inquirit dispu
tatiue que sunt species spei que indiuidui.arguēs ꝙ materia nec in mathema
ticis nec in naturalibus videtur esse pars speciei.

Dubitatur merito que sunt partes speciei et que indiuidui.cum enim diffinitio
proprie sit speciei et vniuersalis non autem sit indiuidui:nisi fiat manifestum
que sunt partes speciei.et que indiuidui:non erit manifestum cuius rei sit dif-
finitio. Sciendum igitur ꝙ quecumqz reperiri possunt in materijs proprie specie
diuersis vt circulis in ere ⁊ ligno nulla talis materia est pars speciei ipsorū.cum possint
separari ab ipsa.que vero actu non separantur ab aliqua materia.sicut est circulus res
pectu eris: si oēs circuli essēt enei: nichil ꝓhiberet simil'r se hēe scilicet ꝙ materia nō
est de esse spēi:eo quod sepabilis est per intellectū forma a tali materia in aliquib9 tñ
formis naturalib9 difficile est separare etiā per intellectū formā a propria materia.
homo enim semper apparet in carnib9 ossib9 et similib9 partib9. Et ideo dubitatur
vtrum in talibus materia sit pars spēi aut nō. Quī igitur manifestū est qn̄o materia
sit de esse speciei:et quando non:ideo dubitāt quidam de formis mathematicis vt cir

culo z trigono vtrum materia intelligibilis scilicet quãtum continuuz sit in eis de esse speciei:aut non sint sed diffiniũtur sine lineis incontinuo. sicut homo diffinit̃ sine carne ossibus. z circulus sine ere z lapide. quidam enim referũt naturam substãnarũ mathematicaruz ad numeros. dicũt ꝙ ratio formalis circuli nichil ē nisi vnitas. linee vero dualitas. trigoni trinitas. nec aliqua materia etiam intellectualis. sicut cõtinuum sine linea ē de ratione spẽi ipsorum. vnde ponẽtium ydeas aliqui ponũt ipsam lineaz esse tantum dualitatẽ. alij vero dicũt dualitatem esse spẽz linee. et linea cuius ē spẽs. sicut idem est dualitas z species dualitatis. non autez in linea idez est species z cuius est species. Hoc dictum ē impossibile quia ex ipso accidit plura differentia specie esse vnius speciei. plura enim differẽtia specie possunt reduci ad dualitatem. z sic scd̃m ipsos essent vnius speciei. et hoc inconueniens pictagoricis accidit. Preterea contingit facere vnam formã omnium extra quam ratio ē aliquid formale. sicut contingit omnes numeros reduci ad vnitatez. et sic omnia erunt vnum. quia quorũ est vna forma: est vnum esse quam ergo dubitationez habeãt que sunt circa diffinitiones et propter quam causam dictum est.

Capitulum .xvj. quod sic incipit: quare omnia reducere ita. Soluit dubitationem predictam. ostendẽs ꝙ in quibusdaz materia est de esse spẽi. z ꝙ partes quãtitatiue vt sunt semi circuli non sunt partes spẽi sed indiuidui. et ꝙ forma est principiũ pars ex qua cum materia fit compositũ. z quod inuestigãdum posterius: vtrum sit aliqua forma sepata a materia. Epilogans etiam q̃ dicta sunt de quidditate et cuius est quidditas.

Reducere omnia ad rationem numeroꝝ vel ad ydeas z auferre materiam a natura omnium entiuz superfluuz est quedã enim talia sunt que cõsistunt ex forma que inest materie. et ideo parabola de animali separato quã dixit plato iunior socrate ponẽs animal sine carnibus et similibus partibus: non bene se habet. nec continet veritatẽ. facit enim opinari ꝙ ita contingit hominẽ esse sine carnibus et ossibus sicut circuluz sine ere cum tamen non sit simile hic et ibi. nam animal est aliquid sensibile. quod diffiniri non potest sine motu. nec sine ptibus se habentibus tãꝙ organa et instrumenta motus. manus enim non est pars hominis nisi potẽs perficere opus cuius est organum. hoc autem potest existens animata. ideo tunc ē pars hominis. non animata vero non est pars. Circa autẽ mathematica dubitatur. quare semicirculi non sunt partes formales diffinitiõis circuli. non enim possunt excludi a ratione circuli tanꝙ partes sensibiles cum non habeant naturam sensibiliũ. Ad quod dicẽdum ꝙ semicirculi se habent ad circuluz vt materia nec pertinẽt ad quidditatez et spẽz circuli: sꝫ potiꝰ ad hũc circulũ singularẽ. ita ꝙ nõ sũt ptes circuli vniuersalis: sed potius singulariũ. dico autez vt materia quia q̃daz ē materia sensibilis. quedã intelligibilis. que reperitur in his ex his que nõ sunt sensibilia. Manifestum autẽ ꝙ anima est prima substãtia z forma animalis. corpus vero est materia. animal autẽ vniuersaliter sumptum ex vtrisqꝫ consistit. et similiter homo siue singularis siue vniuersalis vt socrates. Et aĩa etiam quidaz dicunt ꝙ est formalis pars totiꝰ. Alij vero ꝙ ē totuz esse rei. Similiter autem hec anima et hoc corpus partes sunt ex quibus constat animal tam vniuersale ꝙ singulare. Utruz autez preter substãtias materiales oportet q̃rere substãtiaz separatam perscrutãdum ē posterius. huiꝰ ei grã tractamꝰ de substãtijs sensibilibus quaꝝ speculatio pertinet ad phisicaz q̃ ē .ij. phisica. phicꝰ ei

non solum considerat de materia: sed etiam de forma. et de hac etiam principalius quam de materia. Secundo modo autem partes que sunt in diffinitione videntur et quare diffinitio est una ratio. tam re diffinita que est una. quo autem res sit una habens partes: speculandum est posterius. Quid igitur sit quidditas. et quomodo quod quid est dicitur per se de omni cuius est. et quod aliquorum ratio diffinitiua habet partes per additamentum: quorundam autem non. et quod partes que sunt ut materia non sunt in diffinitione substantie quia non sunt partes forme specifice: sed in indiuiduo cuius per se non est diffinitio: cum sit indeterminatum propter materiam licet ipsius sit diffinitio: ut continetur sub specie. et quod prime substantie scilicet forme sit ratio. hec enim substantia est ex qua cum materia fit totum. sicut ex concauitate et naso fit simus. in cuius diffinitione aliquo modo bis idem inest. scilicet nasus. ita quod in naso simo sicut et in substantia particulari ut est callias inest materia et quod in quibusdam sit in primis substantijs. scilicet separatis a materia idem quod quid est et cuius est. nec tamen sit unum ex eis secundum accidens ut socrates et musicum dictum est.

Capitulum. xvij. quod sic incipit: nunc autem dicamus primum inuestigat quomodo diffinitio sit una ratio unius diffiniti: cum habeat partes diuersas. assignans causam huius unitatis finalem differentiam que est una.

Nunc autem dicamus de diffinitione aliquid quod in posterioribus non est dictum. videlicet propter quid diffinitio est unum: cum habeat partes hec enim diffinitio valde utilis est rationibus que fiunt de substantia. verbi gratia. sit diffinitio hominis animal bipes. sicut unum sunt homo albus: cum enim album non inest homini: multa sunt homo et album. cum vero album inest homini: unum sunt. eo quod homo participat album. genus autem non participat differentias. quia simul participet contraria. differentie enim eiusdem generis contrarie sunt. Preterea posito quod genus differentiam participet: adhuc restat dubium. quomodo differentie que sunt in eadem diffinitione ut gressiuum bipes non alatum sint unum. non enim oportet quod una talium differentiarum est in alia: ideo unum sunt esse enim in alio non sufficit ex unitate quia sic ex omnibus esset unum. cum differentie possit esse in uno: omnia sunt in celo. oportet autem partes diffinitionis unum: tanquam una quedam ratio. et substantia que sit unius diffiniti. substantia enim diffinibilis est aliquid unum. Sed oportet autem intendere primum ad solutionem dicte dubitationis diuisiones ex quibus fit diffinitio. nichil enim est in diffinitione nisi genus et differentie. nam genera subalterna nichil aliud sunt quam genus primum. et cum hoc comprehendere differentie. ut si animal est primum genus et animal bipes non alatum quam genus et differentie comprehendere. scilicet bipes non alatum. et eodem modo se habet genus. consequenter se habens ad primum si plures differentias comprehendat. qui nichil differt pluralitas vel paucitas differentiarum. semper enim hec diffinitio fiat per plura siue per pauciora reducitur ad duo. quorum unum est differentia. et aliud est genus ut si animal bipes est diffinitio. alicuius: animal quidem est genus: bipes differentia. genus autem non est preter species quarum est genus. aut si est preter eas est materia. que est in potentia. verbi gratia. vox est genus et etiam materia ex qua differentie faciunt species litterarum. et sic diffinitio ratio est ex genere et differentijs. Differentia autem prima oportet diuidi usque quo deueniatur ad ultimam ut pedalitas est differentia animalis et hanc oportet diuidi in ea in quibus differt habens pedes. ideo non est dicendum habentis pedes: aliud alatum aliud non alatum. quia licet hec natura sit: tamen non sunt differentie habentis pedes in quantum hominis sed est dicendum habentis pedes aliud habet fixos pedes: aliud non fixos. iste enim sunt differentie pedis. nam fixo pe

dis quedaz pedalitas est. et per dictionem talium procedendum est donec deueniat
ad differentias indiuisibiles. tunc enim tot erūt spēs animalium habentium pedes:
quot erunt differentie vltime pedalitatis. qr ita hec sic se habēt: manifestum ē φ fina-
lis differētia erit sba ꝛ diffinitio rei a cuius vnitate diffinitio est vna. non oportet aūt
in collectione differentiaꝝ multotiēs reppetere id. qr est superfluum vt si dicatur: alal
habēs pedes bipes: superflue dictum ē pedes habens dicto bipede. est enīz sensꝰ alal
bipes habens duos pedes. diuidendo enim pedes habens in bipedez: multotiens di
cet eandem differentiam. diuidendo autem differētiam in proprias differentias: de
ueniet ad vnaz vltimaz ex qua est spēs ꝛ differentia rei. Si vero diuidat accidētia
per differentiaz. vt habens pedes per albuz ꝛ nigrum tot erūt drie quot fuerunt tales
diuisiones. nec stabitur ad aliquaz determinataz. Manifestum ē igitur φ diffini-
tio est ratio ex differentijs ordinatis scōm rectam diuisionem. qr si quis trās ponat mi
nus commune ad magis commune vt in diffinitione hominis preponat bipedez aut pe
dem habens: dicendo homo ē animal bipes pedes habens superflue dictuz ē pedes
habēs dicto bipede. talis enim ordo non est in diffinitione substātie scilicet φ differē
tia magis communis intelligatur posterius et minus communis intelligatur prius.

Capitulum. xviij. quod sic incipit: quoniam vero de sba perscrutandum est
inquirit disputatiue vtrum aliquod vniuersale sit sba: arguens quinqz rationi-
bꝰ φ non. et duobus inconueniētibus φ sic

Quoniam perscrutanduz est de sba que dicit quadrupliciter: de sbo et de quid-
ditate. et de eo qd ex his est. et etiam de vniuersali. dictuz est autez de duobꝰ
videlicet de quidditate et sbo φ dupliciter dicitur. vno modo aliquid est sbm
passionibus. alio modo materia sbiecto forme nunc de vniuersali qd videt quibusdaz
esse principium ꝛ causa entium. Impossibile enī videtur aliquid vniuersaliter dic
torum esse sbam: primo qr substātia vniuscuiusqz ita ppria est vnicuiqz φ alij nō inest
vniuersale vero est commune multis. nam hoc dicitur vniuersale qd natum est esse in
pluribus cuius ḡ vt quid erit sba cui conuenit oīum illorum aut vnius tantuz aut nul
lius omniuz autem esse substantiaz non ē possibile cum sba sit propria cuius est. vni-
us autez si erit substātia: omnia q̄ comprehenduntur sub vniuersali: erunt idem cum il
lo. et ita omnia erunt vnum. ea enim sunt vnum quoꝝ substātia et quidditas est vna v
niuersale ḡ nullius est substātia. Prima substantia ē que nō dicitur de sbo. vniu
sale vero semper dicit de subiecto. Et si dicatur φ quidditas dicitur de eo cuius ē
quidditas: et tamen pōt esse subantia. Similiter quia animal est in hoie ꝛ equo de qui
bus dicitur etiā hoc ē substantia: nichil differt ad presentem rationē. sequitur ei φ sit
substātia alicuius tanq̄ subiectum in quo existit vt animal in hoie ita φ accidet sbam
in sba. Preterea impossibile ē substātiaz esse ex nō sbis. prius esset nō sba vt q̄le
q̄ sba. qd ē impossibile qr nec ratiōe nec tpe nec generatiōe passiōes possūt esse priores
sba essent ei sepabiles ab ea. vl'e aūt nō ē sba: sed q̄le. Preterea socrati q erit sba ierit
hoi qd est sba cōis. q̄re duplex sba erit eiusdez rei. vl' ei accidit si hō ꝛ qdcūqz diffinibi
le ē sba nullūz eoꝝ q̄ ponunt in diffinitiōe taliuz esse sbaz. φ duplex esset sba eiusdē. s.
ea q̄ diffinit et ea per quaz difinit. Ex his itaqz videtur φ nichil vniuersalit dictorum
est sba qr non significat hoc aliquid sz potiꝰ aliquid cōe φ si ponat sba: multa impos
sibilia accidūt ꝛ ponit secūdꝰ hō qui erit sba. Preterea ipossibile ē sbaz esse ex sub
stātijs actu existentibꝰ actu nunq̄ fit vnuz actu. sed si postea fuerit duo: ex eis poterit
vnum fieri. linea enīz dupla non fit ex duabus indiuiduis actu existentibus qr actus

separatrem a re: sed ex indiuiduis in potentia fit linea dupla. Si ergo sb̃a est aliq̃d vnum in actu non ẽ ex substãtijs: cum q̃libet substãtia dicat aliquid in actu. ꝫ hũc modum recte dicit democritus cum ait: ꝙ ex duabus magnitudinibus non fit vna. nec due ex vna. q2 ambe sunt aliquid actu non est aliquid vere vnum in agone. dualitas enim aut non ẽ aliquod vnum aut vnitates non sunt actu in ipa. Habet aũt quod dictum est nunc dubitationem. si enim nulla sb̃a est ex vniuersalib9 eo ꝙ vniuersale nõ significat hoc aliquid sed potius quale quid comune et etiaʒ si ex substãtijs in actu nõ fit substantia: sequitur ꝙ omnis substãtia sit incõposita ꝛ simplex. Ex hoc sequitur secundum inconueniẽs. s. ꝙ nullius substãtie est diffinitio. q2 diffinitio ẽ ratio ex genere ꝛ differentia. dictum est aũt superius ꝛ omnibus videtur hoc ꝙ aut solius substãtie ẽ diffinitio aut maxime et ideo superius non sit nullius erit. de his auteʒ maxime manifestum erit ex sequentibus.

Capitulum. xix. quod sic incipit: manifestum aũt ex his. Ex dictis probat quod impossibile est ydeas esse substãtias separatas: si species constãt ex genere ꝛ differentijs vt dictum est.

Ex dictis aũt manifestum ẽ inconueniẽs quod accidit dicentibus ydeas esse substãtias separatas et cum hoc ponentib9 spẽʒ ex genere et differẽtijs. Si enim genus vt animal ẽ quedam ydea erit in homine et in equo. ita ꝙ aut idem erit in vtroqʒ: aut alterum. cognoscat ꝙ idem ꝫ rationeʒ. q2 eadeʒ ratio animalis assignatur vtraqʒ. Si ergo est homo sepatus. erunt animal ꝛ bipes sepata ex quibus constat homo. erit ergo ideʒ animal numero separatum in homine ꝛ in equo. sicut es idem numero in te ipso. Preterea gen9 actu separatũ existẽs habet actu comunem differẽtiam possibilem participari ab ipso g̃ cum differentie eiusdeʒ generis sint contrarie contigent contraria simꝫ esse in eodem. Si aũt dicatur ꝙ genus nõ participat differentias contrarias oportet dare modum quo gressibile ꝛ bipes insunt animali separato non enim dici potest ꝙ genus componitur et copulatur aut miscet. q2 hec omnia inconuenientia sunt. Nec dici potest ꝙ aliud genus ẽ vnius drĩe et aliud alterius. q2 sic: essent genera infinita sicut spẽs de quibus per se dicitur genus possunt esse infinite. Preterea si ẽ aliud genus in vnaquaqʒ drĩa: ipsuʒ aĩal separatum erit non vnuʒ sed plura sb̃aliter. sicut ea de quibus sb̃aliter dicit multa sunt. dico substãtialiter: q2 animal dicit de homine sicut de alio sed sicut de eo q̃d est de ipso. ꝛ cuius ipsum est genus. Preterea si ea de quibus ẽ homo oĩa sunt ydee. erit ydea hominis et substãtia ipsius. quod ẽ impossibile. q2 substãtia non est separata ab eo cuius est. sicut animal non est sb̃a de quoꝝ substãtia est ydea. est aũt aliquid separatum. Preterea species q̃ est genere vt homo ex animali non poterit esse ex ipso. sicut est separatum ab eo nec ipsum erit substãtia animalium si est preter animalia. Preterea hec inconuenientia et absurda accidunt ponentib9 ydeas separatas a sensibilib9 et ideo ipsorum non est ydea vt quidam dicunt.

Capitulum. xx. quod sic incipit: quoniam vero substãtia altera probat primum ꝙ nullum singulare sensibile diffinitur. secundo ꝙ ydee singulari existẽti non conuenit diffinitio. nec singulare cui9 tota natura est in vnico. tertio ꝙ multe substantie sunt in potentia et non omnes in actu.

Quoniam alia est ratio substantie singularis alia quidditas specifice q2 singularis est substãtia cuius forma cõcepta ẽ cum materia quidditas vero ẽ simpliciter ratio formalis substãtie. et est singularis generatio ꝛ corruptio per se. quid

ditas non: q2 non fit quidditas domus: sʒ huiusmodi dom9. quidditates. enī sunt sine generatiōe z non sunt sine corruptione. q ostēsuʒ ē prius ipsas per se non fieri hic ē ꝙ substātiaꝝ sensibiliuʒ singulariuʒ nec diffinitio ē. nec demrātio. habet eniʒ materiam cuius natura talis ē vt per eam possit esse et nō esse. et sic corruptibilia sunt. omnis demratio et diffinitio scientifica ē necessarioꝝ: sicut eniʒ scīa non pōt esse ignorantia: ita nec corruptibiliuʒ pōt esse demōstratio. nec diffinitio. sʒ potius opinio. q̄ est cōtingētis aliter se habere. Preterea singularia sensibilia quādo corrupto sunt quādo a sensu abscesserit: non sunt manifesta habētibus sciaʒ in saluatis in anima eisdem rationib9 sciēdi. essent āt manifesta si ipsorum esset diffinitio et demōstratio et ideo oportet eum qui vellit diffinire aliquod singulariuʒ: non ignorare q2 semp contingit auferri. z ideo non ē diffinibile. nec ita contigit diffinire ydeaʒ: cum sit de numero singularum z separata a sensibilib9. Diffinitionē oportet ex pluribus nominib9 esse. ꝙ vnum nomen nō diffinit rem. ignotuʒ enī erit ꝙ diffinituʒ est per vnum nomē plura autē nomina in diffinitiōe posita: ita sunt comunia oībus eiusdeʒ nature: ꝙ necesse est qdolibet ipsoꝝ inesse alij ꝙ̄ huic singulari. vt siquis te diffiniēs dicat animal gratiale album. quodlibet nomē predictoꝝ in erit alij ꝙ̄ tibi. et sic diffinitio null9 singularis ē. Si quis aūt dicat qōlibet nomen posituʒ in diffinitiōe per se conuenire nil tamen simul sumpta in diffinitione insunt cuilibet ipsoꝝ per se sumptorum. verbi gratia totum hoc solum sumptum onimal bipes inest tam animali per se sumpto ꝙ̄ bipedi. igitur non vni soli singulari. et hec ratio vera ē. et etiā in singularib9 sempiternis quales sunt ydee. Preterea necesse ē etiam simul sumpte priores esse diffinito. sicut partes formales priores sunt composito ex eis. necesse est ipsas separabiles. sicut diffinitum ē separabile. aut enim nichil ē separabile. aut ambo sunt separabilia. significari nullum esse separabile: non erit ydea generis preter species. Si vero ambo sunt separabilia. tam genus ꝙ̄ differētia separabilia sunt ab ydea speciei. et sic non cōueniunt ei soli. Preterea genus z differētia priora sunt specie. quia eis ablatis non remouet species. ablata tamē specie: ipsa possunt esse et sic non insunt sole ydee spēi. Preterea si eisdem generis z differētie ē diffinitio: ydee spēi q̄ est aliquod singulare simpliciores sunt ille ex quibus hec composito ē ꝙ̄ ista que ex eis componitur. Si autem simpliciores et communiores. sic non cōueniunt ei soli. Preterea oportet predicari gen9 z differētia de his de quib9 predicaꝝ ydea spēi. hoc aūt predicaꝝ de multis. quia si de vno solo predicaretur non esset ydea. omnis enī ydea participabilis est a multis. Sicut ergo enim dictuʒ ē: impossibile ē diffiniri singularem ydeam. que impossibilitas maxime latet in supremis substātijs que cūqʒ vnica sunt vnius spēi. velut sol z luna. in quarum diffinitione primo per oppositionē tatiuʒ partium: quib9 oblatis diffinitum remanet. puta si dicaꝝ sol est astruʒ gyrās terraʒ vel obscōdituʒ nocte. si enim steterit aut nocte apparuerit: ad huc erit sol: cum remaneat substātia eius. Preterea quecūqʒ diffinitio solis significās substanaʒ eius erit comunis huic soli et alteri soli: si fiat alter eiusdeʒ nature. nō igitur diffiniꝝ sol tanꝙ̄ quoddaʒ singulare. qualis ē cleon. aut socrates nullus igiꝝ diffiniet ydeam ut singulareʒ. quia ei9 diffinitio comunis ē multis. vt nunc dictuʒ est. Manifestuʒ ē autem ꝙ multe substātie sensibiles interduʒ sunt in potētia. vt partes animaliū existētes in toto. tunc enim separate non sūt. quādo āt fuerint separate a toto: tunc erūt actu entia. vt materia totius. sicut terra ignis z aer ex quib9 non fit vnum. vt cumulus anteꝙ̄ degeratur. et fiat vnum ex ipsis. Maxime aūt quis suspicabitur eas partes animatoꝝ que sunt pro-

pinque anime esse actu et potētia. actu quidez que habent motus ab aliqua virtute in iuncturis. itaqz quedaz animalia diuisa viuunt. potētia vero sunt quādo fiunt subiectum vnum et continuuz. sed non quando fiunt continuuz aut per violentiaz aut per complātationem. talis enī cōtinuatio est orbatio siue deuiatio a concauitate naturali.

Capitulu z. xxj. quod sic incipit: quoniaz vero vnum dicit. Manifestat ꝙ ens et vnum vt comunia non significant substātiaz rerum. ꝛ p alijs ydearum aliquid recte et aliquid non recte dicit.

Quoniam vnum comune ē sicut ens substātia autez vniuscuiusqz ita ē vna qꝛ quoꝝ substātia est vna numero et ꝛ vnitas ipsorum est vna numero manifestuz qꝛ nec vnum nec ens est substātia reruz sicut elemētuz ꝛ principiuz non significāt substātiam: sed signant aliquid quod querimus vt ad ipsuz tanqꝫ ad notius reducamus principiatuz. magis ergo signat substātiam alicuius ens et vnuz ꝙ elemētū et principium cum sint magis intrinseca. Sed nec ista substātiaz signāt. Si nichil comune est substātia rei. hoc enim nulli inest: nisi ei cuius est substātia comune autez multis inest. Amplius quod ē vnum apud multa: non est totum simul alicui vnum comune autem ꝛ vniuersale simul existit apud multa. et ideo nichil tale existit per se in aliquo vno: sed est in multis singularibus non separatuz ab eis. Dicētes autem ydeas esse: hoc quidem dicūt recte quod oportet esse substātias aliquas separatas. hoc āt dicūt non recte ꝙ vnam ydeam dicunt esse in multis. Cuius dicti causa ē quia nō possunt assignare rationem. ꝙ tales substātie sint alterius nature a substātijs singularibus sensibilibus ꝛ sic faciūt eas eiusdez speciei cum corruptibilibus a quibus solū differunt per additionem nominis. ydeaz enim nominis vocāt apto idest per se hominē hominez aūt sensibilem non vocāt simpliciter hominē. et sic, accidit sensibilibus hoc verbuz aptō vt significetur substātia ydee existētia. ꝙ vis non possint intelligere substātias separatas esse alterius nature ab eis. si enim non videremus astra sempiterna sz corruptibilia: nichilominus existimare debemus ꝙ essent astra sempiterna: preter ea que videmus. et ideo si non possumus assignare q̄ sunt substātie separate: tamen forte necessariuz ē quasdam esse tales substantias. ꝙ igitur nullum vniuersale est substantia et ꝙ substantia non est ex non substantijs manifestum est.

Capitulum. xxij. qō sic incipit: quid aūt oporter dicere. Declarat ꝙ quidditas et forma substātialis est principiuz et causa cuiuslibet entis. per quaz respondetur ad questionez propter quid. que questio non habet locum in simplicibus sed in compositis.

Quid autem oportet dicere de sba et quale quid est ipsa substātia: dicamus facientes aliud principiuz. forsam eniz ex his manifestum erit aliquid de separata: et etiam de sensibilibus. Quoniaz autem substātia ꝛ quidditas formalis est principium et causa quedaz: hinc inuestigāduz est ipsuz propter quid sit semper queritur quod per ipsuz queritur causa ꝑpter quid est alicui. querere enim ꝑpter quid homo est musicus: est querere causaz propter quaz musica inest homini. ꝛ ideo in simplicibus querere ꝑpter quid ipsum est ipsuz: nichil est querere quādo non querit propter quid: oportet supponi de aliquo quia est. et quia ei aliquid inest. vt si queratur propter quid luna eclipsatur: oportet manifestuz esse. qꝛ lune inest eclipsis ipsius aūt simpliciter: vna ratio ꝛ vna causa ē. ideo de ipso proprie non queritur propter quid homo ē homo a

ut musicus musicꝰ. nisi quis dicat ꝙ in talibus queritur propter quid idem est, indiuisibile a se ipso. hoc enim est esse vnum. quod commune ē cuilibet enti. qꝺ vere contingit vnicuiqꝫ. Queritur autem propter quid in eis in quibus queritur aliquid, ꝺ aliquo vt propter quid homo est animal rationale. hoc enim nō queritur idem de eodem: sed aliquid de aliquo. in quo manifestum est ipsum quia est. nam manifestuꝫ si hoc nō presupponatur non quereretur propter quid similiter si queratur propter quid tonat: presupponitur quia sonitus fit in nubibus. et queritur causa propter quaꝫ aliquid in aliquo. et eodem modo cum queritur lateres ꝛ lapides sunt domus. palam quia in talibus queritur causa alicuius. hec autem est quidditas ꝛ forma rei. ipsa autem vt logice locamur causa ē propter quaꝫ res est: licet in quibusdaꝫ finis sit causa propter quaꝫ in quibusdam vero efficiens. ita tamen ꝙ efficiēs causa est propter quam in fieri et corrumpi. forma vero causa est facto esse. Latet autem in his maxime que non dicuntur de aliis. questio propter quid. in talibus enim queritur quid est: quia simpliciter dicitur. vt quid est homo et quid in eis non videtur queri propter quid. quia non attribuitur aliquid alicui. nec dicitur in eis hoc est illud. Sed tamen in aliquibus ipsorum oportet corrigētes querere propter quid talia sunt. quelibet dicantur simpliciter: tamen composita sunt ex materia et forma propter quam formaꝫ existunt talia. et hec forma queritur in eis propter questioneꝫ propter quid. si autem non sic corrigamus sed dicamus ꝙ in eis non queritur propter quid: sequitur ꝙ eius cuius nichil est quereretur. et eius cuius aliquid est quid est quereret. sic aliquod commune quod est incomponibile ꝙ quid in talibꝰ ipsum quia sunt presupponitur et cum ignoratur rationabiliter queritur propter quid et hoc est querere formā propter quam materia existit vt propter quid lateres et lapedes sunt domus huius enim causa est forma domꝰ et propter quid homo est. huius enim causa est forma existēs in corpore. queritur quid ē causa materie. et hec est forma et substantia qua aliquid est palam quidem ꝙ in simplicibus formis non est questio nec doctrina: cum in eis non sit aliquid de aliquo. sed est alter motus questionis in eis.

Capitulum. xxiiii. quod sic incipit: quoniam vero ex aliquo compositum.
Declarat ꝙ formalitas rei composite nec est elemētum nec est ex elementis
Et ꝙ licet forma dici elementum et causa essendi rei tamen proprius dicitur principium.

Uoniam vero compositum fit ex aliquibus ex eis prout reducitur ad vnum commune non sicut cumulus: sed sicut syllaba fit ex elemētis. hec enim non est idem ꝙ littere. vt. ba. non est. b. a. nec caro est ignis et terra. dissolutis eniꝫ partibus ab inuicem ita remanent littere ꝙ non remanet syllaba et ita est ignis et terra ꝙ non est caro. syllaba quidem non soluꝫ est elementa vocalis et consonātis: sed aliquid aliud. et caro non solum est ignis sed etiam aliquid aliud. Forma quidem totius non est elementum. quia ex ipsa et ex his ex quibꝰ est: fieret aliud. cuius formalitas esset elemētuꝫ. ex quo cum ꝑdictis posset aliquid aliud fieri. et sic in infinituꝫ irēt generationes. nec etiam est forma rei ex elementis. quia non potest esse ex vno: cum sit quid compositum. Si autem esset ex pluribus: ipsa cum eis faceret quoddam aliud. sicut dictum est supra. Uidetur autem forma rei in tantum esse elemētum: in quantum est causa essendi rei. hec enim forma est causa essendi carneꝫ: illa vero syl

labam. et sic de alijs. que forma substãtialis vniuscuiusqz est causa prima essendi vnũ quodqz. Quoniam autem quedam non sunt res sensibiles substantiales: vt artificialia. quedam vero sunt substãtie vt res constitute per naturam: manifestum est q̇ si et in artificialibus substantio rei sit elemẽtum: tamen in naturalibus forma substancialis non est elementum: sed principium. quia elemẽtum talium est illud in quod diuiditur res in existens ei vt materia. sicut syllaba diuiditur in. a. et. b.

Ex dictis itaqz sillogizare oportet. libri octaui mathaphisice. capitulũ primũ recolligit que dicta sunt in septimo ordinans ipsa ad perscrutationez substantie sensibilis.

X dictis itaqz oportet sillogizare intentum. et sumatim recolligendo ita imponere dicẽdis. Dictum est autem q̇ querũtur cause principia et elemẽta substantiarum. Quarum quedam sunt concesse ab omnibus. vt substantie naturales quales sunt ignis et aqua terra et simplicia corpora. et plante ꝛ animalia celum et partes ipsorũ.
Quidam etiam dicunt species et mathematica substantias esse. alias vero substãtias esse accipimus: ex rationibus dictis in precedenti libro videlicet quodquidest. et quod subicitur ad huc magis genus q̄ species. et vniuersalia magis q̄ singularia. vniuersali vero et generali copulantur ydee. quia secundum eandem rationem videntur substantie. Quoniam autem quiditas est substantia: cuius videtur esse diffinitio: propter hoc diximus de diffinitione. et de secundum se. et quia diffinitio est ratio partes habens: necesse fuit considerare que partes conueniunt diffinitioni substãtie et que non. ostendimus etiam q̇ nec vniuersale nec genus. est substãtia alicuius. de ydeis et mathematicis posterius perscrutandum est. hec enim quidam dicunt esse substantias preter sensibiles Nunc autem tractabimus de substantijs concessis: quales sunt sensibiles que omnes habent materiam.

Capitulum. ij. quod sic incipit: est autem substantia que subicitur. Determinat de substantia sensibili: ostendẽs q̇ aliter materia: aliter forma aliter cõpositum ex eis dicitur substantia sensibilis que dicitur subiectum.

Liter materia est substantia que non est aliquid actu: sed aliquid potentia. Aliter vero forma que est ratio essendi existens hoc aliquid actu separabile secundum rationem. tertium vero quod est ex his substantia dicitur cuius solius per se est generatio et corruptio. que etiam separabilis est simpliciter tanq̄ per se ens nam quedam sunt separabiles: quedam non. Quod autem materia sit substantia patet sic in omnibus oppositis mutationibus est aliquid quod subicitur vtriqz termino. sicut in mutatione secũdum locum iddem est q̇ nunc est et hic et postea et alibi erit etiam secundum augmentũ iddem nunc est vnum ꝛ postea maius materia secũdum etiam olterationem iddem nunc est sanum et postea laborat. Similiter autem secundum substãtiam iddem est q̇ nunc est sub generatione: postea sub corruptione. hoc autem est materio. et hanc mutationem cuius subiectum est materia: alie sequuntur. quod enim est generabile et corruptibile: est mobile secundum locum. augmentabile. et alterabile. hoc autem non sequitur aut vnam aut duas aliarum muta

tionum.non enim necesse est id quod habet materiaz localem habere materiam subiectam generationi et corruptioni.que autem differētia sit inter fieri simplex et nō simplex:dictum est in phisicis. Quoniam autem substātia que dicitur materia manifesta est quia est potentia ens relinquitur dicēdum que est illa potentia sensibilium que est actus scilicet forma. Democritus tātum differencias tres assignauit.corpus eniz subiectum quod dixit materiam.vnum ꝛ idem posuit.differt autem arismon quod est figura.aut tropi quod est positio.aut diatigi quod est ordo. Insufficiēter autem dixit ꝙ multe differentie formales esse videntur.quedam enim accipiunt esse per cōpositionem vt quorumcūqz mixtura est ratio essendi. vt melicratum.alia vero ligatione:vt ornamētum capitis.alia ligatiōe vt liber ꝛ archa.alia positione:vt limen inferius et superius.que differunt per aliter et aliter poni.alia tempore:vt cena et prandium.alia vero loco:vt diuersi venti.alia passionibus sensibilium:vt diuicie et mollicie et similib9.quibus omnibus:aut quibusdam horum multa differunt.alia vero superabundantia et defectu. Esse enim tot modis variatur in rebus:quot sunt differentie predicte.esse vero liminis inferioris consistit in sic poni pasitio signat esse ipsius. Similiter sic inspisari:signat esse christali.quorumdaz quidem esse diffinitur per misceri quorūdam per cōtēperari.quorumdam per ligari vel inspisari.et sic de alijs differentijs sumēda sunt tamen genera dictarum differentiarum tanꝙ principia essendi. vt ipse differētie reducātur ad pauciores sicut ille que sunt in magis et minus spisso et raro et similibus reducuntur ad superabundātiam et deffectum. et ille que reperiūtur in figuris:reducuntur ad lenitatem et asperitatem vel ad rectuz ꝛ curuum.per aliquā enim dictarum differētiarum dicetur aliquid esse per misceri et per priuationem ipsius dicetur non esse. Manifestum itaqz si forma est causa essendi vnumquodqz quod in predictis forma substātialis est querenda:sicut causa essendi.nullum eniz predictorum accidentum per se vel alterari coniunctum est substātia alicuius: licet proportionaliter in qualibet substāntia accidens sequatur formaz. Substātie autem composite sunt in quibus forma inest materie de qua predicatur actus ipse quod est forma.sicut patet in earum diffinitionib9 si enim oporteat diffinire limē inferius:dicemus ipsum esse lignum vel lapidem ita positum.lignum enim et lapis materia est:positio autem forma.que predicatur de materia. In aliquibus autem diffinitionibus ponitur etia causa.similiter diffinietur ita:christalus est aqua sic congellata et simphonia ꝙ ē grauis et accuti proportio talis:ꝛ sic de alijs. vnde manifestum est ꝙ alius actus ꝛ forma alterius.quorumdam enim forma est compositio.aliorum mixtio.aliorū aliquid dictorum. Propter quod diffinientium quidam diffiniunt rem penes materiam: vt dicētes ꝙ domus est lapides lateres et ligna.quidam penes formaz et actuz:vt dicentes domum esse vas protectiuum pecuniarum et corporum.alij vero consequuntur vtrumqz diffinientes substātiam compositam ex vtroqz. Itaqz diffinitio per solas differentias est forme et actus.diffinitio vero eorum in quibus existit forma ē materia terminum autem quos architas aprobauit similes sunt diffinitionib9 substātie composite.vt ꝙ serenitas est quies in aeris pluralitate diffinitio enim compositi ex vtrisqz aerenum est materia: quies autem forma. Similiter ꝙ tranquillitas est equitas maris.diffinitio enim compositi aer enim est materia: equitas forma. Palam quidem ex dictis que sit substātia sensibilis.cuius hoc quidem est materia illud vero forma tertium autem quod ex his.

Capitulum.iij.quod sic incipit:oportet autem non ignorare. Inuestigat utrum nomen principaliter significet ipsorum totum vel formam. ostendens q forma est ratio essendi materie & composito et q per se non generatur et q assimilatur numeris.

Oportet autem non ignorare utrum nomen principaliter significet substantiam compositam aut formam ipsius vel utrum hoc nomen domus sit signum totius domus que est tegumentum ex lapidibus sic compositis aut sit signum tegumenti quod est actus forma domus. Similiter utrum animal significet totum compositum ex anima et corpore aut principaliter animam que est forma et actus corporis. Dicendum est enim q nomen signat utrumque:non secundum unam rationem:sed principaliter formam et ex consequenti compositum prout attribuitur forme ista tamen ad aliquid aliud differunt.licet ad questionem substantie sensibilis nichil differant quodquidest et cuius est ut anime et anime esse.in compositis autem:non:ut homo & hominis esse non est idem:nisi anima dicatur homo.sic igitur alicuius nomen simul importat formam et totum:ut simplicis forme.alicuius non ut compositi.non videtur itaque entitas substantie composite esse ex materia nec ex principijs materialibus:sicut compositio et mixtio non est ex his quorum est:sed potius formalitas substantie est causa essendi substantie sensibilis.aut sempiternam esse.aut corruptibilem seu corrumpi.aut factam esse sine fieri.monstratum est in septimo q forma per se non generatur nec fit sed compositum.si autem forme corruptibilium sunt separabiles a materia:nondum manifestum est.Quis palam est q forme artificialium quas impossibile est esse sine subiectis:sicut est forma domus & vasis separabiles non sunt.forsam enim quecunque forme non consistunt per naturam separatam sed per artem non sunt substantie quia in corruptibilibus sola substantia per naturam existit. Quare dubitatio que accidit antisthenis propter ineruditionem logice:hic solui potest.que fuit q nichil contingit diffiniri:quia diffinitio habet partes quarum quelibet diffiniri posset.et sic in infinitum diffinitiones procederent.contingit tamen secundum ipsos per discretionem dicere de aliquo quale quid est:sicut de argento quod est aliquid quale est stannum. dicendum est enim q substantie composite sive sensibilis sive intellectualis fuerint contingit esse diffinitionem.partium tamen simplicium primarum ex quibus ipsa est non contingit esse diffinitionem.quia semper aliquid de aliquo diffinitio signat quorum unum oportet esse ut materiam aliud vero ut formam. Palam autem q diffinitio substantie assimilatur numeris et non unitatibus ut quidam dicunt. diffinitio enim numerus quidam est divisibilis in indivisibilia nec infinite sunt rationes.talis autem est numerus qui est divisibilis in unitates. Item quemadmodum ablata aut addita unitate numero non remanet idem sed mutatur eius species quantumcunque minimum sit id quod additur vel aufertur sic nec diffinitio nec quidditas remanebit eadem: ablata vel addita differentia. Item sicut in numero oportet aliquid esse quo sit unus ex multis unitatibus:q autem est numerus sicut acervus aut si vere numerus est dicendum q est faciens ipsum unum ex multis.ita oportet dicere q est faciens diffinitionem esse unam cum sit ex multis.et hoc rationabiliter queritur. Nam eadem ratio est quare substantia est unum et quare diffinitio substantie non est unum tanquam quedam unitas simplex ut punctum:sed est unum per unitatem actus quod est forma.aqua una est quelibet natura substantie. Item quemadmodum numerus non habet nec magis nec

minus in vna specie: nec forma substãtialis suscipit magis et minus nisi cum materia de generatione quidem et corruptione substãtiarum sensibilium et quomodo reducãtur ad numerum hec dicta sunt.

Capitulum .iiij. quod sic incipit: de materiali autem substãtia. Declarat ꝙ licet omnia generabilia sint ex eadem materia prima tamen cuiuslibet est aliqua materia propria. Secundo ꝙ plures materie sunt eiusdem rei. Tertio ꝙ diuersa possunt esse ex eadem materia licet quibusdam diuersis diuerse sint materie. Quarto ꝙ substãtiarum incorruptibilium est materia diuerse rationis a corruptibilibus. Quinto ꝙ accidẽtibus non est materia ex qua fiant sed subiectum in quo: quod in quibusdam vero est manifestum.

De materiali autem substãtia oportet scire: ꝙ licet omnia generabilia fiant ex eadem materia prima: tamen aliqua est materia proxima et propinqua vniuscuiusq; . vt flegmatis propria materia est dulce aut crassum. colere vero amara et forte hec sunt ex eadem materia prima. Fiunt autem plures materie eiusdem quando alterum est materia alterius. vt flegmatis materia est crassum et dulce: si crassum sit materia dulcis. ex colera vero potest fieri crassum: non immediate: sed si resoluatur in materiam primam. Dupliciter enim fit aliquid ex aliquo. vno modo immediate. alio modo per resolutionem in primam materiam. Contingit enim diuersa fieri ex eadem materia a diuersis agentibus: vt archam et lectum ex ligno. quorundam tamen diuersorum ex necessitate est diuersa materia vt serre et eorum quorum materia est lana et lignum. ex his enim non potest fieri serra. cum quidem fit idem ex diuersis materijs: oportet ꝙ efficiens siue ratio agẽdi sit eadẽ. nam si materia est diuersa et efficiens est diuersum: oportet ꝙ factum est esse diuersum. Et ideo quando quis quesierit causam alterius effectus: oportet respondere omnes causas cõcurrentes ad ipsum. vt hominis causa materialis ẽ instrumẽtum. efficiens autem sperma. formalis vero quidditas ꝙ autem cuius sit et forte finis et forma idem. in talibus autem causis oportet respondere proximas non remotas. Circa naturales quidem substantias et generabiles necesse est sic versari: si quis ratione versatur: et si iste sunt cause perfecte et tot quot diximus. In naturalibus autem substãtijs sempiternis alia ratio est. quia aut non habent materiam aut habent non generabilem sed solum mobilem secũdum locum. Quecunq; etiam per naturam non sunt substantie: sed accidentia: eis non est materia ex qua fiant sicut pars. sed substãtia tanq̃ subiectum. puta eclipsis non est aliqua materia: sed luna est subiectum patientis eclipsim. efficiens autem causa est terra interposita priuans lumen . finalis autem causa forsitan non est aliqua ipsius. sed formalis causa est aliqua: licet non manifesta. nisi dicatur illud quod est causa eclipsis sit forma ipsius scilicet priuatio luminis a terra interposita. somni vero non est manifestũ ꝓmũ sbm. q2 licet animal sit subiectũ ipsius: tamen secundum quid et alio immediate. primũ enim subiectum hoc patiens est cor aut aliquid aliud cuius passionis querenda causa est a qua fit. deinde quid sit hec passio que non ẽ totius primo sed alicuius partis. est enim quedam immobilitas que fit per hoc ꝙ primum subiectum eius aliquid patitur.

Capitulum .v. quod sic incipit: quando vero quedam sine generatione et corruptione. Ostendit ꝙ forma non fit ex materia. Sed compositum ex composito mouens dubitationem vtrum materia eodem modo se habeat ad con

traria et quare vinum est materia aceti cum fiat ex ipso. nec vinū est materia mortui.

Quoniam quedā sunt sine generatione et desinunt esse sine corruptione vt forme albedo enim non fit: sed lignum album. Omne enim quod fit est compositum ex eo quod fit. Manifestum est ꝙ non omnia contraria fient ex inuicem licet enim albus homo fiat ex nigro homine: tamen albedo non fit ex nigredine. manifestum est etiam ꝙ non omnium est materia tanꝙ pars rei sed illorum tantum quorum est generatio et transmutatio inuicem. que autem sunt et non sine trāsmutari vt forme eorum non est materia pars. Habet autem dubitatiōem vtrum materia se habeat vniformiter ad contraria. vt si corpus quod est in potentia ad sanitatem et infirmitatem tanꝙ materia ipsarum habeat se vniformiter ad ipsas. et aqua respectu vini et aceti ad que est in potentia. Ad quod dicēdum est ꝙ non oportet materia vnum contrarium aspicit sicut habitum et formaz. aliud vero sicut corruptionem et priuationem forme. quare preter naturam. Est enim dubitatio quare vinuz nō est materia aceti: cum ex ipso fiat acetum. Similiter quare vinū non est materia mortui cum sit in potentia mortuum. Ad quod dicēdum ꝙ acetum mortuuz et similia sunt corruptiones secundum accidens. materia enim que est sub vino est in potentia ad mortuum mediante corruptione vini. ita ꝙ fit acetum ex vino: et mortuuz ex viuo sicut fit nox ex die: quia post diem fit nox. Si autem oporteat fieri transmutatiōem ex aceto in vinuz et ex mortuo in viuum: oportet ea resolui in primam materiam.

Capitulum. vj. quod sic incipit: dubitatione vero dicta. Inquirit causam vnitatis rei habentis partes ostendēs ꝙ causa huius est quia altera pars est potētia altera est actus eius in formis vero separatis ipsa formalitas est causa eius scilicet vnitatis.

De dubitatione vero superius mota vbi diffinitiones assimilātur numeris videlicet que sit causa essendi vnam diffinitionem cum habeat partes nunc dicendum est hoc enim rationabiliter dubitatur cuiuslibet enim totius habentis partes quod est vnum aliquid preter partes non tamen sicut actus alia causa est vnitatis. sicut in quibusdam corporibus tactus est causa essendi vnum: in aliis viscositas. aut aliquid tale. cum quidam diffinitio sit ratio vna non coniunctione vt illias: sed per significare vnum quod dubitatur quidem est faciens vnum et non multa diffinitione: puta animal bipes. Aliter enim dicēdum est ad hoc: si animal et bipes sunt quedam forme separate vt quidam aiunt. tunc enim homo erit per participationem duorum actu diuersorum scilicet animalis et bipedis. et sic non erit vnuz sed plura. et ideo acceptantibus diffinitionem predictam: non contingit reddere causaz vnitatis diffiniti. nec soluere dubitationem. Si autem vt diximus vna pars substātie sensibilis est materia que est ens in potentia alia vero est forma que est actus: non videbitur dubitabile. id quod queritur. Similis est enim hec dubitatio qua queritur quid ē causa essendi vnum rotundum et es in hoc toto es rotundum. cuius non ē altera causa: nisi ꝙ es est materia et rotundum est forma generabilium enim non est alia causa

vnitatis preter generãa nisi illud quod est in potentia fit in actu. vt eius quod est spera in potentia esse actu spera non est altera causa preter faciens et hoc est eius quodditas scilicet esse speram. Eadem autem est causa vnitatis habentium materiam intellectualem. circulus enim qui est figura superficialis est. Manifesta figura est materia et superficialitas est actus. quecumqz vero nullam habent materiam non habent aliam causam vnitatis: sed vnumquodqz ipsorum statim est aliquid vnum. sicut enim substãtia per et non per se aliud ẽ ens et similiter qualitas et quantitas. Propter quod in ipsorum diffinitionibus non inest ens nec vnuz. quia quidditas vniuscuiusqz statim est vnum sicut ens. ita non est alia causa horum essendi vnum aut ens. quia quodlibet ipsorum statim est ens et vnum. non ꝙ sub ente et vno: sicut sub generibus nec sub separabilibus singularibus propter ignorantiam quidem huius dubitationis quidam dixerunt participationez esse causam vnitatis. cuius tamen participatione causam aliam esse dicunt: dubitãtes quid est participare. alij autẽ coexistentiam forme in materia causam vnitatis dicunt. alij vero compositionem aut coniunctionem ipsarum. Hoc autem verum non est quia cum eadem ratio vnitatis sit compositum ex materia et forma: signum erit existentia aut coniunctio anime et sanitatis. et trigonus eneus erit commixtio eris et trigoni. et album: compositio superficiei et albedinis quod falsum est. Causa vero dicte opinionis est quia querũt aliquid differens propter quod ex potentia et actu fiet vnum sicut vnuz aliquid ꝙ nulla alia causa est vnitatis nisi mouens quod educit ex potentia ad actum. Que vero materiam non habent omnia simpliciter per se ipsa sunt aliquid vnum.

De primo quidem igitur ente. Huius libri noni primum capitulum repetitis quibusdam superius dictis determinat de potentia ostendens ꝙ omnes potentie proprie dicte reducuntur ad actiuam sicut ad primam. cuius ratio reperitur in rationibus aliarum potentiarum. que licet vnam habitudinem habeant ad potentiam passiuam: tamen differt ab ea subiecto. vtriqz tamen potentie opponitur priuatione in potentia.

E primo quidem ente dictum est scilicet de substantia ad quam omnia alia entia reducuntur et secundum cuius rationem alia dicuntur entia. quia ipsius ratio inest rationibus aliorum vt patuit in septimo Et quoniam ens non solum diuiditur per substantiam quantitatem et qualitatem et similia: verum etiam secundum potentiam et actum Idcirco opus est determinare de potentia et actu. primum quidem dicendum est de potentia continente motum. hec enim proprie potentia dicitur: licet non sit sufficiẽs ad id qđ intendimus determinare de potentia et actu. quia hec sunt in plus ꝙ potentia que concernit motũ: tñ cuz de hac dixerimus ostendemus de alijs potẽtijs determinãdo de actu. Quod autem potẽtia et posse dicitur multipliciter in quinto determinatum est. ille tamen potentie que dicuntur equiuoce per quandam similitu

dinem: sicut ille que sunt in geametria: pretermittantur. in eis enim dicimus possibilia ea que aliqua modo sunt et impossibilia que aliqua modo non sunt. Quecunque autem potentie reducuntur ad eamdem speciem omnes sunt quedam principia: et ad unum referuntur quod est principium transmutationis in alio in quantum aliud potentia enim patiendi que est principium mutationis passive in patiente: reducitur ad principium transmutativum in alio in quantum aliud. habitus enim impassibilitatis dicitur potentia que a principio transmutativo non potest transmutari in deterius nec corrumpi. in his quidem diffinitionibus inest ratio prime potentie scilicet active.
Et quoniam potentie dicuntur aut patiendi et faciendi. aut bene patiendi et bene faciendi: que includunt priores in rationibus potentiarum que dicuntur secundum bene insunt rationes potentiarum simpliciter que sunt priores. Palam igitur quod potentia faciendi et patiendi aliquo modo est una secundum habitudinem. quis enim dicitur habere potentiam patiendi eo quod aliud potest pati ab ipso: subiecto tamen sunt diverse. quia passivum est in patiente quod ab aliquo patitur per hoc quod habet materiam tanquam principium faciendi. quamodo crassum est combustibile et cedens est impressibile. Activa autem est in faciente ut caliditas in calefactivo et hedificativa in hedificatore. Et ideo nichil patitur a se ipso in quantum optum natum est esse idem quia sic est unum et non diversum. Impotentia autem est privatio contraria tali potentie quare omnis potentia et impotentia est eiusdem et secundum idem sicut habitus et privatio. privatum enim dicitur non habens et si aptum natum habere aut omnino non habet: aut si quando aptum natum est. aut si eo modo qua natum est habere ut puta perfecte aut quocunque modo natum est habere nō habet in quibusdam tamen non omnibus que apta nata sunt habere ut privata quando violentia causa est non habendi.

Capitulum. ii. quod sic incipit: quoniam hec quidem in animatis. Declarat quod quedam potentie sunt in rebus inanimatis et hec sunt omnes irrotionabiles et determinate ad unum. alie vero sunt rebus animatis quarum ille sunt in virtute rationali rationales sunt et contrariorum quia earum ratio est scientia que contrariorum est.

Quoniam autem quedam talia qualia sunt potentie insunt rebus inanimatis et specialiter in parte anime rationali. Manifestum est quod potentiarum alie sunt cum ratione. Unde et habitus factivi quales sunt artes: omnes sunt potentie. quia sunt principia permutativa in alio vel in quantum aliud. rationales autē potentie omnes sunt contrariorum. sicut medicativa est infirmitatis et sanitatis. irrationabilium autem unaqueque est unius tantum. sicut calidum est tantum calefaciēdi. Causa autem quare rationales sunt contrariarum et quia scientia que est eis ratio possedue eadem existēs ostendit rem et eius privationem licet non similiter quia principaliter est rei. quare necesse rationales potēcias contrariorum esse. ita quod unius secundum se et alterius non per se sicut ratio qua rationales dicuntur unius contrariorū secundum se et alterius secundum accidens illius. s. quod ostendit negatione et privatione et eius quod per se cognoscit. privatio enim que ablatio alterius extremorum contrario est ei quod privat. irrationales idcirco sunt determinate ad unum: quia forma est eis ratio possendi. in eodem autem non sunt contrarie forme: sed una tantum. unde salubre facit solum sanitatem

et calefactiuum caliditatem. et frigefactiuum frigiditatem. Scientia autem que est in anima habente principium motus est potentia cum ratione. et quia non sciens facit ambo contraria sic ratio est amborum: licet non equaliter. quia potentia rationabilis copulans idem principium ad duo contraria mouebit vtrumqꝫ. Et hec est ratio quare potentie rationales faciunt contraria: quia vnum principium in ratione existens est contrariorum. potentie vero sine ratione contraria facere non possunt. palam autem ꝙ potentiam faciendi sequitur potentia patiendi et non econuerso. necesse enim est benefacientem facere sed facientem non est necesse bene facere.

Capitulum. iii. quod sic incipit: sunt autem quedam. Improbat opinionem dicentium nichil esse in potentia nisi quando est in actu quasi idem sit actus et potentia.

Sunt quidam vocati megarici qui dicunt aliquid habere potentiam solum quando operatur: et non habere quando non operatur et non hedificantem non posse hedificare: sed hedificantem posse hedificare dicunt: quando hedificat et sic de alijs. Quibus accidentia inconuenientia facile est videre. non enim erit hedificator qui non hedificat. quod falsum est. quia hedificatorem esse est potentem esse hedificare. et similiter est in alijs artibus. Preterea impossibile est acquirere artes non discendo aliquando vel inueniendo: impossibile est eas perdere non abiciendo: aut obliuione: aut passione: aut alteratione: causata a tempore. non enim corrumpuntur re artificiali corrupta. Si quidem potentiam non habet quando actu non agit: quando quis cessabit agere perdet artem. et quando incipiet agere acquiret eam. Et sic ars acquireretur sine studio et perderetur sine abiectione. Preterea in rebus inanimatis nichil est frigidum nec calidum nec dulce nec omnino sensibile nisi actu sentiatur. et ita entia erunt talia qualia apparent sensui: vt dixit pictagoras. Preterea nulla res habebit sensum nisi actu sentiat: itaqꝫ non videns non habebit potentiam visiuam. Si quidem non habens visum aptum tamen habere. et quando aptum natum est est cecum: idem eodem die sepe erit cecus et videns. Propter quod priuatum potentia est impossibile. si quidem idem est actus et potentia ꝙ non sit actu: impossibile est fieri. et etiam impossibile factum esse. Ita ꝙ dicens ipsum esse aut futurum mentietur. nam impossibile hoc significat scilicet non esse nec possibile esse. hec ergo opinio aufert motum et generationem ꝙ secundum ipsam stans semper stabit et sedens sedebit nec surget. quia impossibile erit surgere: cum non habeat potentiam surgendi. Si ergo hec vera non sunt: palam quia potentia et actus sunt altera et non idem: sicut dicit dicta opinio desiriens non paruum aliquid: sed multa entia. quare decendum. quod aliquid est possibile esse ꝙ actu non est. et possibile non esse quod actu est. et hoc tam in substantia q̃ in alijs cathegorijs.

Capitulum. iiij. quod sic incipit: est autem impossibile hoc. Diffinit quid est possibile ostendit etiam ꝙ nomen actus venit ex motibus et ꝙ possibili nõ repugnat actus essendi et ꝙ consequens est possibile si antecedens est possibile.

Est autem possibile illud cum si steterit actus cuius dicitur habere potentiam nichil erit impossibile vt possibile est sedere cui si inest sedere: nichil erit impossibile. et ita de alijs possibilibus. Venit autem nomen actus ad alia de quibus dicitur. s. ad for-

mam et ad esse et ad agere principaliter ex motibus. quia motus maxime videtur actus esse. vnde si non assignatur motus non existentibus: quibus eis assignentur alie rationes entium quomodo dicitur ꝙ non entia sunt intellectualia et cōcupiscibilia. non autem dicitur mota: quia non entia actu essent. non entium enim quedam sunt potētia actu vero non sunt. Si autem possibile est illud quod dictuz est scilicet cui sequitur esse: manifestum est ꝙ possibile non est illud quod nullo modo erit. qui enim hoc dicunt esse possibile: idem faciunt possibile et impossibile vt fugiāt impossibilia esse diuersa a possibili. verbi gratia si quis dicat diametrū possibile commēsurari coste: licet commensuretur falsuz dicit. quia hoc est impossibile: cum non possit esse vel fieri. possibile autem omne nichil prohibet esse vel fieri dictum est enim ꝙ posito possibili inesse nichil erit impossibile. nam possibile actu esse potest falsum esse. non tamen est impossibile. non enim idem ē falsum et impossibile. sicut sedentem stare falsum est: non tamen impossibile. Similiter etiam palam ex dictis ꝙ si antecedēs est possibile ꝛ cōsequens necesse est possibile esse. si enim consequēs est impossibile antecedēn existenti possibili posito antecedēte: nichil prohibet poni consequens: immo necesse est ipsum poni. sed dicebatur ipsum esse impossibile. et sic impossibile erit possibile. et ideo si antecedens est possibile. et consequens similiter. et si cōsequens est impossibile. et antecedens est impossibile. et quia sic se habent: ideo si antecedens est necesse est et consequens esse et ex necessitate possibile est consequēs: si impossibile est antecedens. nam possibile hoc significat ꝙ eo modo atqꝫ eo tempore quo possibile est antecedēs possibile est consequens.

Capitulum. v. quod sic incipit: omnibus autem potētijs. Declarat ꝙ potentie naturales precedūt actus: acquisite vero fiunt per actum. et ꝙ potētie rationales sunt in rebꝰ animatis irrationales tam in animatis ꝙ̄ in nō animatis et ꝙ irrationales statim agunt actiuo approximato passiuo. rationales autem non semper nec simul agunt duo contraria licet sit cōtrariorum.

Omnibus autem potentijs existētibus altero trium modorum. his quidem connatis: vt sensibus. his autem consuetudine: vt potentia fistulādi. alijs disciplina: vt potentie artium: illas quidez que consuetudine aut disciplina fiunt: necesse est habere propter actum exercicij. connaturales autem quales sunt ille que consistunt in pon: vt sensitiuas non est necesse acquiri per actus. Quoniam autez possibile respectu alicuius est possibile non quocumqꝫ modo sed determinato tempore ac sub debita proportione et cum alijs conditionibus necessarijs ad eius diffinitionez.

Potentiarum autem quedaz possunt mouere secūdum rationem et sunt rationales et istas necesse est esse in re animata. quedam vero irrationabilia mouere possunt et horum potentie irrationales sunt que possunt esse tam in animatis ꝙ̄ non in animatis istarum vnaqꝫqꝫ est factiua vnius tantum sicut calefactiua calefacit solum. Rationabilium autem quodlibet contrariorum est non tamen facit simul duo cotraria quia aliud principium concurrit ad actionem ipsius scilicet appetitus vel electio voluntatis et ideo potentia rationalis aproximato passiuo illud soluz de duobꝰ contrarijs faciet ꝙ apetitꝰ aut volūtas pricipalr desiderabit q̄re omne potēs potētio rationali id faciet tantū ꝙ pricipaliter desiderabit si habet tunc potētiam respectu eius hēt

autez potentiam passiuo presente, taliter enim se habente facere potest et non habente non potest nec oportet ad hoc addere nullo exteriorum prohibente habet enim potentiam quando habet eam vt potentiam faciendi ad quam habendam concurrent debite conditiones per quas excluditur quodcumqz externus prohibens quia prohibentia remouent aliquam vel aliquas de conditionibus. Similiter propter istas conditiones habentes potentiam rationabilez non possunt simul facere duo contraria etiam si velent aut appeterent simul facere ipsa quia non habent potentiam ea faciendi simul.

Capitulum .vj. quod sic incipit: quoniam autem de potentia. Declarat quid est actus et manifestat duplicem diuisionem rationis.

Quoniam dictum est de potentia que concernit motum: determinemus quid est actus et quale quid est nam ex diffinitione eius simul erit manifestum quod non solum dicitur possibile quod aptum natum est mouere aliud vel moueri ab illo siue simpliciter siue alio modo; sed etiam alteri dici possibile repeneemus determinando de actu. Est autem actus rem existere alio modo quam in potentia. dicimus autem mercurium esse in ligno in potentia antequam formetur ex ligno figura mercurij. in actu autem quando formata est. Et scientez non actu speculantem dicimus potentem considerare: speculantem autem quando actu considerat esse in actu speculationis. Quod autem nunc dictum est: manifestuz est introductione singularium. non enim oportet cuiuslibet rei querere diffinitionem: sed sufficit adducere aliquid proportionale ad manifestationem eius quod dicitur. actus quidam ad potentiam sic se habet: sicut hedificans ad hedificabile. vigilans ad dormiens. videns ad claudens occulos et habens potentiam videndi. elaboratum ad illaboratuz et similia: in quibus alterum dicit actum et alterum possibile. Dicuntur autem actu non omnia eodem modo sed quedam in habitudine huius ad hoc vt motus ad potentiam actiuam: quedaz vero in habitudine huius in hoc: vt forma que est actus se habet ad materiam in forma aliter etiam dicuntur in actu esse infinitum vacuum et similia. hoc enim contingit aliquando esse in actu non comixto potentia sicut hoc visibile aliquando videtur. Infinitum autem non contingit aliquando esse in actu simpliciter: quia semper est in aliquo actu in mixto potentia. diuisio enim continui non separatur a potentia. que quidem sunt actu et quid et quale sit actus: ex his omnibus est manifestum.

Capitulum .vij. quod sic incipit: quando quidem potentia est vnum. Determinat quando potest dici aliquid esse in potentia ad aliquid et quod illud quod immediate est in potentia ad illud predicatur de ipso denominatiue sicut passiones de subiecto.

Quando aliquid est in potentia et quando non: determinandum est. non enim quodlibet est in potentia ad quodlibet. sicut terra proprie non est in potentia homo: nisi fiat sperma. sed nec hoc simpliciter est potentia homo. Est quidem aliquid potentia aliud: quando vna transmutatione potest deduci ad actum. nisi sit externus prohibens. illud enim potentia sanum quod a medicina vel a fortuna vna actione sanabitur. illud est in potentia artificiatuz vel aliud factibile ab intellectu: quod quando volitum fuerit et per soluz agens volens ex potentia deducitur ad actum nisi sit externus prohibens vniuersaliter quod illud est potentia aliud quod vnica factione potest deduci ad actum illius: nullo exteriorum prohibente siue principium generationis sit extrinsecum vt in artificialibus. siue intrinsecus: vt in natu

ralibus. et quia sperma debet trāsmutari in aliud puta in embrionem antequam ex ipsa fiat homo: ideo nondum est potentia homo. quando vero deductū est ad aliquid quod per suum principium tale est ꝙ ex ipso immediate potest fieri homo: hoc est potentia homo. et ideo non sunt potētia ad aliquid ea que agunt altero principio ad hoc quod ex ipsis possit fieri illud. sicut terra non est potētia statua: quia eget permutari in es ex quo immediate fiet statua. Videtur autem illud ex quo fit tanquam ex potentia propinqua dici de eo quod fit ex ipso non formaliter sed denominatiue vt archa dicitur non lignum: sed lignea et lignum dicitur non terra: sed terreuz. et similiter terra se habet ad illud quod immediate est in potentia ad ipsum. semper enim illud est potentia simpliciter quod posterius est respectu eius quod fit ex ipso. vt archa se habet ad lignū et non ad terram. vnde non dicitur terra vel terrea: sed lignea. quia hoc est potētia archa et eius materia tam vniuersaliter ꝙ particulariter. arche eniz vniuersaliter sumpte materia est lignum in communi: huius vero arche materia hoc lignum. si autem est aliud primum quod de nullo dicatur denominatiue: illud est materia prima vt si ignis est aereus. et aer aqueus et aqua terrea. terra vero nichil est nisi prima materia. vniuersale enim in hoc differt a materia: quia ipsum de alio dicitur. prima autem materia de nullo. Passiones etiam vt albedo. et musica subiecto aduenientes quale est hoc corpus anima dicuntur non formaliter: sed denominatiue. vt homo non dicitur musica: sed musicus: nec albedo sed albus. nec ambulatio aut motus: sed ambulans aut motus denominatiue. Et in talibus vltimum quod est subiectuz est substantia. in quibus autem illud quod predicatur est forma et quidditas illud quod est vltimum est materia. conuenienter autem tam materia ꝙ passiones dicuntur de alijs nō formaliter: sed denominatiue. quia ambo sunt determinata. quando quidem aliquid est in potentia et quando non dictum est.

Capitulum. viij. quod sic incipit: Quoniam autem primus premisso ꝙ actus est prior potentia ratione substantia et perfectione et tempore autem aliquo modo prior aliquo modo posterior: probat ꝙ ratione prior est simpliciter tempore tamen prior in diuersis sed in eodem posterior est.

Quoniam autem determinatum est in quinto quot modis dicitur prius: manifestum est ꝙ actus prior est potentia. voco autem potentiam non soluz principium permutationum existens in alio in quantum aliud sed etiam omne principium motiuum aut immobilitatiuum. siue sit in alio: siue sit in eodem et intra. sicut natura que est principium intra. et in eodem subiecto cum eo in quo agit. natura enim est principium motiuū non in alio sed in eodem in quantum idem omnium itaque potentia tali prior est act9 ratione et substantia licet tempore aliquo modo sit prior aliquomodo nō. Ratiōe quidez priorez esse actum patet: quia omne possibile est primo possibile per hoc qd cōtingit ipm esse actu. et sic rō possibilis ē propter rōez act9. ut hedificator hēt potētiam hedificādi: quia pōt hedificare actu. et sic de alijs possibilib9. quare necesse ē rōez et noticiaz actus: priorez esse ratione et noticia potētie. Tempore vero actus ē prior potētia respectu diuersoꝝ numero: licet sit posterior ea in eodē numero. hic eniz homo prius tempore fuit in potentia materie: ꝙ existeret actu et hoc frumentuz prius in potentia seminis. ꝙ esset actu. et sic de alijs que eadem numero

recipiunt potentiā et actuȝ. sed quando ex ente in potentia fit ens in actu: ab aliquo ac tu existēte. ideo alia entia actu fuerū ꝑ priora tpe ex quibus hec facta sūt. homo enim et frumentum in potentia fiunt actu per aliqua tēpora priora actu existentia. dictum ēst enim in septimo quia omne quod fit ex aliquo fit. et ab aliquo mouente. quod idem est specie cum eo qđ fit. et diuersum in numero. Ex his sequi vedetur ꝙ impossibile ē hedificatoreȝ esse qui nunq̄ actu hedificauit. nec cithareduȝ. qui nō citharizat nā adiscens citharizare citharizādo adiscit citharizare et sic de alijs. Et si obiciať sophistice ꝙ non habens sciētiam faciet actum scientie. quia adiscēs nonduȝ habet habitum dicēdum ꝙ eius qđ fit iam aliquid factuȝ ē in potēntia fieri. sicut eius qđ mouetur: iam aliquid motuȝ est. vt dictuȝ ē in sexto phicoruȝ. et ideo discētem necesse ē forsam aliquid habere sciencie ex his ergo palam ꝙ actus prior est potētia ꝑ generatiōeȝ et tps.

Capitulum. ix. quod sic incipit: at vero et substātia primuȝ. Probat quattuor rationib9 actum esse priorem potentia perfectione et substāntia.

At vero et substātia et perfectione prior est actus quam potētia. qui in his que habent generationeȝ. posteriora tēpore sunt priora et perfectiora quātum ad substātiam. vt vir puero. et homo spermate. quia vir et homo iam habētperfectionem humane speciei. puer autem et sperma non. Omne qđ fit tendit ad finē tanq̄ ad principium. complectumȝ. quia finis ē complemētuȝ generatiōis: quia act9 est finis cuius gratia sumitur potētia: ideo actus perfectione prior ē. Animalia nō exercent actuȝ vidēdi vt acquirāt potētiam scilicet visus: sed potius habēt visum vt videant similiter habent potētiam hedificādi vt hedificent et theoricam vt speculentur non aūt speculātur vt theoricam habeāt. nisi qui meditādo theoricam acquirunt. qui non speculantur perfecte: sed in quātuȝ sic meditādo studēt acquirere habitum. vt nō egeant amplius speculari propter ipsum: sed potius ipō habitu speculentur. Amplius materia semper est potētia: donec veniat ad formam. quādo vero est actu: tunc est sub forma tanq̄ sub complemēto et eodeȝ modo in alijs potētijs quorum finis et complementum est actus siue motus. cuius signum ē ꝙ docentes putāt assignare finem doctrine: quando ostendūt discipulum operātem opera doctrine. et similiter putatur natura esse in complemēto: quando eius effectus potest facere opus nature. Si enim non sit ita ꝙ actus et potētia manifestat perfectioneȝ rei: non erit differētia inter ignorantem qualis fuit passon os et sciētem qualis fuit mercurius non enīȝ manifestum ē in aliquo ipsorum scientiam esse in potētia vel in actu: nisi per opus quod ē finis. opus autem ē quidam actus. propter quod nomen: actus dictum est ab opere: quia opus semper tendit versus actum. Quoniam vero quarumdam potentiaruȝ vltimuȝ opus est visus: vt visus visio. preter quam nullum aliud opus fit a visu: quorūdam vero vltimum opus non est visus. sed factum. vt hedificatorie preter visum hedificationis est aliud opus scilicet domus. in vtrisq; tamen potentijs opus est finis. hedificatorie enim hedificatio ē in hedificato. et simul fit cum fieri ipsi9 dom9 que ē finis hedificatorie. potētiarū igitur quaruȝ est aliquid aliud ꝑter visuȝ act9 ē in facto vt hedificatio in hedificato et contextio in cōtexto. et vniuersalr̄ mot9 in moto quorū vero nō ē aliud opus preter actionem in ipsis existit actio. vt visus in vidēte speculatio in speculante. et vitam in anima. vnde felicitas que est quedam vita in anima ē. forma etiam sbalis quidaȝ actus ē: cum existat in re tanq̄ in perfecto Ex quo patet ꝙ act9 ꝑfectiōe

et substātia prior ē potētia. et sicut dicim9 in tpe semper accipitur ali9 actus ante illū qui in exeūdo de potētia ad actum procedit de potētia vsqꝫ adueniaꝫ ad actum primi mouentis qui prior est qualibet potētia et quolibet actu. Preterea magis proprie patet actum priorem esse potētia perfectione. sempiterna eī semper sunt priora corruptibilib9 substātia ꝛ perfectiōe. nichil autem sempiternū ē potētia. Quia omnis potētia simul ē contradictiōis. itaqꝫ omne possibile contigit esse et non esse. contigens āt non esse ē corruptibile aut simpliciter si simpliciter: sit contingēs non esse aut secūdū illud ꝑ quod contingit non esse: puta ꝑ locum aut scd̄m quātitatē aut qualitatē ē corruptibile ꝙ scd̄m hoc contigit non esse incorruptibiliū enim nichil ē ens potētia simpliciter: licet possit esse potētia quale aut ubi. Similiter que ex necessitate sunt: nō sunt potētia cum sint prima entia. nam si hec non essent actu nichil esset. motus itaqꝫ si quis est sempitern9 et si quid sempiternū est motū: non oportet ipsū esse motū ꝓpter potētiam que sic sit in eo: nichil ad ubi: huius āt entis potest esse materia. et qm̄ in sempiternis non est potētia ad esse simpliciter: ideo possunt semper esse in actu. sic sol astra ꝛ totum celū semper agit. nec ē timēdum ꝙ aliquādo stet. sicut naturales timēt non enim laborāt hec agētia: cum non sit in ipsis potētia cōtradictionis. sicut in corruptibilibus quib9 ē laboriosa continuatio motus ꝓpter materiā ipsorum in qua est potentia cōtradictionis. Immitāꝫ āt incorruptibilia ea etiā q̄ sunt in trāsmutatione. vt terra et ignis in hoc ꝙ semper agūt. qꝛ scd̄m se et in seipsis habēt motum. Potētie omnes superius diffinite contradictiōis sunt. ita ꝙ rationales sunt contradictionis per se posse sic mouere et non sic. irrationabiles vero per posse aliquid esse vel non esse. Si q̄ sunt alique substāne separate quales dicūtur ydee: īpfectiores essēt alique ex ipsis q̄ participātia ipsas. cum illi9 sint in actu. sciens enim ꝛ motum magis sunt actus: q̄ ydea sciencie ꝛ ydea motus. Quod quidem igitur actus sit prior potentia in omni principio mutabili palam est.

Capitulum. x. quod sic incipit: ꝙ autē melior et honorabilior determinat ꝙ in bonis melior est actus q̄ potētia: in malis āt deterior. et ꝙ malū est posterius rebus. nec inuenitur in sempiternis.

Quod melior ꝛ honorabilior sit actus q̄ studiosa potētia: patet sic. quecūqꝫ dicuntur ꝑ posse idē ē potēs contraria. vt idem est potēs simul conualescere et languere. qꝛ eadem est in eo potētia conualescēdi ꝛ languēdi. similiter autem ꝛ aliorū cōtradictoriorū simul existit potētia eadē: actu vero simul existere cōtraria in eodem: vt simul sanū esse et laborare impossibile ē. quare esse actu sanū solummodo bonū ē esse āt potentia sanū cum simul sit vtrumqꝫ contrariū aut neutrū non est bonū tantū: actus q̄ melior est in bonis. In malis autē ꝛ non studiosis deterior est actus qui solā maliciā participat: q̄ potētia. qua idem est potens ābo contraria. Manifestū igitur ꝙ malū nō est aliquid sed sequiꝫ ipsas. potētia enī posterior ē ipsi nature sicut ē posterior actu. malum aūt posterior est potētia cum insit rebus ꝓpter potentiā. Et ideo in sempiternis in quibus potētia non est: non ē malū nec corruptio. nec ipsum peccatum: cum hoc sit aliquid malorum.

Capitulum. xj. quod sic incipit: Inueniuntur autem et diagramata. probat actum esse priorem potentia cognitione. quia que in potentia sūt cognoscuntur quando deducuntur in actum.

Inueniuntur autem per cognitionem descriptiones geometrie per actuales descriptionem earum. nam diuidentes que sunt in potentia ante diuisionez et hec essēt manifesta si essent diuisa actu. verbi gratia triangulꝰ habet tres angulos equales duobus rectis propter hoc quia anguli qui sunt circa vnum punctū scilicet interior et exterior sunt equales duobus rectis ꝙ statim est manifestuz si linea super quā cadit alia linea ꝑ puncto illoꝝ anguloꝝ ꝓtrahitur patet in hac figura. Similiter anguli qui sunt iuxta punctuz duoꝝ anguloꝝ semicirculi sūt recti. q̄r tres linee sunt equales in eis exeūtes a puncto ad circumferētias et due bases similiter inter se sunt equales et ideo oportet ꝙ media linea duoꝝ triāgulorūz semicirculi sit recta cadens super lineam rectaz et ideo facit duos angulos rectos et hoc manifestuz est videnti talem descriptionem in tali figura. palaz quidem q̄d ea que in potētia sunt inueniūtur per hoc ꝙ reducūtur ad actum. cuius causa est q̄r intelligētia est actus. ideo faciēs intelligibile in actu ipsum cognoscunt. in eadez enim re actus posterior est ꝙ potentia generatione.

Capitulū. xij. quod sic incipit: quoniam autem ens ⁊ non ens. Declarat ꝙ verum et falsum in cōpositis ē per componi et diuidi. in simplicibus autez verum ē per attingere. falsuz aūt in eis nō est licet possit de eis esse ignorātia.

Quoniam autez ens et non ens. vno modo diuidit̄ scd̄z cathegorias: alio modo scd̄m potentiaz et actum. Tertio modo per verum et falsuz q̄ sunt quasi cōtraria predictis: dicēdum est. ꝙ in rebus verum et falsum est per componi et diuidi. verum eniz est quod diuisuz putatur diuidi. et compositū putat̄ componi. falsum aūt contrario modo se hēt. et ideo perscrutādūz quid ē verum et falsuz in rebus. q̄r non pōt quis extimare verum ēe esse albuz ꝙꝙ verum dicamus dicētes hoc esse albus. Quedaz quidez q̄dam semꝑ cōponūtur et diuidi non possunt. Alia vero semꝑ diuisa sunt ⁊ īpossibilia componi ⁊ esse vnū. Alia vero sunt cōtingētia. circa que eadem opinio et orō pōt esse quandoqz vera quādoqz falsa. circa impossibilia aliter se hēc non ē indez aliqn̄ verum aliquādo falsuz: sed verum semꝑ est verum et falsuz semper ē falsuz. Circa incōposita vero et simplicia esse verum et falsuz non ē per componi et diuidi. vt sit veruz aliquid quādo est compositū: et non sit verum qn̄o est diuisum. sicut est circa albuz lignuz aut incomēsurabilez diametruz: que sunt cōposita. nā veruz ⁊ falsuz non existet ita in simplicibus sic̄ in istis: quēadmoduz esse non eodē modo est in vtrisqz. In simplicibus itaqz attingere et rep̄sentare est veruz. nec tamen hoc est per cōponi. quia rep̄resētatio non ē idez ꝙ affirmatio non attingere autē simplicia: est ea ignorare. decipi enim ⁊ falsuz existimare circa quodquidest simpliciter sūptuz non contingit: nisi ꝑ accidēs. s. in quātum q̄dquidest attribuit̄ ei cuius ē et hoc dico tam de quidditatibꝰ substātiaꝝ cōpositaꝝ sicut de alijs. quidditates aūt omnes actu sunt non potētia. nam si essent potētia generarētur ⁊ corrumperētur. non āt generat̄ nec corrumpit̄ ipsuz ens in quātuz ens. q̄r ex aliquo generaret̄. Quecūqz igitur entia simplicia sunt actu circa ea non est decipi. sed aut intelligere: aut non. ꝙuis de ipsis q̄ratur quid sunt. videlicet vtruz sint talia vel non. puta incorporea aut nō. Esse igitur vt verum ⁊ non esse vt falsum. vno modo est per cōponi et nō componi: Alio modo si ens vere est sicut tunc res est. si vero non ē sic res non est vt in simplicibꝰ in quibus ipsa attingere vel intelligere sic̄ sunt: est verum. circa ipsa tamen non ē falsuz nec deceptio sed ignorantia non per potētiam intellectiuaz qualis est cecitas q̄ est principio visus sz per priuationez noticie et attingētie. palam quidem ꝙ de immobilibus

non ↄ̄ceptio scdm̄ quā videlȝ vt eadem opinio aliqñ permutet̄ ex vera in falsam: nec econuerso qui ei putat triāgulū permutari ex hoc qd̄ est hr̄e equale duobus rectis non opinabitur quādoqȝ duos rectos hr̄e quādoqȝ non. permutaret̄ enim sicut permutatur numerū parē esse primū. quia aliquis numer9 par ē primus: aliquis non. ꝛ hec permutatio non cōtingit circa vnum et eundeȝ numeruȝ. semp enim verum dicet aut semper inuenietur circa eundē numerū pareȝ dicēs ipsum esse primum semper sic se habente natura ipsius.

Unum qꝛ multis modis dicitur. huius libri decimi Capitulū primū declarat ꝙ vnum dicitur quattuor modis. primo scilicet continuū. secūdo totum et perfectum. tertio indiuisibile spe. quarto singulare. in quibus tamen non est equaliter ratio vnitatis sed secundum prius et posterius.

Dicere aūt esse eadem elemēta omnium realiter non ē verum. nam ꝓportionabiliter eadem esse possunt. vt si dicat ꝙ omnium sunt tria principia. s. materia forma ⁊ priuatio. Sed vnumquodq; istorum diuersum ē in vnoquoq; genere entia. vt in colore album est forma. nigrum vero priuatio. superficies vero materia. In alio aūt ente vt in die ⁊ nocte lumen ē forma. tenebra priuatio. aer materia. Quī aūt non solum cause intrinsece sed etiā extrinsece q̄lia sunt mouētes que rē de sūt: manifestum qd differt principium ⁊ elemētum. causa eni communia ambobus p̄dicta et diuiditur in principium qd proprie cōuenit cause mouenti vel facienti sistere ⁊ quiescere. et in elemētum qd proprie conuenit materie et priuationi. Elemēta igitur entium scd̄m analogiam sunt principia dicta videlicet. materia forma et priuatio. Cause vero ⁊ principia sunt quattuor. vz tria predicta ⁊ mouens. aliud tamen mouens ē alterius effectus. vt sani cuius forma est sanitas priuatio infirmitas corpus materia. causa mouēs medicatiua. domus vero cuius forma ē ordinatio taliter materia. priuatio inordinatio. causa mouēs effectiua. ⁊ sic alterum ē principium mouēs. Quī vero in phisicis principium mouēs ē simile moto vt hō generās similis est homini genito. et in his que sunt absolute spēs in mēte artificis similis ē artificiato vel contraria ei. q̄ scīa eadē ē cōtrariorum. quodāmodo tres erūt cause quodāmodo quattuor. Quattuor quidem si mouēs dicatur alia causa a forma moti. cui ē eadem spē. tres vero si mouēs et forma moti sit eadem. nam sanitas in corpore ⁊ medicinalia in mēte aliqualiter sunt idē. similiter forma domus ⁊ edificatoria. et eodem modo generās ⁊ genitus. Ad hunc preter causas mouētes ꝓpinquas q̄ diuersificantur. respectu diuersorum effectuum. ē vnum principium mouēs omnia. Quī autem entium hec sunt separabilia ab aliis vt substātie quedam vero iseparabilia vt accidentia: separatabilia autem tanq̄ per se entia principia sunt eorum q̄ per se esse non possunt. adcirco substātie principia sunt accidētium. q̄ sine substātiis accidētia esse non possunt. hec aūt substātie sicut sunt cause mouētes sic ꝙ forte principiū mouēs in eis est corpus aut anima aut intellectus aut appetitus aut obiectū. Alio etiam modo ꝓporcionaliter sunt pricipia omnium vz actus ⁊ potētia. tū hec sunt diuersa in diuersis. In quibusdam ēi vt in generabilibus idem quandoq; est in actu quādoq; in potentia. ut vinum aut hō. tū est diuersa potentia eorum et actus diuersus. Reducūtur autem actus et potentia in dictas causas: vz formam ⁊ priuatiōem ⁊ materiam. actus ei ē forma siue sit separabilis tanq̄ ps altera cōpositi: siue sit totius. priuatio etiam reducit ad formam quantum ad actum quem priuat. sicut tenebra ē priuatio actus lucis ⁊ infirmitas ē priuatio actus sanitatis. potentia autem reducitur ad materiam. hec enim ē in potentia ad fieri sub forma et priuatiōe. Differūt aūt in diuersis actu ⁊ potentia illa autem sunt altera quorum non est eadem materia siue potentia. nec eadem forma siue actus. quēadmodum causa ē. vt hoīs propria materia aqua ignis aut terra et propria forma tanq̄ propria actus. Si autem aliqua est causa extrinsica generabilium puta sol vel obliquus circulus: hec nō ē materia vel priuatio sed mouēs causa. preter hoc videre oportet ꝙ vel acci-

piendo actum ⁊ potētia aliquo modo sunt eadem principia. aliquo modo non. Illa enim que sunt naturalia realiter abstracta: sunt principia sed principium est homo in communi: sed non hominis vniuersaliter separati a sensibilibus. huius enim hominis ē principium hic hō. vt policletus. archilis. et tui pater tuus. Quāuis autem principia substantiarum aliquo modo sint principia omnium: tamen aliorum alie cause ⁊ elemēta. vt colorum sonorum substātiarum et quātitatis. nisi proporcionabiliter reducātur ad idemptitatē. eorum etiam que sunt in eadem specie: principia sunt eadem specie. et diuersa numero vt singularium. alia enim est tua materia licet hec principia alia spē. Palam igitur q̄ sunt principia substātiarum ⁊ aliorum predicamētorum. et vtrum eadem aut diuersa. diuersa enim sunt scdm rem: et eadem proportione. s. materia forma ⁊ priuatio. Et q̄ substātiarum principia aliquo modo sunt principia aliorum quia alia destruuntur destructis substāntijs. et q̄ actus prior ē potentia si tamen aliqua priora sunt potentia ⁊ actu. hec erunt prima cōtraria. s. forma et priuatio et materia que est potētia ambo hec.

Capitulū. iiij. quod sic incipit: quoniam autem tres erant substantie et c̄. probat q̄ necesse ē esse substātiam aliquā sempiternam immobilem semper agentem in qua non est materia.

Quoniam āt tres erant substātie due vero phice. q2 mobiles. tertia vero immobilis de qua nūc ē dicēdum: necesse est aliquam substātiam esse sēpiternam imobilem. quod sic patet. substātie enim prima entia sunt. et iō si omnes substantie essent corruptibiles: omnia entia essent corruptibilia. qđ est impossibile. motus enim sempiternus ē: nec totaliter pōt fieri aut corrūpi. similr tps. prius enim ⁊ posterius esse non possunt nisi sit tps ⁊ motus qui motus ita cōtinuus ē sicut tps q2 aut tēpus est idem motui aut passio eius. Motus āt non ē omnis cōtinuus: sed tm̄ ꝑ locum. ⁊ nō oīs est huiusmodi: sed tm̄ circularis. At vero si primum ens sempiternū ē motiuum aut effectiuum in potētia: non āt operās aliquid actu: non erit necessario motus ꝑpetuus. q2 cōtingit hn̄s potentiā actiuam non agere actu facere ḡ substātias sempiternas habentes principium potēs transmutare q̄les quidem faciunt ydeas: nichil prodest ad essentium. nec sufficiens ē substātia sempiterna altera a spēbus solum q2 sempiterna: nisi sit actu efficiēs. nam si nō egerit: non erit motus. Nec sufficit dicere ipsam potentem et nō agētem. q2 sic nō erit motus eternus. contigit ei illud nō esse qđ est potentia tm̄. oportet ḡ ipsam esse tale ꝑncipium cuius sba sit actus ⁊ nō potētia. Amplius tales sbas oportet esse sine materia: cū sint sēpiterne. ac ꝑ hoc actus purus. Dubitat āt circa dicta ⁊ videtur q̄ potētia prior sit actu ⁊ prius cōueniat sbis sēpiternis. nam oē agens ē potēs agere: non tm̄ oē potens agere agit. q̄re videt esse prius q̄ actus: Cōtra si potentia simplr precedit actū in oī ente: contigit nullum ens esse. possibile ei esse cōtigit non esse ⁊ de se nō dū ē. ⁊ in hoc īpossibile incidūt ꝑmi phi q̄ oia generāt ex pura ꝑuatiōe. ⁊ similr phici dicētes q̄ oēs res erāt in quodā possibili. ea ei que ī potētia sunt non possunt moueri ad actum essendi: nisi fuerit actu aliqua causa. quemadmodum materia artificialium se ipsam non mouet: sed mouetur ab arte actu ente. nec materia naturalium. nec menstrua et terra non se ipsam mouet sed mouetur a virtute feminatiua et generatiua. Propter hoc igitur q̄ oportet aliquid esse actu existens quidā vt leucippus ⁊ plato dicunt motum semper esse ab aliqua causa semp in actu. tm̄ quare hec causa semp equalr moueat nō dicunt. qđ tm̄ oportet determinare. cū nichil moueat cōtingēter motu sēpiterno. sed oportet ad hūc motū sēp aliquid existere tāq̄ causa

determinata. quia ꝯmodũ in natura est causa determinata eoꝝ q̄ viuunt. vel intellectus vel aliquid simile. nō dicunt enim q̄lis sit prior inter huiusmodi causas. qḋ tñ mł tuz dēct. nec oīs causa apta vt sit prima. plato ei nō pōt dicere esse primā causaz id qḋ existimat aliquādo pricipiũ motus: qḋ asserit esse ens seipsuz mouēs. hec ei simul facta ē cum celo. aut etiaz est posterius ente sempiterno. potētiaz igitur existimare priorem actu in re eā cōpetit vnum: veruz ē simpliciter aūt est posterior. vt dictuz ē in no no. et ꝙ actus prius ē simpliciter q̄ȝ potentia: testaꝛ anaxagoras intellectꝰ ei est actus qui ꝑ ipsum prior ē. et empe. amicitiaz et litem q̄ sunt cause in actu. priores dicit et leucippus aliquid actuale semp mouens prius naturalr̄ semp dixit. Non igr̄ fuit chaos aut nox. i. priuatio īfinito tp̄e ṗor gn̄oe: si actus ē prior potētia sed potiꝰ semp fuit gn̄o eadez piodo: oportet aliquid agens semp manere eodez modo sic igr̄ ꝑ se ꝛ aliter agit ꝑ se quidē vniformiter. alr̄ āt ꝑ aliud qḋ ē aut primū agēs vniformiter aut qḋdaz aliud non pōt aliud esse nisi primuz. dignuz ē ei primū esse causaz secūdi q̄ȝ alterum. primuz ei ogens causa ē continue generanōis ꝛ ipsiꝰ sēper. alteruz ei agēs qḋ hēt se aliter. ꝛ alr̄ causa ē sic corruptionis q̄ corruptio gn̄oi succedit ꝛ ecōuerso. ꝛ sic ē causa alternatibꝰ in entibꝰ hoꝝ igitur sūptoꝝ simul vz sēpiternitatis ꝛ alteritatis sui c eiꝰ qḋ ē sēp ꝛ alr̄: āb o agētia ṗdicta sunt causa. ꝛ q̄ sic se hūt motus dictoꝝ agētiuz. non oportet alia q̄rere principia ṗter ipsa ṗncipia ydeas nō oportet dici q̄ si entia nō fuūt ex nocte. idest ex ṗuatione: erit ens ex nō ente q̄ aliquid est semp motū incessabilr̄ vt celum et hoc non soluz rōe sed etiam opere cōnum moiꝰ ipuio: est manifestū. et ideo ipsuz primuz ē celum sempiternū. sēpiternū igitur ē mouēs ipsuz. cum ei sempiternum sit aliquid qḋ motuz mouet tanq̄ȝ mediuz inter mouēs ꝛ motuz: necesse est aliquid esse qḋ non motuz mouet: esse sempiternuz. quod est substātia et ens actu.

Capitulum. v. quod sic incipit: mouet autem sicut appetibile et c. Determinat de quibusdaz perfectionibꝰ. substātie sempiterne et prime que est purus actus. quarum prima est ꝙ mouet vt finis. secunda ꝙ est intelligibilis ꝑ se tertia ꝙ est optimum ens. quarta ꝙ mouēdo celuz mouet omnia sive alia.

Substātia prima autem sempiterna existēs actus purus mouet alia sicut finis cum moueat sicut appetibile et intelligibile mouent non mota. quod proprie conuenit fini. Appetibile autez et intelligibile in prima substātia idez sunt licet enim concupiscibile sit bonum apparēs et aliquando non existens: voluptabile tamen ip̄m primuz est bonuz existēs apparēs itaqz principium appetendi ipsum est intelligētia qua intelligimus ip̄m esse bonum existens. et sic qḋ est intelligibile in eo: est appetibile a nobis et intelligibile. et per se ip̄m intelligitur id qḋ intellectu appenī Intelligibile āt de natura sua ē de numero entiū q̄ sūt positiua. substātia ṗma itelligibilis ē de se ita ꝙ idez ē simplex in ea esse actuale ꝛ intellectuale. ꝛ nō solū ita sūt idē i ea ꝓpter hoc qḋ ē vna s; ꝓpter hoc ꝙ ē siplex. nō ei ē idē vnuz ꝛ siplex. q̄ vnum significat metrū siue mēsurā aliciꝰ generis. qḋ pōt repiri in nō simplici. simplex āt ē hn̄s ip̄m. i. ip̄m vnū siue vnitatē q̄lr̄. i. modo siplici. i. indiuisibili. Illud etiā qḋ ꝓpter se ip̄m est eligibile in eadē ordinatione est cum eo quod proter se est intelligibile proportionabile eniz in primo intelligibili et semper optimo. nec mirū si prima substātia monet vt finis. q̄ in imobilibꝰ repiri finē ōndit diuisio finis ē ei finis aliciꝰ id qḋ acquiritur per actiōem ꝛ talis non est imobilis. et ē finis quod hēt ratiōnē optimi prop-

ter se elligibilis. et hoc ē finis. quod idẽ ē ꝙ substātia prima. Mouet aūt hec substātia vt amatum mouet amātē mediāte autem illo qđ mouet obiectū amatum: mouet alia ꝛ illud quo mediāte mouet aliud: cōtīgit aliter se hr̄e. qꝛ mouetur localiter ꝓpter quod latio ē primus latio ꝛ primus motus ꝑ quem mouetur primū mobile. hoc ē aliter ꝛ aliter se habet scđm locum. licet nō scđm substātiam qꝛ est incorruptibile. Ipsum aūt mouens ē ac ꝰs purus immobile ē. nec cōtingit hoc aliter se hr̄e. Si enī esset mobile: moueretur latione: qꝛ hec est prima lationū maxime circularis. hoc aūt non mouetur sed mouet aliud. Et qm̄ prima substātia immobilis ē: ex necessitate est ens. Ex necessitate dico incōmutabilitatis. et sic ē principium entiū. qđdam enim est necessarium ꝑ violentiam agentis: quoddā sub conditione. primum aūt est ens necessariū simplr̄ nō contīgēs aliter se hr̄e ex tali itaqꝫ pricipio depēdet celū ꝛ natura

Capitulū. vj. quod sic incipit: deductio autem qualis et c̄. Adiungit quasdam perfectiōes primi principij quarum prima ē ꝙ habet delectatiōem in se ipso. secundo ꝙ ē vita per essentiam. tertio ꝙ simplex. quarto ꝙ impassibile.

Ex dictis sequitur nobis optima deductio in paruo tēpore de perfectione prime substātie. ipsa enī semper est in actu ꝑfectissimo. quod impossibile est esse ī nobis. huius aūt actus delectatio ē. vnde vigilia sensus in actu ꝛ intelligētia sunt quoddam delectabilissimū ꝓpter esse in actu vel qꝛ sunt actus. species vero ꝛ memoria tanq̄ imꝑfecta sunt ad predictos actus. intelligētia aūt idest actus intelligēdi qui scđm se est illius qđ scđm se est intelligibile ē quidē maxime optimū. Ipse autē intellectus intelligit scđm trāsmutationē intelligibilis idest qꝛ obiectū intelligibile fit ei presens. et intellectus attingēs intelligibile fit intelligēns et qꝛ in primo ente nō est diuersitas: idcirco in eo idē ē intellectus ꝛ intelligibile ipse tn̄ intellectus susceptiuus ē substātie. hr̄t tn̄ rationē intelligibilis actualiter habēs ipsū presēs. quare id qđ actuat magis ē in actu isto qđ actuaꝛ. et hoc tanq̄ quid diuinū videꝛ habere intellectus. s. ꝙ actueꝛ ab intelligibili et eius speculatio ē quid delectabilissimū ꝛ optimū. Si igitur sic deus se hr̄t ꝙ semper actu intelligit sic̄ nos qn̄qꝫ intelligimus: mirabile ē si aūt magis ē semper in actu q̄ nos qn̄qꝫ: mirabilius ē. hr̄t āt se sic ꝙ eius intelligere nr̄um intelligere excedit. Ipse autē deus ē vita. cū ipse sit intellectus non per modum potentie sed actus. sed qꝛ est vita. ꝛ hoc totū est ipse actus purus. actus enim purus scđm se est illud quod ē vita optima. sempiterna. vnde dicimꝰ deū esse animal sempiternū optimū ꝛ sic vita ꝛ duratio cōtinua existit deus. immo ē ipse dš. Quicūqꝫ aūt putāt nō inesse ꝓncipio optimū sꝫ pricipiatis vt pictagorici ꝛ leucipus ꝓpter hoc ꝙ maior ꝑfectio ē in plātis ꝛ aīalibus q̄ in causis ex quibus sūt. nec recte existimāt. qꝛ tales cause nō sunt ꝓme: sed sunt ex alteris prioribꝰ ꝑfectis. sic̄ spma nō ē primū. sꝫ hō generās ꝓor ē eo ꝛ ꝑfectior. Quod igitur causa ē aliqua sēpiterna ꝛ imobilis separata a sensibilibꝰ manifestū ē ex dictis. Ostēsū ē āt in octauo ꝑhicoꝝ q̄re non cōuenit hāc substātiā hr̄e aliquā magnitudinē: sꝫ ē sepabilis ꝛ simplex. cum eī moueat ꝑ infinitū tpꝰ: hr̄t potētiā infinitā. hāc aūt non hr̄t ens finitū. prima igiꝛ substātia nō hr̄t magnitudinē finitā cū sit potētie infinite. nec hr̄t magnitudinē infinitā: quia nulla magnitudo infinita ē. At vero ipassibilis et inalterabilis ē hec substātia. oīs eī motus posteriores sūt locali: sed hec motu non mouetur: ergo nullo posteriori moueri pōt ex quo sequiꝛ ꝙ nec pati nec alterari potest.

Capitulum. vij. qđ sic incipit: vtrū āt ponendū et c̄. Declarat ꝙ numerꝰ sbāꝝ sepatarum q̄rendꝰ est ex numero corporū sempiternoꝝ circulariter mo

lorum: investigās quot sunt corpora predicta. ꝛ sunt. lv. vel. xlvij.

Utrum aūt ponēda sit vna talia aut plures: ꝛ si plures: quot sunt: oportet investigare. vbi primo occurrit reminisci opinionū quorūdam qui nichil plane dixerūt de pluralitate substātiarum separatarū. ponentes eī ydeas dicūt eas esse numeros de numeris aūt quādoqꝫ dicunt ipsos esse infinitos: qñoqꝫ determinant vsqꝫ ad decem ꝛ nō determināt causaꝫ tante pluralitatis numeroꝝ. Nobis aūt procedēdum ē ex suppositis ꝛ determinatis quoꝝ vnum ē quod pricipiuꝫ primuꝫ entium est immobile ꝛ scdm se et scdm accidens: movēs tamen primuꝫ mobile sempiternum vnico motu. secūdum est quod quia necesse est moveri ab aliquo illud quod movetur et tamen hoc primuꝫ movēs est immobile secundum se: oportet sempiternuꝫ motuꝫ moveri a sempiterno movēte. et vnum ab vno. Tertium ē ꝙ preter simplicem lationem celi stellati quod moveri dicimꝰ a prima substātia existenti immobili. videmus alias lationes planetarum sempiternas quorum planetarum corpus circulare sempiternū est ꝛ continue motuꝫ sicut ostensum est a phicia. Ex hiis sequitur ꝙ vnaqueqꝫ harum lationum moveri secundum se a substātia sempiterna. natura enim astrorum sempiterna est et substantia est, et ideo movens ipsa: cum sit prius ipso. eo ꝙ prius est movens ꝙ quod movetur. et sempiternum est et substantia est. quod enim prius est: necesse ē esse substātiam palam itaqꝫ ꝙ tot substātias sempiternas et immobiles secundum se et sine magnitudine esse est necesse: quot sunt corpora sempiterna circulariter mota. quarum substātiarum primam et secundam et sic deinceps oportet existimare penes ordineꝫ primi et secūdi corpora astrorum et sic deinceps. Pluralitatem vero corporum circulariter latorum oportet considerare ex astrologia q̄ inter mathematicas ē maxima phia huic materie. hec enim cōsiderat de substātia sensibili tamen sempiterna. arithmetica vero ꝛ geometria de nulla substātia considerant. Quod igitur plures sint lationes corporum superioꝝ: patet etiam parum intelligētibꝰ de eis. ꝙ vnū quodqꝫ planetarum pluribus movetur lationibꝰ. sed que sint hec nos dicamꝰ imitantes dicta quorūdam mathematicoꝝ: vt accipiatur aliqua pluralitas determinata dictarum lationum. oportet autē q̄rentes sic persuadere a ꝓcedētibꝰ qui de hoc tractauerūt ꝙ tamen a solis certioribꝰ ꝑsuademur. Eudoxus igitur solis ꝛ lune lationem esse ponit in tribꝰ speris quarū prima ē planoꝝ astorū. et hec est illa que movetur motu firmamēti. ij. movetur per mediuꝫ zodiaci. iij. movetˀ in latitudine obliqui circuli itatū ꝙ luna plus obliquatur in illa latitudine q̄ sol. reliquoꝝ aūt errantiuꝫ astroꝝ dicit esse quattuor speras primā et secūdam eandē illis duabꝰ primis q̄ sūt solis ꝛ lune. atqꝫ ea q̄ ē aplanoꝝ q̄ oēs fert secū et ea q̄ est ordinata sub ea. s. per mediū zodiaci habētē lationeꝫ. tertiam vero q̄ movetur sup polos zodiaci q̄ sunt cōmunes oibꝰ errantib. 4ꝫ huiꝰ tertie spe poli ꝓprij sint cuiuslibet planete ꝓter polos veneris ꝛ mercurij q sūt idem. Calippꝰ aūt eundē ordinē dictaꝝ spherarūꝫ posuit cū eudoxo et eādem pluralitatē eī eo dedit iovi ꝛ saturno. soli vero ꝛ lune dicit duas apponēdas. cuiuslibet vero reliquoꝝ vnam si quis vult salvare apparētia. ad hanc autēꝫ apparētiā salvādam oportet cuilibet planete addi tot speras revoluētes ꝛ ad idē restituētes numerꝰ vna: quot sūt deferētes. hoc eī modo ꝛ nō alio cōtingit salvare oia q̄ cōtigūt circa lationeꝫ planetaꝝ. Quū igitur sphere in quibꝰ feruntur venꝰ et mercurius sunt octo cuilibet eorum quattuor assignans: ille autem in quibus feruntur quiqꝫ alij planete sunt xxv. assignādo cuilibet quinqꝫ revolutiōes vero sunt. sex mercurij. Alioꝝ vero planetarum. xvj. Sequitˀ ꝙ numerus omniuꝫ spherarū ferētium et revoluētium planetas

lv. Si aūt soli et lune nō addiderim9 quattuor deferētes quas calippus dicit nec quattuor reuoluētes: tunc spere oium planetaꝝ erūt .xlvij. et hec sit pluralitas ipsarum.

Capitulum .viij. qđ sic incipit: quare substātias ꝛ principia. Concludit tot esse substātias sepatas quot sunt spere mobiles celestes excludēs quasdam obiectiones. cōfirmās dictis antiquoꝝ ea q̄ dixit de pfectione substātiaꝝ imobiliū

Quoniam tot sunt spere celestes mote: rationabile ē existimare ꝛ totidem esse substātias sepatas tanq̄ principia immobilia et insensibilia. verumtñ necessitas ponēdi naturā substātiaꝝ sepatarum dimittitur fortioribꝰ ꝛ sapientioribus inqrēda. Si aūt obiciatur contradicta in quibus supponit q̄ omnis latio corporis celestis ordinata ē ad latiōem alicuius astri. Si etiam obiciat q̄ ē aliqua substātia sepata q̄ non mouet aliquā speraz. Dicimus primo ad hoc q̄ omnis natura et substātia impassibilis scđm se sortita ē optimuz finez qui consistit in opari ꝛ moueri cū tñ sit immobilis. et ideo tot sūt substātie sepate et nō plures: quot sunt mobilia sēpiterna. quia quelibet spaꝝ finis est alicuius latiōis per se tanq̄ bonum amatū ꝛ desideratum. Ad primuz vero dicimus q̄ īpossibile est existimare alias lationes p̄ter eas q̄ ordinātur ad lationes astrorum. omne eñ ferēs naturalr̄ aliquod mobile natū est ipsū ferre grā alicuius lati. nec ē in sempiternis aliqua latio grā ei ipsius. nec grā alteriꝰ lationis. qr sic pcederetur in infinituz. propter q̄ omnis latio sempiternoꝝ corporum ē propter aliquod astrum distinctum ab esse. Si eniz obiciat q̄ non ē vnum tm̄ omne primū motum a prima substātia: dicēdum manifestū esse q̄ est tantum vnuz celuz. qr si essent plures numero differētes sicut non differunt plures hoies: oportet pricipia mouentia ipsos esse vnuz spē et multa numero. quecūqz autem sunt numero multa habent materiam ita q̄ coruz ratio specifica ē eadem vt ratio hois. materia vero ē diuersa. vt sortis et calie. prime autez substātie quidditas materiaz non habet cum sit endelechia. i. actus purꝰ. primū igitur mouēs immobile existēs vnum ē ratione ꝛ numero et mouens vnum mobile soluz semp ꝛ continue. ꝓpter quod solum ē vnum celum.

Traditum ē ab antiquis ꝛ dimissuz posterioribꝰ quasi in fabula: q̄ substātie separate sunt dij. et q̄ diuinuz esse continet totam naturaz. quedam etiā ab eis dicta sunt fabulose ad vtilitatem ꝛ persuasionem multoruz vt facilius suscipiātur leges et conformētur homines hoibus. a quorum dictis si quis sepauerit et acceperit solum hoc: q̄ primas substātias deos existimauerunt: putabit hoc esse diuine dictum: licet scđm similitudinem. sepe enim inuēta veritate vniuscuiusqz artis et phie quantum possibile est īuenin et iterum corrupta interduz ex bellis interdum ex diluuijs interdū ex alijs corporibus: de numero substātiarum separatarum saluata sunt nobis superius dicta tanq̄ reliquie. et que a primis habemꝰ de opinione ipsaꝝ tantū nobis est manifestum

Capitulū .ix. qđ sic incipit: q̄ autem circa intellectum et cē. Mouet quasdā dubitationes circa intellectum prime substātie separate.

Circa intellectū pme sbe sepate q̄ intelligi videt̄ aliquid diuisim inter ētia sūt quedā dubitatiōes quomodo sciāt sba sepata pma ꝛ pma dubitatio ē vtrū intelligat. qr si nō ītelligit actu: nō erit aliqđ insigne: sz ponꝰ erit sicut dormiēs. ij. est si ītelligit: vtrū huiusmodi intelligibile sit aliqđ aliud pncipale vl̄ nō. Si enī ē aliud principale: non ē idem cū sua ītelligētia actuali sed est potentia intelligens ex alio seqt̄ q̄ nō sit optima. p intelligere eī inē ei honorabile esse. Tertia dubitatio ē supposito q̄ intelligentia vel actꝰ intelligendi sit substantia ipsius: vtrum intelligat se ipsū aut aliqđ alterū. ꝛ si alterū: vtruz semp idez aut nunc hoc nunc aliud. multū eñ differt intelli-

gere bonuz existens aut bonuz apparens. et inconuenientes dicere de quibusdam quod eadem diuinus intellectus intelligat ut vniuersalia. Ex quo manifestum est quod intellectus aliquid honorabile et diuinum. nec trāsmutatur ab vno intelligibili ad aliud. nam trāsmutatio in dignum quoddam est. et motus quidam quod non cadit in prima substātia. Ad primam dubitationem dicendum est quod prima substātia semper est in actu intelligendi. quia si intelligere nō inesset ei in actu sed potentia: rōnabiliter laboriosa esset cōtinuatio intellectionis. Ad secundum vero dicendum est quod nichil a semetipsa prime substātie inest intelligere nec aliquid principalius ipsa per quod deducatur ad actum intelligendi. quia illud intelligibile per quod deduceretur ad actum intelligendi: dignius esset quam intellectus ipsius. Ad tertium dicendum quod intellectioni substātie intelligentis vilia inest aliquid indignissimum. et fugiendum quemadmodum patet in visu propter quod nobilius est non videre quam videre vilia. sed tale non cadit in intellectu substantie cuius intelligentia est optima propter quod nō intelligit extra seipsam. ergo intelligit tanquam potentissimuz. Intelligit etiam suam intellectionem. que non differt a sua substātia in aliis quidem entibus differt. actus. habitus. et obiectum. nam scientia et scibile opinio et opinabile meditandum et meditabile differunt in nobis in prima autem substātia tanquam in superabundanti et perfecta idem sunt. Quarta dubitatio est si aliud diuersum est in prima substantia intelligere et intelligi: cum quod istorum inest ei vltima perfectio. si autem diuersa sunt non est idem in ea intellectus et quod intelligit. Ad quod dicendum est quod sicut in quibusdam idem est scientia et res scita quemadmoduz in artibus idem est substātia rei preconcepte sine materia et quidditas rei factibilis. et in theoricis idem est ratio et intellectio rei: ita in prima substātia idem est ratio intelligendi obiectuz et quod intelligitur. et vniuersaliter in his que non habent materiam: non est alteruz quod intelligitur et intellectio. in prima igitur substātia intelligentia et quod intelligitur idem erunt re et ratione: et sic eadem est perfectio vtriusque. Ad hunc autem restat dubitatio vtrum prima substantia intelligat ens cōpositum. quia si ipsum intelligit trāsmutabitur in partibus totius intelligendo vnam post aliam. Ad quod dicendum est quod omne immaterabile indiuisibile est. et quia intellectus est innumerabilis: ideo indiuisibilis est. tamen intellectionem cōpositoruz concipit in aliquo tempore. nec habet perfectam intelectionem entis compositi in hoc instanti indiuisibili aut illo: sed in toto quodam diuisibili, ita quod de natura intellectus eternitatis est indiuisibilitas

Capitulum. x. quod sic incipit: perscrutandum est autem qualiter hoc et cetera. Inuestigat quod in natura totius vniuersi est duplex bonuz. scilicet ordinis et principis. quia princeps est primuz principiuz. nec plura possunt esse principia sed vnum tantum.

Perscrutanduz est de natura totius vniuersi qualiter habet bonum et optimuz. scilicet vtrum sit bonuz et optimum aliquid separatuz siue in ea sit bonum ordinis. Ad quod dicendum quod vtroque modo bonum separatum et ordo est in vniuerso. quemadmodum enim in exercitu est bonuz ordinis et principis. quod principalius est bono ordinis nam princeps nō est propter ordinem: sed propter principem est ordo ita in vniuerso est bonum vniuersi et bonum prime cause tanquam bonum principis propter quem est ordo vniuersi. Omnia autem que in vniuerso sunt ordinata sunt adinuicem licet non omnia similiter adinuicem ordinentur: sed secunduz plus et minus. vt natatilia et volatilia et plante. nō enim sic se habent partes vniuersi quod vna nichil communicet alteri: sed potius omnes partes ordinantur ad vnum. Quemadmoduz enim in domo aliter ordinantur liberi. scilicet quibus nō conuenit facere quecunque sunt extranea ab ordine: sed omnia ac plura ordinati et aliter bestie quia paruz participant de his que pertinent ad omnem ordinem domus:

multa vero impertinentia faciunt: sic in vniuerso natura est principium discernens quid conueniat vnicuique parti et qualiter omnia conueniant et communicent toti. Quia impossibilia que accidunt dicentibus aliter quam nunc dictum sit: oportet non latere. omnes enim antiqui faciunt omnia ex contrarijs. quibus tria inconuenientia accidunt primum est quod non omnia sunt ex contrarijs. secundo etiam quod omnia que sunt ex contrarijs: non sunt ex contrarijs. tertio quod non assignant modum quo entia sunt ex contrarijs. Secundum inconueniens ex hoc patet quia impossibile est contraria fieri ex inuicem. ita quod sit vnum materia alterius. hoc autem inconueniens non accidit nobis eo quod ponimus. Tertium .s. materiam ex qua fiunt ambo contraria. et que nulli contraria est. primum autem inconueniens est .s. quod omnia sunt ex contrarijs sic patet. Si enim prima contraria sunt bonum et malum: omnia entia participabunt aliquid mali excepto vno .s. bonum quod est alterum principium si omnia sunt ex contrarijs. nam malum est aliquod principiorum. propter hoc enim aliqui dicunt bonum et malum non esse principia. quamuis in omnibus ipsum bonum maxime sit principium. alij vero dicunt bonum esse principium et hoc recte. tamen quomodo sit principium vtrum sicut finis aut sicut mouens aut sicut forma: non dicunt. Empedo. autem amiciciam facit principium tanquam bonum: sed inconuenienter quia dicit ipsum esse principium mouens. congregat etiam principale materiale quia est pars mixture. et sic ei accidit idem esse materiam et mouens: licet secundum diuersas rationes. aliud etiam inconueniens ei accidit quod litem habentem naturam mali facit incorruptibilem. Anaxa. vero intellectum habentem naturam boni dicit esse principium mouens. non tamen assignat id cuius gratia mouet cum tamen alterum sit mouens et finis propter quem mouet nec sit idem: nisi sicut dicimus medicinam quodam modo esse sanitatem propter quam agit. inconueniens est enim non facere principium contrarium intellectui. Tertium autem inconueniens quod antiquis accidit est quod omnes facientes principia contraria non vtuntur contrarijs nisi figuratiue. nec dicit aliquis eorum quare entium hec quidem corruptibilia. hec vero incorruptibilia sunt: cum omnia ex eisdem principijs faciant. preterea aliqui eorum omnia faciunt ex non ente. Alij vero dicunt omnia esse vnum: ne cogantur facere multa principia. Preterea nullus dicit causam continue generationis. Preterea facientes duo principia necesse est concedere alterum esse ipsorum principalius. nam ponentes species et ydeas: oportet dicere aliquod principium principalius esse propter aliquod participat et aliquod participatur. Preterea si principia sunt contraria necesse est sapientie prime et honoratissime esse aliquid contrarium cum sit de primo principio nobis autem non accidit: qui primo nichil contrarium possumus. quia omnia contraria materiam habent. quia materia est in potentia ad ipsa. primum autem non est in potentia ad ignorantiam contrariam scientie nec aliquid ei est contrarium. Preterea principia contraria sunt tantum sensibilium. propter quod si omnia principia sunt contraria: non erunt aliqua entia. preter sensibilia. nec erit primum principium. nec ordo nec generatio. nec celestia: sed processus in infinitum in principijs sicut accidit theologis et omnibus naturalibus. Si autem preter sensibilia numeri et species sunt principia aut nullius sunt causa aut non sunt causa motus. Preterea ex ipsis non erit magnitudo et continuum Numerus non causat continuum nec vt mouens. nec vt forma. Preterea nullum contrariorum principiorum erit factiuum et actiuum: si numeri sunt principia. et cum factiuum sit prius non factiuo: contingit principia non esse aut esse posterius et in potentia. et sic non erunt sempiterna aliqua entia. sed aliquo sempiterna sunt itemmedij est quod numeros esse principia. Preterea nullus ipsorum dicitur dicere potest quomodo anima et corpus

et quelibet alia res sit cōstituta ex numeris: nisi dicat sicut nos ꝙ numerꝰ est causa mo uens. Dicentes aūt ꝙ prima substātia est numerus mathematicus et alie substan tie sensibiles: consequēter se habent ad ista. ita tamen ꝙ diuersa sunt pricipia cuiuslibet: destruunt ordinez vniuersi et in cōnexam faciunt ipsiꝰ substātiam. Si eniz mlta sint talia pricipia: vnum ens non plus ordinatur ad aliud est ꝙ ad non ens. et sic destruitur ordo entium quod est impossibile entia enim nolunt male disponi. nec ē bonum pluralitas pricipātium. ē ergo vnum princeps in ordine totius vniuersi.

Explicit copilatio totius methaphisice distincta capitulis edita a fratre iacobo de alexandria ordinis fratrum minoruz Ad postulationez serenissimi principis dñi Roberti hierusalem et sicilie regis.

Quoniam aut de anima scdm seipsam determinatu est et c. Huius libri de sensu et sensato primu capitulu continet phemialem intentionem autoris et necessitatem doctrine scilicet determinandi de actionibus communibus anime et corporis.

Quoniam determinatu e de anima et de eius potentijs: consequens e determinare q sunt proprie et que communes operationes oium aialiu etia et participantium vita sic sunt plante. Itaqz suppositis que de aia dicta sunt: de reliquis operationibus viuentium est dicendum et primo de primis.

Videntur at operationes communes aie et corpori pertinere ad omnia animalia et etiaz esse propria cuilibet spei. Sicut sunt sensus memoria ira desiderium et vniuersale appetitus et cum his gaudium et tristitia. hec enim fere insunt oibus animalibus. Cum pdictis autez quidem communia olbus participantibus vitam. et que danda quibusdem animalibus sunt communia aie et corpori et hec reducibilia sunt ad q druplicem conbiationez. quarum prima est vigilia et somnus conueniens olbus animalibus. Secunda e iuuentus et senectus communes etiaz plantis. Tertia inspiratio et respiratio q inest habentibus pulmonez. Quarta vita et mors conueniens tam aialibus q plantis. Considerandum est ergo quid est vnumqdqz predictoru et pter quid accidat. Et quoniam impossibile est fieri sanitatem et infirmitatez in non habentibus vitam qz iste sunt dispositiones participantium vitam. de corporibus autez viuentibus determinat naturalis: idcirco ipius est inuenire pma pricipia sanitatis et infirmitatis propter qd plurium naturales a primis principijs incboantes finiunt consideratioem suam ad ea q sunt de medicina. medici at qui magis phice prosequutur artem medicine videlicet per causas incipiut consideratioem medicinalez a naturalibus. Quod autem omnia pdicta sunt communia aie et corpori pz ex hoc q omnia aut accidut cum sensu aut per sensuz. qz quedaz ipsorum sunt passiones sensus sicut somnus et vigilia. queda vero habitudines sensuum sic iuuetus et senectus: quedam vero conseruationes et salutaria sicut respiratio vita et sanitas. qdaz vero corruptiones et priuationes sic mors et infirmitas. Qd autem sensus insit anime per corpus tanq commune vtriqz manifestum est et per rationem et experientiam semper euidentiam rei.

Capitulu. ij. quod sic incipit: sed de sensu et sentire. psequendo tractatum declarat necessitate sensuum in animalibus et compat auditum ad visum quantum ad perfectionem vtriusqz tam per se q per accidens.

E potentia sensitiua et actu eius quid sit et quare sentire accidit aialibus dictum e in libro de anima. Ondbet autem animal in quantum animal necesse est hre sensum qz per ipsum distinguitur esse animal a non aiali. In speciali autem tactus et gustus necessarius est cuilibet aiali tactus quidem pter causaz dictam in libro de anima gustus vero propter nutrimentum. hic enim sensus discernit saporum et insipidum circa cibum vt per ipsum animal psequatur saporum et fugiat insipidum. sapor enim passio e partis nutritiue eo q ordinat ad ipsuz tanq ad finez. Sensus autem qui per exteriora mebra percipiunt sua obiecta sicut odoratus auditus visus insunt aialibus proficiscentibus. i. q mouentur motu progressiuo et his omnibus insunt causa salutis mediantibus sensibus predictis vt presentia. i. a remotis sentientia prosequatur conueniens alimentum. nociuum autem et corruptiuuz fugiant. Animalibus autem pfectioribus sic habentibus prudentiam insunt sensus predicti causa vtilitatis qz annunciant. i. notificant multas differentias rerum ex quibus conoscuntur plura tam speculabilia q operabilia. Inter istos at senectus ad noticiam acquiren-

dum visus est melior per se licet auditus sit melior secundum accidēs. scdm se quidez melior est visus. Quia virt9 eius multas dr̄ias ēñtium annunciat eo ꝙ omnia corpora participāt calore qui est eius obiectum. Communia enim sensibilia. scilicet magnitudo figura numer9 motus ꝛ quies magis sentiūtur per visum auditus vero discernit differentias soni. et hoc nō in omnibus animalibus sed in paucis et nobis notis. Secundum accidens vero audit9 multum confert ad sapiētiam. sermo enim qui auditu percipitur causa est discipline non secundum se sed secundum accidēs scilicet in quantum talis sermo constat ex nomībus quoruz vnumquodlibz ē simbolū. i. significatiuz rei importantz per nomen. Et quoniam auditus predicto modo confert ad sapientiam idcirco sapiētiores sunt ceci a natiuitate in quibus viget virtus auditiua surdis et mutis a natiuitate in quib9 est visus. de virtute autez quam habet quilibet sensuo dictum est in libro de anima.

Capitulum. iij. quod sic incipit: in quibus autez habeāt fieri ostendit in generali quomodo antiqui attribuebāt organa sensuuz elementis. et in speciali organum visus attribuebant igni.

Antiqui querentes organa sensuum et adaptātes ea ad elementa corporum: posuerunt quintuz elementuz inter aerem et aquam. quia non poterāt quinque sensus adaptare. iiij. elemētis. Attribuūt autez organum visus igni. q̄m ignorant causam cuiusdam passionis que fit in visu. si enim occulo comprimatur et fortiter moueatur: videbitur sibi ignis lucēs. et hoc maxime fit quando aer exterior est tenebrosus. aut si in claro aere claudantur palpebre. tunc eim fit obscuritas in occulo. Et si obiciatur sicut sēsibile presens non potest latere sentiētem: itaqz nec visibile videntem. et ideo sicut occulus compresus et motus videt scipsum quia est nature ignee: sic neccesse est videre scipsum etiam quiescētem. Dicenduz ꝙ solutio huius obiectionis sic sumi potest. leuia quia sunt tersa ꝛ polita. in scipsis habent quādam lucem etiam in tenebris. licet non faciant lucem in alio. nigruz autem occuli qd̄ dicitur pupilla et medium: leue est et politum. quo moto fit quedez refulgētia ad exterius q̄ potest mouere visum quādo occulus celeriter fuerit motus ad aliam partem. quia nō ita cito ille fulgor desinit sicut oculus mouetur. accidit enim tunc occulum celeriter moueri: quasi fieri duo quorum vnum sit videns ꝛ aliud visum. Si autem non celeriter moueatur occulus: nō fit hoc. quia prius destruitur fulgor factus in pupilla ꝙ perficiatur motus occuli. Non accidit etiam hoc nisi in tenebris. eo ꝙ in lumine maior claritas obscurat claritatem ipsius que modica est. leue enim lucere in tenebris et non in lumine: probant quedam capita piscium et quidam humor turbidus piscis q dicitur sephen quia ergo celeritas motus occuli facit ipsum esse quasi duo quorum vnum est videns et aliud visum: fit tanq̄ si occulus videret se ipsum. sicut accidit in refractione per quam quis se intuetur in speculo. et hoc non accidit quando occulus tarde mouetur et lente. idcirco celeriter motus videt quandam refulgentiam quam nō videt lente motus.

Capitulum. iiij. quod sic incipit: si igitur ignis esset visus et cete. Improbat opinionem dicentium occulum esse ignem specialiter quantum ad dicta empedoclis et platonis.

Si enim occulus esset ignis sicut dicit plato et empedocles: accideret occuluz videre in tenebris per exitum luminis ab eo. quemadmodū a lucerna et luce exit lumen illuminans tenebras: dicere autem ꝙ lumen exiens a visu extin-

guitur in tenebris sicut dicit thimeus: omnino vanum est. ignis enim quia calidus est et siccus: extinguitur aut ab humido aut a frigido. sicut patet in carbonib9 et flãma. lumen autem visus nullum predictorum extinguitur. Si aũt dicatur ꝙ propter debilitatem nõ potest lumen occuli tantuz illuminare tenebras qui lateat visum eius illuminatio: oportet de die lumen ipsius extingui ex presentia maioris luminis. et in aqua propter excessum cõtrarietatis. et maxime in glaciebus obtenebrabitur lumen visuale. flamma enim ⁊ omnia corpora ignita ab his extinguntur. nichil aũt tale accidit circa visum ab aliquo predictoruz. Empedocles autem existimat visionem fieri per egressum luminis a visu dicẽs: ꝙ sicut quãdo quis disponit iter facere de nocte hiemali pparat ardentem ignem in lucerna vt prohibeat impetus ventorum et dissipẽt spiritum ipsorum ita ꝙ lumen in lucerna contẽtum extra desiliens quanto plus expansum fuerit extra tanto magis illustrat attenuatis et subtiliatis eius radijs a velamine lucerne: eodem modo dicit ꝙ lumen occuli contutatum idest tute conseruatuz in miringis idest in tunicullis occuli per eas sicut per quosdam subtiles linteos circumq̃qz diffunditur. ita ꝙ lumen occuli tanto magis extra prouenit: quãto magis fuit expulsũ dicit autem empedo. aliquando fieri visionem per emisionem luminis a visu. aliquã do autem ab his que defluunt a visibilibus

Capitulũ. v. quod sic incipit: democritus autem et c̃. declarat quid bene et quid non bene dixit democritus opinando visum esse aquee nature.

Emocritus autem bene dixit in hoc quod ait occuluz esse aquee nature. tamẽ non bene dixit in hoc quod putauit visionem nil aliud esse q̃ apparitionem rei vise in pupilla. talis enim apparitio fit in pupilla propter hoc ꝙ est leuis et tersa et polita. ita ꝙ huiusmodi passio est refractio facta in occulo tanq̃ in corpore polito. ei non est innidente idest insulsiua virtute. Set de appentibus et refractione nõ videtur tpe democriti fuisse veritas manifesta. Dicenti autez visionez esse opporitionem rei visibilis in pupilla obicietur quare occulus videt solus ⁊ nullum aliud corp9 de numero eorum in quibus apparent idola sicut speculuz ⁊ similia corpora potest videre. Quod autem visus attribuatur aque verum quidez est: non tamem visio fit per oculum secundum quod est aquum: sed secundum ꝙ est perspicuuz. et q̃uis perspicuitas comunis sit aeri et aque: conuenientius tamen occulus attribuitur aque q̃ aeri propter duo. primo quia aqua magis conseruabilis est aere qui faciliter diffũditur ideo aqua melius conuenit consistentie occuli. Secundo quia aqua spissior existẽs aere aptior est ad repñtationez rerum visibilium. Pupilla quidem igitur et occulus aquee sũt nature. Quod autem hoc veruz sit manifestuz est ex signis apparentibus circa occulum quorum primuz est quod corruptis occulis aliud quod decurrit videtur esse aqua et in ebrijs defluunt lacrime aquee propter abundãtiam humiditatis. Secundum signum ẽ ꝙ in embrionib9 de nouo formatis qui quasi adhuc retinent naturam sui principij occuli excedunt in frigiditate et claritate que sunt naturalia aque. Tertium signum est ꝙ animalibus habentibus sanguinem album occuli circũstans pupillam multum est et crassum et ideirco fecit natura vt per ipsum conseruetur humidum pupille incoagulatum et propter eius crassitudinez oculus est corp9 quod non potest infridari. nunq̃ enim id quod est infra palpebras infrigidatur. in animalibus autez carentibus sanguine quia album occuli non est tante quãtitatis nec tã crassum. hinc fit ꝙ natura fecit occulos eoꝝ dure pellis ad ꝓtectiõez humidi pupille

Capitulum .vj. quod sic incipit: rationabile autez omnino est et c̃. Improbat opinionem dicentiũ visionem fieri extra mittẽdo. et etiam dicentium eã fieri per coniunctionem luminis rei vise et luminis egredientis a visu.

Rationabile est omnino dicere visionez fieri per exitum alicuius ab occulo quod extenditur vsqz ad rem visam. quia cum egredi sit propriuz corporis: sequeretur ꝙ aliquid corporeũ egrediens ab occulo extenderetur vsqz ad astra. Irrationabile est etiam visionem fieri per aliquid egrediens ab occulo ꝙ licet non extendatur vsqz ad rem visam tamen procedit vsqz ad terminatuz spatium in quo coniungatur lumini egredienti a re visi sicut dixit plato. Multo eniz melius diceretur ꝙ hec coniunctio fiat in extremitate occuli ꝙ̃ extra ipsum per aliquam distantiam. Sed nec ista coniunctio scilicet in extremitate occuli est possibilis propter tria. primo quia lumen non est natuz coniungi lumini cum non sit corpꝰ coniungi autez ẽ proprium corpm. secundo quia ẽt si vtrumqz lumen esset corpus non coniungerentur adinuicem cum non sit eiusdem rationis. non est autem qd̃ libet aptuz coniungi cuilibet sz tantum ea que sunt eiusdem rationis. tertium quia medium interioris et exterioris est minnnga idest pellis siue tunica occuli impediens predictorum luminum coniunctionem

Capitulum .vij. quod sic incipit: ꝙ autem sine lumine et c̃. Determinat veritatem predictorum ostendit primo ꝙ visio fit per medium illuminatuz et probat ꝙ occulus rationabiliter attribuitur aque.

Quia visio fit per medium actu diaphanum: ideo impossibile est videre sine lumine quod facit aliquod corpus esse actu diaphanuz sicut dictum ẽ in libro de anima. et ideo sine illud medium quod est inter rem visam ꝛ oculum sit lumen siue sit aer actu illuminatus: motus qui est per ipsuz causat visionem. Rationabiliter igitur id quod est intra pupillaz q̃ est organum visus attribuitur aque eo ꝙ ipsa perspicua. sicut enim id quod exterius est non videtur sine perspicuo illuminato: ita et quod interius est oportet esse perspicuuz. hoc autem non esse aerem sed aquam necessarium est poni. Virtus enim visiua non est in extremitate occuli sed potius interius ideo necessarium est illud quod est interius occuli perspicuum esse et receptiuum luminis. Quod autem ita sit manifestum est ex his que accidũt circa occulũ. quidam enim in bello vulnerati circa tpora ceci facti sunt. qui abscissis poris per quos lumen diffundebatur ad occulos extinctum est lumen quod erat in perspicuo pupille. ita ꝙ illud perspicuum vocatum pupilla que est quasi quedam lampas abscisa remanet ad modum lucerne extincte.

Capitulum .viij. quod sic incipit: igitur si quidez in his adaptat organa sẽsuum elementis.

Igitur vera sunt que diximꝰ: manifestuz est ꝙ modo predicto instrumẽtum cuiuslibet sensus attribuetur alicui elemẽto. ita ꝙ sensitiuuz visus assimuletur aque auditiuuz aeri. odoratiuum igni. Odoratiuuz tale est in potentia qualis est odoratus idest res odorabilis actu sensibile enim facit exire sensum ad actuz quare necesse est odoratum talem esse in actu qualis est in potentia virtus odoratiua et quia odor est fumalis euaporatio que habet fieri ab igne: ideo instrumẽtum odoratiuum conuenit cum igne. Propter quod ei conuenit locꝰ qui est circa cerebrum vt sit in potentia ad odorem qui fit a calido mediãte fumali euaporatione. materia eñ frigidi in actu est potentia calidum. Occuli etiam gñio habet eumdem modum. q̃

enim humide et perspicue nature est. cõstat d cerebro qd est humidus et frigid9 omnibus partibus corporis. Tactiuuz autem assimilatur terre. et similiter gustatiuũ. qr gustus est q̃dam species tactus. Et hinc est ꝙ instrumẽtuz gustus et tactus potiꝰ circa cor quod ẽ oppositum cerebro. quia est calidissimum omnium partiuz corporis.

Capitulũ. ix. qd sic incipit: de sensibilib9 autez. ostendit quid dictuz est de proprijs sensibilibus in libro de anima et quod restat dicẽduz quid sit vnuzqd qz sensibile proprium secundum se et primo quid color.

E sensibilibus proprijs q̃ sentiuntur scd̃m vnumquodqz organum cuiuslibet sensus sicut de colore sono odore sapore tangibili dictũ est in his que de anima. vbi que sit actio eoꝝ et quomodo vnumqdqz organuz operetur immutatuz a proprio sensibili vniuersaliter oñsum ẽ. restat ergo dicẽduz de vnoquoqz predictorum sensibiliuz quid sit scd̃m se et primo de colore. Aduertẽdum tamen ꝙ vnumqdqz ipsorum dupliciter dicitur. vno quidem modo prout sentitur in actu. et de hoc dictum est in his q̃ de anima. scilicet quãdo sensibile in actu ẽ idem sensatiõi. qd autem sit quodlibez istorum scd̃m se ipsum et quomodo eius natura ẽ facere sensum in actu nunc dicemus. Quemadmodũ igitur dictuz est in secũdo de anima lumen ẽ color perspicui secũdum actum. qño enim aliquod luciduz inest perspicuo: presentia eius est lumen. et eius priuatio est tenebra. Illud qd dicimus perspicuũ non est ꝓpria qualitas aeris vel aq̃ vel alicuius corporis puri: sz est quedaz natura et virtus nõ separata sz existens a predictis corporib9. et in quibusdam alijs. ita ꝙ in aliquib9 magis in aliquibus minus. Qm̃ igitur quodlibet corpus hẽt vltimuz et extremuz: ita ꝙ lux siue lumen est actus corporis perspicui non in extremo sed in determinato ipi9. oportet colorem esse quod est vltimuz in corpore perspicuo. color nãqz aut in extremitate consistit aut ẽ extremitas. Et inde est ꝙ pictagorici vocabãt colorez epiphaniam idest super apparitiõez. nõ tñ color ẽ extremitas corporis. qr esset linea vel superficies si esset extremitas ei9: sed potius ẽ qualitas in extremitate corporis existẽs. Qd̃ aũt perspicuuz sit subiectuz coloris sic patet. oportet eñ extimare eamdez naturaz esse susceptiuam coloris in his q̃ colorãtur. scilicet non ex propria qualitate sed ex aliqua exteriori dispositione et in his q̃ colorãtur interius idest per propriã dispositionez sue nature. illa ãt que colorãtur ab exteriori dispositiõe sunt perspicua: sic aqua et aer. aer enim aliquando coloratur. sicut patet in aurora. non tamen his q̃ ab exteriori dispositiõe ẽ fixus et determinat9 color. cuius signuz est qr non apparet in eis idem color accedentibus prope ipsa et existẽtibus longe. sic patet in aere ⁊ in mari. quorum color alius et alius apparet distãtibus ⁊ propinquis. in corporibus habẽtibus de se colorem determinatum ẽ determinata et vniformis fantasia coloris idest apparẽtia q̃ non variatur ex diuerso situ aspicientium. nisi forte per accidens puta qr mediũ per quod color ipsorũ videtur causat aliquaz transmutatiõ ez. sicut patet in vitro. ex quo variatur color rei in se per se ipsuz scd̃m diuersitatem q̃ est in vitro. qr in que colorãtur ab exteriori propriũ susceptiuum coloris est ꝑspicuum. mediuz est aũt in his q̃ colorantur ab interiori et ꝑ se proprium subiectuz participãs. ita ꝙ vniuersaliter in corporibus perspicuum ẽ illud quod facit participari colores ita ꝙ plus et min9 reperitur perspicuitas in diuersis. Qm̃ ergo color existit in extremitate ⁊ in solo perspicuo: sequitur ꝙ color sit quedaz extremitas perspicui in corpore terminato. In ipsis etiam perspicuis que colorantur ab exteriori sicut ẽ aqua et aer et in oĩbus alijs: videt̃ esse color ꝓprius ĩ extremitatẽ.

Capitulum. x.. quod sic incipit: est igitur inesse perspicuo ⁊c̃. Ex predicta

diffinitione coloris distinguit species coloris tam quo ad extremos ꝙ quo ad
colores medios ostendens vnum moduz generationis colorum mediorū scd'z
apparentiam. et q̄ lare quidam colores sunt delectabiliores alijs.

Sicut igitur presentia lucis in perspicuo non terminato vt in aere facit lumen
vel eius abundantia facit tenebram: ita in extremo perspicui corporis termi-
nati existentia lucis facit colorem albuz et eius abundantia seu paucitas facit
in eodem nigruz. De alijs aūt coloribus oportet dicere quomodo apparēt. vnus
enim modus apparēdi colores medios talis ē. Si duo corpora equidistāna visu quo
rum vnum sit albuz et aliud nigrum ita parua sint vt neutrum coꝝ. sit visibile propter
paruitatem compositū autē ex his sit visibile propter magnitudinē: color istius com
positi nec videbitur albꝰ nec niger. quoniaz igitur necesse est aliquez colorem inesse
huiusmodi sensibili nec sit possibile aliquem de extremis inesse eidem: necesse ē colorē
mixtum alterius speciei ob extremis ei inesse. sic igitur cognosci possunt plures colorū
species preter album et nigrum. Multos autem colores medios esse cōtingit sicut
multiplex potest esse proportio albi ꝛ nigri. nam sicut in numeris alia est proportio du
orum ad tria alia trium ad quattuor et sic de alijs numeris: ita possibile est album pro
portionari nigro scd'z maiorem et minorem excedentiam et excessum et secundū di
uersas proportiones consurgunt diuerse species medioꝝ colorum. quando autem in
ter album et nigrum non est proportio sed ex parte vnius est simpliciter abundātia et
ex parte alterius defectus apparet solus color superabundans. Sunt autem ali
qui colores visui et delectabiliores alijs ea ratione qua et quedam melodie delectabi
liores sunt auditui. sicut enim melodie que sunt in numeris bene proportionatis de-
lectabiles sunt vt diapente et diapason: ita et colores medij qui sunt ex extremis be-
ne proportionatis. vt cocineus et puniceus sunt delectabiles visui. qui autem non cō
surgunt ex bona proportione extremorum non sunt delectabiles. Proportio aūt
non bona potest fieri dupliciter. vno modo propter nimiuz excessum vnius et defec-
tum alterius. alio modo propter inordinationem. quādo scilicet in vna parte plus a-
bundat album et in alia nigrum ita ꝙ non est perfecta mixtio. nec colores medij ex ip
sa consurgētes sunt puri: sed quasi permixti et impuri: hic igitur est vnus modus gene
rationis colorum.]

Capitulum. xj. Quod sic incipit: vnus autem apparere vel sic vnus etiam
quidem videtur.

Stendit alium modum generationis colorum medioꝝ secundū apparenti
am excludens quandam falsam opinionem. et quasdam obiectiones contra
modos predictos. Alius modus apparēdi medios colores est per hoc ꝙ
vnus color extremorum videtur per alium superpositū ei. ita ꝙ inferior sit fortior et
viuacior. quēadmodum faciunt pictores quando pingūt aliquid apparens in aqua vl'
in aere. et quēadmodum sol qui de se videtur albus apparet puniceus quādo videtur
per aerem caliginosum. Multi autem medij colores apparere possunt sensui per
hunc modum sicut multe proportiones possunt esse coloris suppositi. licet interdum
nulla proportio media sit inter ipsos ex qua resultet vel appareāt medius color. v̄. g.
quando valde fortis superponitur debilissimo. Dicere autem colores esse quēdaz
effluxum procedētem a corporibus visis et eos apparere diuersos propter diuersitatez
talis effluxus. falsum ē. quia visus non videt colorem per hoc ꝙ corpus tangat occulū
sed per hoc quod immutat mediuz ꝛ hoc immutat visuz non per effluxuz alicuiꝰ corpo

tis:sed per contactum medij mutati a visibili. Si autem contra primum modum apparendi medios colores scilicet per colorata pua equedistantia dicatur quod secundum hoc necesse est ponere aliquam magnitudinem esse inuisibilem:et si contra secundum scilicet de suppositione coloris ad colorem dicatur quod hic modus supponit aliquod tempus insensibile ita quod visus simul sentiens superior est qui propinquior est et inferior est qui remotior est:decipitur nec percipit tempus illud in quo prius videtur superior quam inferior:sed putantur esse vnus color quia simul apparent:dicendum est quod hec inconuenientia non sequuntur ad modos predictos. in secundo enim modo color superior mutabilis est a subiacenti.et ideo non apparet superior secundum suam propriam coloritatem simpliciter nec inferior.sed sic apparentia cuiusdam medij coloris non in diuersis temporibus:sed in eodem. In primo etiam modo non supponitur quod aliqua magnitudo sit simpliciter inuisibilis sed ab aliqua distantia est visibilis et ab aliqua inuisibilis. vnde aliquarum magnitudinum quarum quelibet est inuisibilis alonge:potest fieri quidam color vt appareat quidam color communis aliquibus magnitudinibus diuersorum colorum.quarum nulla videtur per se propter distantiam:tamen omnes simul videri possint vt patet in filis quibus texuntur panni facta est. Quod autem nulla magnitudo sit simpliciter inuisibilis:posterius considerabitur.

Capitulum.xij.quod sic incipit:si autem mixtio corporum et cetera. Determinat generationem mediorum colorum secundum existentiam.et quare ipsorum multe sunt species.

Si commixtio corporum secundum rem non est permixta positioni minimorum equidistantium sicut quidam dicunt.quia talia non fiunt vnum:cum quodlibet ipsorum remaneat distinctum ab alio:sicut patet in hominibus equis et seminibus.ex quorum minimis non fit vnum:sed potius fit vnum ex his que totaliter adinuicem commiscentur vt dictum est primo de generatione. Necesse est hanc mixtionem esse principalem causam mediorum colorum.et non suppositionem coloris ad colorem nec equidistantem positionem ipsorum.nam cuiuslibet mixti videtur vnus color non solum prope existentis sed etiam delonge. Et quoniam multis proportionibus miscibilia adinuicem miscentur:ideo multi fiunt colores medij.reperitur enim in miscibilibus multiplex proportio:sicut in minimis.reperitur etiam superabundantia alterius ad alterum eo modo quo dictum est supra de distantibus et superpositis. Causa autem propter quam species colorum saporum et sonorum sunt terminate et non infinite posterius dicetur. Quid autem sit color et quare multi sunt colores sic dictum est nunc.de sonito et voce in secundo de anima dictum fuit.

Capitulum.xiij.quod sic incipit:de odore vero et sapore et cetera. Premisso quod de terminare intendit de sapore excludit tres opiniones de generatione ipsius.

De odore et sapore nunc dicendum est.fere enim videtur odor et sapor eadem qualitas passibilis.non tamen sunt in eisdem subiectis.quia odor magis est in siccis.sapor autem in humidis.tamen quia sapor manifestior est nobis quam odor:ideo de ipso determinandum. Causa autem quod odor immanifestior est nobis:oritur ex duobus.primo quia pejorem habemus odoratum alijs animalibus.secundo quia inter alios sensus hunc sensum habemus minus viuacem.saporem autem melius sentimus quia sensum tactus habemus discretissimum et meliorem alijs animalibus.gustus autem

est quidam tactus. De saporum autem generatione tres accepimus opiniones Empedocles enim dicit ꝙ licet natura aque quiescat insipida: sunt tamen in ea omnia genera saporum permixta. et hec insensibilia sunt. Alij autem dicunt ꝙ aqua non habet actu naturaz alicuius saporis. tamen est parispermia idest vniuersale seminarium om̄iuz saporum. ita ꝙ ex aliqua parte ipsius fit talis sapor et ex alia alius. Alij vero dicunt ꝙ aqua non est causa saporuz: cum sit indifferens ad omnes: sed diuersitas saporuz causatur ex diuersitate agentiuz. vt si quis dicat ꝙ ex sole causatur talis sapor. et ex igne alius causatur. Primuz autem dictum scilicet empedo. apertuz mendatium est. videmus enim in eisdem rebus permutari sapores ex sola decoctione et calefactione absq3 hoc ꝙ in eisdem fructib9 ex solo processu maturitatis videm9 fieri omnimodos sapores. Secundum etiam dictuz verum non est. nam ex eadē aqua quemadmoduz ex eadem esca possibile est fieri diuersos sapores. ita ꝙ ipsa ē solummodo principium passionum saporum et non parispermia idest vniuersale semē cum semen habeat virtutem actiuam. Similiter tertium dictum non est sufficiens aqua enim non recipit hanc virtutem quaz vocamus saporez a sola virtute calidi. nam inter omnia humectantia sensibiliter subtilior est aqua. in tantum ꝙ in subtilitate excedit oleum. cuius signum est quia difficilius est conseruare aquaz ꝙ̄ oleum. Quod autem oleum supernatat aque accidit quia plus habet de aere. quod etiam plus diffunditur hoc accidit propter vntuositatem et lubricitatem. cum sit magis vntuosum ꝙ̄ aqua. Quoniaz igitur aqua calefacta non apparet grossior ꝙ̄ prius sapores autem omnes sunt cum quadaz grossitudine: manifestum est ꝙ calidum non est tota causa saporum licet sit conseruatiuum ipsorum.

Capitulum. xiiij. quod sic incipit: apparent autē sapores et cē. Assignat naturalem causam saporuz que est ex permixtione sicci cum humido ostendens ꝙ humidum aque immutatur a sicco terrestri in diuersos sapores ex quo concludit diffinitionem saporis.

Omnes sapores qui sunt in fructibus in quibus manifeste sapores diuersificātur: apparent in terra. Et ideo multi naturaliuz dicunt aquam esse talis saporis qualis terra per quam transit. et hoc manifestuz est in aquis amaris sicut in salsis. sal enim quedam species terre. aque etiam collate per cinerem amarum habent amarum saporez. fontium etiam quidam amari sunt quidam accuti quidam vero aliorum saporum secundum diuersitatez terre per quam transeunt aque ipsorum. Rationabiliter igitur genera saporum fiunt in plantis propter affinitatez quam habent cum terra. Humidum enim aque natum est pati a sicco terreo. sicut et quodlibet contrarium a suo contrario. predictuz etiam humidum patitur ab igne. quia eius natura terre sicca est. In hoc tamen differt a terra. quia proprie propriuz ignis est calidum. terre vero siccum quemadmoduz dictum est in libris de generatione. Nec dico ꝙ ignis terra et aliud quodcunq3 elementum agāt et patiantur secundum quod sunt talia: sed potius secundum ꝙ vnumquodq3 vel in vnoquoq3 eorum est contrarietas. Quemadmodum igitur qui lauant in aqua corpora colorata et saporosa reddunt colorem et saporez aque tales qualia sunt huiusmodi corpora: eodem modo humidum aqueum transiens per siccum terrestre et digestum a qualido mouente calificatur sapore conuenienti terre per quam transit. Et ideo dicimus ꝙ sapor est passio facta in humido aqueo a sicco terrestri immutatiua gust9 de potentia ad actuz. Dico autem immutatiua gustus: quia omne sensibile dicit sensitiui siue sensitiuuz de po-

tentia in actum per actionem suam quia sentiri non consistit in speculari sed in agere.

Capitulum .xv. qđ sic incipit: quoniam autem non omnes sicci et c̃. Declarat q̃ sapor est passio simul sicci et humidi. quia sapidum mutat propter siccitatem et humiditatem et maxime propter dulce cui admiscentur alij sapores ad condimentum.

Quoniam autem sapores non sunt passia cuiuslibet sicci. sed sicci nutritiui: ideo nec siccū sine humido nec humidum sine sicco pertinet ad saporem. esca enim ex qua nutriuntur animalia est aliquid commixtum ex vtroque. Quod probatur ex hac quia cibi oblati animalibꝰ sunt aliqua tactu sensibilia facientia augmentum vel detrimētum propter calidum vel frigidum existens in eis. tale enim oblatum in cibum nutrit secundum quod gustabile et dulce. omnia enim nutriuntur dulci vel simplici vel commixto. tale autem simul est siccum et humidum. Et q̃uis in libro de generatione determinatum sit quomodo nutribilia nutriuntur: ad presens tamen determinandum est q̃ calidum augmentat et constituit nutrimentum. ita q̃ leue et dulce trahit sursum amarum autem et salsum relinquit inferius propter grauedinem. quod enim facit calor exterior in corporibus ex quibus eleuat quod subtilius est et dulcius: hoc idem facit naturalis calor in animalibus et plantis trahens superius illud quod dulce est in cibo ad nutrimentum et ideo omnia nutriuntur principaliter ex dulci. Cōmiscentur alij sapores vt salsus et accetus cum dulci pro condimenta vt fiat aptior cibus reprimunt dulce ne nimium faciat nutrimentum. est enim dulce nimis repletiuum et supernatatiuum propter sublenitatem.

Capitulum .xvj. quod sic incipit: quemadmodum enim colores et c̃. Determinat de generatione mediorum saporum et qui facit sapores extremi et qui medij et quot species saporum qualiter etiam se habent extremi sapores ad inuicem excludens falsas opiniones circa predicta.

Sicut colores medij sunt ex commixtione albi et nigri: ita medij sapores ex cōmixtione dulcis et amari. Ita q̃ secundum diuersam proportionem mixtionis dulcis et amari seu virtutum ex quibus hi sapores causantur diuersificantur medij. et qui inter eos sunt delectabiles: sunt ex mixtione bene proportionata. Saporum autem solus vnus est dulcis. pinguis. amarus vero et salsus fere sunt idem. ponticus autem id est mundificatiuus acetosus stipticus et accutus medij sunt dulcis et amari. Fere igitur tot sunt species saporum quot colorum scilicet septem predicte. Colorum enim liuidus seu flauus ita se habet ad album sicut sapor pinguis ad dulcem. fuscus autem ad nigrum sicut salsum ad amarum. In medio autem albi et nigri sunt colores quattuor scilicet puniceus et rubeus a surgō id est citrinus viridis et cyanus et celestis. Inter hos autem colores sunt alij licet nō ita nominati. Sicut autem nigrum est priuatio albi in perspicuo: ita amarum est priuatio dulcis in humido nutritiuo. et ideo cinis est amarissimus inter omnia cōbusta: quia ex ipso exalauit humidum dulce atque potabile. Democritus autem et plurimi naturalium circa sensus opinantur tria inconuenientia. differunt enim primo q̃ omnia sensibilia sunt seu tangibilia. nam si hoc verum esset oporteret quemlibet sensum esse tactum quod faciliter cognoscitur esse falsum quia tactus sentit per medium coniunctum. quidam autē alij sensꝰ per medium extraneum. Secūdo vtunt̃ sensibilibꝰ cōmunibꝰ. s. magnitudine. figura. aspero. et leui. obtusa. et accuto. qui sūt in magnitudine quasi ꝓprijs sensibilibꝰ

aspero. et leui. obtuso. et accuto. qui sunt in magnitudine quasi proprijs sensibilibus quod dupliciter apparet falsum. primo quia hec sunt comunia multoꝝ sensuum. accutum enim et obtusum de quibus minus videtur ꝙ sint comunia sensibilia q̃uis nõ omnibus sensibus: tamen tactui et visui comunia sunt. Secundo hoc falsum apparet quia nullus decipitur. circa proprium sensibile. vt visus circa colorem. auditus circa sonum. de quibus comunibus aũt sensibilibus predictis decipiuntur sensus. Tertium incõueniens democriti et quorumdam alioꝝ est. quia dicunt comunia sensibilia esse eodem ꝙ propria. vt asperum dicunt esse nigrum et lene album. Sapores vero esse figuras hoc dicto apparet tripliciter esse falsum primo qꝛ nullius sensus est sentire sensibilia comunia tanq̃ propria. et si etiam hoc attribueretur magis debẽt conuenire visui. ꝙ si dicatur ꝙ magis conuenit gustui sentire figuras tanq̃ proprium sensibile quia sunt eedem ꝙ sapores: oportebit gustũ magis cognoscere ea q̃ sunt minima in figuris et discernere differentias figuraruz. vnusquisqꝫ enim sensus magis ꝑcipit minima proprij obiecti et magis discernit differentiam ipsi9 q̃ alius sensus. falsum est autez gustum magis sentire minimuz figuraruz et magis discernere differẽtias ipsaruz q̃ visuz. Preterea infra naturaz cuiuslibet sensibilis proprij est aliqua contrarietas ut in colore nigruz contrariatur albo. et in sapore dulce amaro. figure at non est figura contraria. sicut circulus non est cõtrarius alicui figure plurium angulorum. preterea cuz species figuraruz sint infinite: oportet et sapores infinitos esse si figure sint sapores non enim est assignare quare vna figura moueat gustuz et alia non si eadem est nature figure et saporis. De gustabili ergo et sapore hec dicta sunt. nam alie proprietates saporum in tractatu de plantis habent propriaz consideratiões.

Capitulum. xvij. quod sic incipit: hunc vero moduz. vel sic eodez vero modo oportet intelligere et c̃. Determinat de causa generationis odoris ostendens ꝙ actiuum in odore est enchimum idest humiduz incorporatum sicco et susceptiuuz ipsius est humidum comune aeri et aque.

Sicut dictum est ꝙ sapor est passio causata a sicco terrestri in humido: ita oportet intelligere ꝙ odor ab humido enchimo idest incorporato alicui sicco causatur in aere et in aqua. Quibus est comunis perspicuitas susceptibilis odoris. non secunduz ꝙ perspicuitas: sꝫ secundũ ꝙ susceptibilis est enchimi idest sicci imbibiti humido. a quo illud est comune aeri et aque habet alterari quasi lauabile et mũdabile ab eo. Quod autez non soluz aer sed etiam aqua susceptibilis sit odoris: manifestum est in piscibus. et in animalibus dure teste. qui viuunt in aquis. hec enim sic̃ et pisces odorant in aqua nõ quidez propter aerez qui existat sub aqua: cum aer supernatet aquis. predicta etiam animalia in aere non respirant nec odorant. Si igitur odor sit tam in aere q̃ in aqua in quantuz comune est eis humidum: patet ꝙ odor est passio facta in humido ab enchimo sicco idest a sicco imbibito humido. Quod aũt omnis odor sit passio causata ab humido compresso a sicco patet tam per habentia q̃ per non habentia odorez sicut elemẽta. quoruz quodlibet vel est simpliciter siccũ vel simpliciter humiduz si aũt dicatur aliquod elementuz habere odorez vt aqua maris. hoc non ẽ in quãtum est simplex elemẽtum sed in quantuz in mari est mixtio sicci terrestris cum humido aqueo. Et simil̃r si dicatur ꝙ terra ẽ odorabilis vt sal ⁊ vitrũ: hoc non quia talia sunt pure terra: sed quia mixta ex humido et terreo. quod patet ex hoc ꝙ ab

ipsis compressis efluit oleum: licet minus a vitro: quia magis est terrestre et ideo minus habet de odore. quia achimum est. Lapides etiam carent odore. quia sunt achimi idest sine humido predicto ligna vero odorem habent achima enim sunt. licet aquatica minus participent virtutem causatiuam odoris. Methallorum autem aurum caret odore. quia achimum est. es vero ferrum odorem habent. et maxime quando comburitur humidum ipsorum. nam scorie in eis hodorabiliores sunt propter siccum humido imbibitum. argentum vero et stannum licet odorabiliora sint ꝗ aurum: minus tamen participant odorem ꝗ es et ferrum quia plus habent de humido aqueo.

Capitulum. xviij. qđ sic incipit: videtur autem quibusdam et cetera. Confirmat per opiniones aliorum de odore quod superius dictum est improbans tamen diffinitionem dicentem ꝙ odor est fumalis euaporatio comunis terre et aeri.

Omnes autem antiqui qui de odore loquentes ipsum dicunt esse fumum propter quod eraclitus dixit ꝙ si omnia fiant fumus odoratus discernet omnia entia et et omnes sic loquuntur de odore. et aliqui existimant ipsum esse exalationem. alij vero euaporationem. quidam vero vtraque hec. licet inter se differant. quia euaporatio est quedam humiditas aquea exalatio autem seu fumalis euaporatio est comunis aeri et terre. cuius differentie signum est ꝙ ex vapore resoluto fit aqua. exalatio autem resoluta fit quedam species terre. Neutrum autem horum scilicet euaporatio et fumalis euaporatio potest esse odor euaporatio enim habet naturam aque que est achima. idest sine humido imbibito sicco quod est actiuum odoris fumalis. et fumalis euaporatio non potest fieri in aqua. in aqua tamen quedam animalia odorant vt dictum est prius. Preterea euaporatio comunis est terre et aeri sicut ergo euaporatio vnius predictorum non est odor: ita nec alterius. Quoniam igitur tam aqua ꝗ aer possunt recipere humidum sicco incorporatum et pati ab ... siccitate: manifestum est ex hoc ꝙ vtriusque natura humida est. Quemadmodum ergo siccum terre diffusum per humidum aque et aeris facit sapores: ita siccum imbibitum humido diffusum per ista facit odorem. Oportet enim proportionales esse humoribus. Quod in quibusdam magnifestum est quidam enim odores dicuntur acetosi et dulces et acuti et pontici et crassi sicut et quidam sapores. amaris autem saporibus proportionantur non amari odores sed putridi. quia quemadmodum amari sapores cum difficultate sorbentur: ita putridi odores cum difficultate respirantur. ex quo magnifestum est ꝙ sicut sapor fit in aqua ita odor in aere et in aqua. Et propter hoc frigus et congelatio que alterant humidum ebetant sapores et destruunt odores. quia per predicta pellitur calidum quod generat et mouet tam sapores ꝗ odores.

Capitulum. xix. quod sic incipit: species autem odoratus due sunt et cetera. Determinat ꝙ species odoris alique sunt secundum conuenientiam ad sapores et hec comunes sunt homini et alijs animalibus et aliqui sunt odores secundum se et tales quia proprie hominis.

Odoris due sunt species. vna quidem propter conuenientiam ad sapores alia secundum se falsum est enim odorabile non habere species sicut quidam dicunt. Quedam species odoris ordinantur et comitantur sapores. et tales habent delectabile et triste secundum accidens. s. in quantum eorum odor est pars nutrimenti. et huiusmodi odores delectabiles sunt desiderantibus nutrimentum in quantum per ipsos percipiunt nutrimentum repletis autem

et nõ egentibus cibo non sunt delectabiles sicut esca hñs bos odores eis non ẽ delectabilis nec tristis. predicti igitur odores scdm accidens habent delectabile et triste et communes sunt omnibus animalibꝰ perfectis. Quidam aũt odores scdm se delectabiles sunt sicut odores florũ. Non enĩ propter alimẽtũ huiusmodi odores sũt delectabiles quasi per ipsorum permixtionem esca sit magis appetibilis: sed interdum minus. vnde trinus vituperãs euripidem appetẽtem cibaria delicata dixit eũqñ quo quis lentem non infũdas myron idest vngentum suauiter redolẽs. qz ex hoc cibus insipidior redderetur. Nec obstat dictis ꝙ aliqui in potibꝰ et cibis tales odores commiscent. faciunt enim hoc vt inferant naturali delectatiõi. s. vt delectabile vni sensui sit delectabile duobus per mixtionem alicuius odoris. Odorabile igitur faciens ex se delectationem propriũ ẽ hõibus. odorabile aũt delectabile propter saporem cõuenit hõi et alijs animalibꝰ. et diuidit scdm species saporũ: primũ aũt odorabile diuiditur in spẽs ex natura sua. Qđ autem odorabile scdm se est propriũ hõis. ratio est frigiditas cerebri existente eñ cerebro hominis naturaliter frigido: et sanguis qui circa cerebrum ẽ facilr̃ infrigidabitur. qz subtile ẽ purum. fumositas cibi ad cerebrum ascẽdens de leui infrigidat et ingrossatur ex qua infirmitates et reumatice generãtur. in adiutoriũ ergo sanitatis facta ẽ hec spẽs odoris ad cerebri cõfortatiõem. hoc enĩ opus manifeste efficit odorabile. nec aliud opus ipsiꝰ. Odorabile aũt propter saporẽ magis facit ad augmẽtum dictarũ infirmitatũ q̃ ad sanitatem. cõmixtum enim cibo qui est frigidus materiam reumatũ augmentat. odor autem rei odorifere scdm se quasi semper confert cerebro. dico aũt q̃si sẽp. qz si indebito modo quis vtat̃ ipso nõ cõfert sz grauabit

Capitulum. xx. qđ sic incipit: et propter hoc per respirationem fit declarat quare hõ et omnia *animalia pulmonẽ* habentia sentiũt odorem respirando. ita tñ ꝙ hõ odorem in se et nõ tñ cũ sapore: alia aĩalia sẽtiũt odorẽ ꝓpter saporẽ

On omnia animalia percipiunt odorem per respirationem: sed homo et animalia habentia sãguinem et pulmonem vt quadrupedia et q̃ habent naturam aeream vt volatilia. Odoribus namqz ascẽdẽtibꝰ ad cerebrum propter leuitatem caloris ipsorum: facit saniorem locum cerebri. quia virtus odoris naturaliter ẽ calida. ad hoc autem in quibusdam animalibus fit adiutorium per respirationem. q̃ natura vtitur ad duo: videlicer principaliter in adiutorium cordis seu toracis et secundario ad odorem. Exalante enim odore motus respiratiõis per nares aduẽciam facit actionem odoris ad cerebrum. proprium autem hominis ẽ sentire odorem per respirationem quia maius et humidius cerebrum habet alijs animalibus scdm proportionem sui corporis. propter quod differẽter ab eis sentit odores. et gaudet odoribus florum et similiũ quorum calor et motus est temperatus reducẽs yperbolem idest excessum frigiditatis et humiditatis cerebri ad debitam mẽsuram. Alia vero animalia habentia pulmonem per respirationem suscipiunt odorem alterius generis. s. qui est cum sapore. hunc enim sensum simul cum respiratione dedit eis natura vt non duo instrumenta essent in eis vnum respirandi et aliud odorandi: sed potius vnum vtriusqz quod sic sufficit ad vtrumqz sicut vnus odoratus in hominibus sufficit ad percipiendum odores vtriusqz generis scilicet odorabilis secundum se et odorabilis per saporem.

Capitulum. xxi. quod sic incipit: que aũt non respirãt etc̃. Declarat ꝙ a-

nimalia non respirātia habent odoratuȝ: licet non sit manifestū sic in eis sicut
in respirantibus quo instrumēto odorent.

Animalia que nō respirant habere sensum odorabilis manifestuȝ est. pisces ei
et omne genus animaliuȝ entbomorū sicut sunt apes et formice et quoddam
genus piscis marini quod dicitur purpura et multa alia similia de longe senti
unt odorem qui est propter saporem ⁊ per ipsuȝ sequitur nutrimētum. Non est āt
manifestuȝ in his animalibus quo sensu odorent sicut est in se respirātibus. et ideo si
quis obiciat ꝙ animalia respirantia per odoratum sentiunt odoreȝ: hec aūt animalia
non sentiunt odoreȝ per respiratiōem: videbitur ꝙ alius sensus preter quinqȝ sit in e-
is per quem sentiūt odorem quod est impossibile. quia vbi est ideȝ obiectum: est idē
sensus idem est odorabile quod sentiūt scilicet respirantia ⁊ non respirātia. Sed
forte non est idem modus in vtrisqȝ percipiendi odorem. In respirātibus eniȝ sē-
sus odoratus habet quasi quoddaȝ coopertuȝ superiacens organo ipsius quod aufer
tur virtute spūs per respiratiōem attracti. et ideo non sentiunt quando nō respirant ꝓ
ter coopertulum superiacēs et prohibens odorationes ascēdere. In non respiran
tibus non ē tale coopertulum. et ideo respiratione non egēt ad odoratuȝ sed sufficit ꝓ
portionata distātia obiecti. Exemplum huius ē in sensu visus. quedam enim ani-
malia in oculis habent palpebras quibus non releuatis: minime vident. quedaȝ āt
vt habentia duros oculos palpebras non habēt. et ideo non egent aliquo reuelante
palpebras ad videndum: sed sufficit proportionata distantia obiecti.

Capitulum. xxij. quod sic incipit: similiter et aliorum animalium quolibet. o-
stendit ꝙ alia animalia preter hoiēm non abhorrent fetidos odores propter fe
torē sȝ propter passionē aliam. et ꝙ odoratus tenet mediuȝ inter alios sensus.

Alia animalia preter hoīeȝ non patiūtur a fetidis odoribus nisi aliquod corrup
tiuū sit cum eis a quo patiuntur. sicut ei hoīes patiuntur grauedinē capitis a
fumo carbonuȝ ⁊ sulphuris non propter odorem sed propter aliquid corrup-
tiuum: ita alia animalia patiuntur a quibusdaȝ odorabilibus non propter odoreȝ sed ꝓ
pter aliquid corruptiuum cum odore ꝑmixtum et talia fugiunt non ꝓpter fetorem. qr
multo que crescunt in terra fetidos habent odores: que non fugiunt eo ꝙ conferunt
ad gustuȝ vel edulium ipsoȝ. Igitur sensibus existentibus in numero quinario: o-
doratus videtur esse medius inter eos consistit ergo inter tactum et gustuȝ q̄ sentiunt
per medium cōiunctum et inter visum et auditū que sentiunt per mediuȝ separatum.
conuenit enim cum tactu et gustu qui sunt sensus nutrimēti. quia odorabile est passio
nutritiuorum secūduȝ ꝙ odor proportionatur sapori cum auditu vero et visu conue-
nit odoratus in quantum odorabile percipitur ꝑ medium extraneum. odorāt enim a
nimalia per aerem et aquam sicut per vtrūqȝ istoruȝ vident et audiunt. percipitur ei
odorabile per medium spūm sicut visibile et audibile et ideo rōnabiliter odorabile as
similatuȝ est siccitati in chime. s. humido infusso que sic diffūditur per mediuȝ sicut co-
lor et sonus dictuȝ ē igitur quomodo distinguūtur species odorabilis.

Capitulū. xxiij. qd sic incipit: ꝙ autem quidam pictagoricoruȝ et cē. Exclu
dit opinionem dicentium quedam animalia nutriri odoribus.

Quod quidam pictagoricorum dicunt nutriri quedam animalia odoribus:
irrationabile apparet dupliciter. Primo quidem quia oportet cibum
esse aliquid cōpositū. sicut ei ea que nutriuntur simplicia nō sunt sȝ cōposita: i
ta et eoȝ nutrimētuȝ. cuius signū ē superfluitas cibi q̄ sibi interius collocat vt i aialibus

siue exterius emittitur vt in plātis: est aliquid mixtum. Preterea aqua sola nō nutrit. sed cōmixta alicui terrestri oportet enim constitutum esse aliquid corporale vt fiat nutrimentum. Multo autem minus aer solus incorporari potest cum sit subtilior aqua et ideo nec ipse potest nutrire. Signum ꝙ odor non nutrit est quia omnibus animalib9 inest locus receptiuus cibi scilicet stomach9 ad nutrimētum instrumētūqz odoratus est in capite iuxta cerebrum. spiritus autē attractus cum odore non vadit ad stomachuz sed ad pulmonez qui est locus respirationis. quoniam ergo nec cerebrum nec pulmo sunt idem cum stomacho qui est receptiuus nutrimēti: ideo odorabile in quantum huiusmodi non confert ad nutrimentuz. Ad sanitatem vero confert sicut patet per experientiam sensibilem ex predictis. illud enim quod facit sapor ad nutrimenti auxilium: hoc facit odorabile ad sanitatem de sensibilibus ergo scd̄m organuz vniuscuiusqz sensus determinatum est modo predicto.

Capitulum .xxiiij. quod sic incipit: obiciet autem vtiqz aliquis. Inquirit vtrum qualitates sensibiles sint diuisibiles in infinituz cum sit in subiecto diuisibili in infinitum. et soluit ostendens ꝙ in ipsis qualitatibus est status.

Obiciet forte aliquis: si omne corpus diuitur in infinitum: qualitates sensibiles vt color sapor odor et huiusmodi erunt infinite. quia semper sunt in corpore sicut in subiecto. Uidetur autem hoc impossibile. quia virtus cuiuslibet qualitatis sensibilis consistit in posse mouere sensum. si infinite sunt sensibiles qualitates: necesse est sensum diuidi in infinita. necesse est etiam magnitudinem quātumlibet paruam esse sensibilez. quod est impossibile. non enim potest diuidi album nisi in quantitate determinata. Contra si qualitates sensibiles non sunt diuisibiles nisi ꝑ diuisionem corporis: possibile est esse corpus paruum nullam habens sensibilem qualitatem et omnino non sensibile. quia omne sensibile ē tale per qualitatē sensibilez. possibile etiaz erit esse multa corpora parua insensibilia ex quibus cōponetur sensibile. quod esse non potest eo ꝙ necesse est corp9 sensibile componi non ex mathematicis corporibus: sed ex sensibilibus. Preterea corpora carentia qualitatibus sensibilib9 nō poterunt cognosci per sensum nec etiam per intellectū quia intelligibilia q̄ sunt exterius intellectus non percipit nisi mediante sensu. Dicere igitur esse quedam corpora carentia qualitatib9 sensibilib9 attestatur dicentibus esse magnitudines indiuisibiles. quod quia impossibile esse ostensum est in sexto phisicorum. sequitur ꝙ impossibile est esse corpus carens qualitate sensibili. Soluendo hanc dubitationem simul fiat manifestum ꝙ species sensibiliuz vt coloris saporis et similium sunt determinate et non infinite. cuius ratio est quia habentia cōtraria habent vltima. eo ꝙ contrarietas ē inter ea que maxime distant. omnia autem sensibilia contrarietatem habēt. album enim et nigrum in colore dulcē et amarum in sapore contraria sunt et vltima et eodem modo in alijs sensibilibus. Quod autem qualitates sensibiles non sunt diuisibiles ī infinitum secundum quantitatem patebit supposito ꝙ continuum diuiditur in infinitum: si per equalem proportionem inequalem tamen quantitatem diuidatur: stabit eius diuisio ad finita. Supponatur secundo ꝙ non ens continuum per se sed per accidens: habet species finitas. sicut nunc dictum est. Cū ergo qualitates sensibiles sunt q̄dam spēs entis non habētes cōtinuitatē ꝑ se: manifestū ē eas nō diuidi in spēs īfinitas. Uidenī āt infinitum diuisibiles ꝑ continuūqz sunt cōnexe suo cōtinuo. et iō

intelligendum est quod aliud est esse sensibile virtualiter et sensibile actualiter. Millesima enim pars nullius latet visum videntem totum milium. et minimus sonus sicut est diesis latet auditum audientem totum cantum. et similiter est de paruis partibus aliorum sensibilium. parua enim pars ita est sensibilis virtualiter quod non est sensibilis actualiter: nisi separata a toto. tunc enim actu est apta sentiri. sicut actu virtus gressibilis est in bipede. Pars autem parua qualitatis sensibilis actu separata a tota propter debilitatem virtutis resoluitur in continens vt in aerem vel aquam. sicut minimus odor infusus non sentitur. quia resoluitur in aerem. et ideo qualitates predicte non sunt in infinitum diuisibiles. Preterea sensus secundum superabundantiam virtutis sentit sensibile parue quantitatis. et ideo si in infinitum diuideretur sensibile: ad minus oporteret virtutem sensitiuam augeri in infinitum. paruitas ergo sensibilis habet in potentia vt sentiatur actu. aut sentiri non potest nisi a perfectiori virtute. et ideo multe magnitudines vel qualitates sunt insensibiles propter paruitatem. Cum igitur quedam partes sensibilium non solum in tota existentes: sed etiam actu diuise per se sunt sensibiles propter determinatam quantitatem quedam autem insensibiles sunt propter paruitatem necessarium est omnes qualitates sensibiles esse determinatas secundum certum numerum. non solum quantum ad species ipsarum: verum etiam quantum ad numerum quantitatum.

Capitulum .xxv. quod sic incipit: obiciat autem et quis monet dubitationem vtrum sensibilia vel motus ipsorum prius perueniant ad medium quam ad sensum quod quidem maxime locum habet in visu.

Quia sentire fiat per hoc quod sensibilia perueniunt ad sensum siue per hoc quod motus ipsorum alterat medium et per hoc agit in sensum: dubitatur vtrum prius operetur in medio quam in sensu. videtur enim odor et sonus prius sentiri a propinquiori quam a remotiori. eo quod prius sunt in medio quam in termino. Queritur ergo vtrum ita sit in visibili et visu. Videtur quod sic quia secundum empedoclem. lumen solis prius attingit ad medium quam ad visum et ad hunc quam ad terram. Preterea hoc videtur rationabile quia omne motum ab aliquo in aliud mouetur ita: quod est tempus medium inter terminum a quo in terminum ad quem. sed visio sic fit per motum quod prius fertur radius medio quam pertingit ad visum. Et si dicatur quod simul est audire et audiuisse videre et vidisse et sic de aliis sensationibus in quibus non est generatio successiua: hoc non obstat quia primo sensibile attingit medium quam sensum. sicut patet in ictu percussionis et in prolatione vocis que multotiens in medio existens non auditur. eo quod dispergetur in aere. et similiter extimandum est de colore et aliis sensibilibus que non sentiuntur quocumque modo se habeant sed aliter de propinquo. Dicendum est igitur quod circa sonum et odorem rationabiliter accidit quod prius sunt in medio quam in sensu vel extremo. aqua enim seu aer que sunt media ipsorum habent continuitatem ita quod primo alteratur prima pars eorum. postea sensibilia et sic de inceps. et ideo prius sentitur quodlibet ipsorum in medio quam in extremo. Et si dicatur idem sonus auditur a diuersis et idem odor sentitur a diuersis per aliam et aliam partem medij hoc non obuiat priori et posteriori participatione horum sensibilium. quia licet primum maneat sit vnum vt campana primum sonans et thus principium redolens quod vnum ab omnibus sentitur tamen prima sensatio est in quolibet sentiente differens numero a sensatione alterius. similiter igitur multi videntur odorant et audiunt idem visibile odorabile et audibile non

per hoc q̄ sensibilia sint corpora diffusa per medium: sed sunt passiones et alterationes
q̄dam. que non accidunt sine corpore. Quis de lumie aliter sentiendum sit q̄ de aliis sen-
sibilibus. ipm etiam ita est in medio q̄ tamē non ē motio. Preterea aliter ē in al-
teratione et latitudine. q2 latio prius pertigit ad medium q̄ ad finez. et q2 sonus fit per
lationem partibus medio: ideo prius ē in medio q̄ in termino in alteratione vero non
est successio sed subito alterat̄ totum mediū. et non prius dimidium eius: q̄ alterās p̄
mū potens simul totum alterare. quando aūt non est potēs simul alteratio tñ non o-
portet q̄ alteratio sit simul in subiecto et in toto alterabili: sed prius alteratur prima ps
et per illam scd̄a quē ad modū odor in humido successiue diffunditur. et non simul
fit in toto. Rationabiliter vtiqz sensationes q̄ sunt successiue per medium non simul
pertingūt ad ꝓpinquū et remotuz sola aūt visio fit in instanti. quia lumen qd̄ facit vi-
dere in instanti alterat totum medium sibi proportionatum.

Capitulum. xxvj. quod sic incipit: est aūt quedaz obiectio. Inuestigat vtrū
duo sensus possint simul esse in actu obiciens primo ad partem falsam scilicet
negatiuam.

Vedam dubitatio ē si contigat in eodez instāti duos sensus simul esse in actu.
Videtur q̄ non. supponatur enim tāq̄ verum q̄ major motus repellit mi-
norem. propter hoc visus aliquādo non videt ea q̄ sunt in cōspectu occulorum:
si major motus vehementis cogitationis vel timoris vel strepitus in homine fiat.
Supponatur etiam q̄ magis sentitur aliquid sensibile qn̄ simplex ē: q̄ quando alteri
est commixtū, vt vinū puri magis sentit̄ q̄ quādo est admixtum aque. ꝛ vna vox
melius discernitur per se q̄ alteri cōiuncta in aliqua cōsonātia in qua vna alterā obscu
rat. sicut accidit in oībus ex quibus fit vnum. Si igitur major mot9 impedit mi-
norem: necesse est si simul sunt majorem minus sentiri q̄ si solus eēt: sicut ei supposi-
tum est simplicia magis sunt sensibilia. Si ergo duo motus ineq̄les sunt ad duos sen
sus: minor totaliter impedietur et major faciet minus sentiri ꝓprium sensibile q̄ si so-
lus eēt. si autez equales: alter impediret alterū. et sic per nullum ipsorum erit sentire. ni
si forte dicatur q̄ cōmiscentur adinuicez et faciunt tertiuz sensibile qd̄ altero sensu sen
titur. sed hoc est īpossibile q2 non oīa apta sunt cōmisceri: sed solum ea q̄ sunt sub eodē
sensu. vt acutū et graue cōmiscentur in vnam simphoniaz. Equales ḡ motus di-
uersorum sensibilium adinuicē se impediūt nec fit vnus ex eis. inequalium vero sol9 ma
ior facit sensum. ergo non possunt duo sens9 simul esse in actu. Preterea magis
sentiet aīa duo sensibilia eiusdez sensus vt acutuz ꝛ graue per auditum: q̄ duo sensibi
lia duorum sensuum. q2 magis fit vnus mot9 ex illis: q̄ ex istis sed vno sensu non con
tingit simul duo sentire: nisi misceātur et fiat vnum. q2 vnus sensus sentit per vnam o
perationem sensitiuaz in actu q̄ non potest esse nisi vnius obiecti numero licet in po-
tentia possit esse plurium differētiarum numero. si ergo nō cōtingit simul sentire actu
aliter duo sensibilia vno sensu: multo minus cōtingit sentiri duo per duos sens9. Sē
tit ergo aīa actu vnum numero tm̄ tum q2 ad ipsaz pertinet sensibilia spē differētia ta-
men ratione vnius sensus sicut albuz et nigrum ratione visus amaruz et dulce ratiōe
gustus q̄ ratiōe diuersorum sensibilium sicut dulce ꝛ albuz ratiōe gustus ꝛ visus. et id ī
dicat sensibilia spē differētia tam vno sensu q̄ pluribus. vt albuz et nigrum indicat vi
su. dulce et albuz ꝛ amaruz ꝛ nigrum indicat gustu ꝛ visu. q2 sicut visus se habet ad al
bum et nigrum: ita gustus ad dulce et amaruz. Preterea cōtrariorum contrarij sunt
motus. tales aūt nō ē possibile in eodem indiuisibili tp̄e. sed motus albi et nigri ꝛ dul

eis et amari et aliorum sensibiliu3 que proportionaliter in eodem genere sensibiliu3 opponuntur. ut diapason et diapête in genere audibiliu3 contrarij sunt ergo non possūt simul esse in eode3 tēpore. et sic idem sensus non potest simul sentire duo contraria nisi fiat vnum ex ipsis. si ergo magis distant sensibilia diuersorum generu3 vt dulce et album ꝙ vnius generis vt albu3 et nigrum: īpossibile est sensibilia diuersoꝝ sensuum simul actu sentiri. ac per hoc īpossibile est duos sensꝰ simul esse in actu.

Capitulum. xxvij. qđ sic incipit: qđ autem quidā dicunt et č. Improbat quādaz falsaz solutioneʒ precedentis questionis qua dici pōt ꝙ duo sensus nō sunt simul in actu videntur tamen simł esse qꝛ tēpus mediu3 est insēsibile.

Quidaz tractantes de consonātia vocum dicunt ꝙ duo sōni nō simul perueniunt ad auditu3 et videnł simul audiri. quia tēpus mediu3 inter ipsos ē insensibile et eode3 modo forte dicet aliquis ꝙ non contigit duos sensus sentire. videtur aute3 ꝙ simul sentiant. qꝛ tēpus mediu3 est insensibile. Ad quod primu3 dicendum ꝙ non est veru3 aliquod tēpus esse insensibile et decipi aliquē3 propter eius insensibilitate3: cum omne tempꝰ sensibile sit. Si enī3 aliquid sentit se ipsu3 in quolibet tēpore: in eodem sentiet aliquid a se nec decipietur tunc circa illud. et sic tēpus nō erit insēsibile. nam si insēsibile esset simpliciter deciperetur quis quo ad seipm̄. nec sentiret si tunc videt vel sentit. Preterea si est aliqđ tempꝰ vel aliqua magnitudo insensibilis propter paruitate3: nullu3 totu3 erit per se sensibile. quod patet sic: per se sensibile non est quod per altera3 sui parte3 sentitur: et per alterā non. si igitur est aliqua ps magnitudinis vel tēporis insensibilis: per ipsoꝫ non sentietur totum: sed per aliam. sicut contingit videre tota3 terra3 quādo videtur pars. et ambulare in anno quōdo ambulatur in hac parte anni. Si ergo totius magnitudinis. a. b. hec pars. f. a. g. nō sentitur ꝓpter paruitate3: alia vero pars. g. b. sentił. et per ipm̄ dicił sentiri tota magnitudo. a. b. non erit per se sensibilis aliquo tota magnitudo: sed semper per ptem. quia eadem proportio erit cuiuslibet totius ad aliqua3 parte3 sui. f. a. g. Omnis ergo magnitudo sensibilis est: licet non sēper videatur scđm quod est. interdu3 enī propter lōgiquitate3 videtur sola magnitudo non vt ptibilis nec extensa: sed quasi indiuisibilis. cuius causa superius dicto est. tempus ergo omne sensibile.

Capitulū. xxviij. qđ sic incipit: de prius autem dicta obiectione. Determinat veritate3 questionis predicte ostendens ꝙ contigit simul diuersa sentire non propter hoc ꝙ anima sit diuisibilis et per vna3 parte3 sui sentiat vnum et per alia3 aliud sed indiuisibilis existēs plura simul sentit non tamen sentit aliquod indiuisibile secundum quantitatem.

Considerandu3 est de predicta dubitatione vtrum simul in vno indiuisibili tēpore contingat multa sentire. Non oportet ad hoc dicere animam sentire diuersa sensibilia per aliam ptem sui tanꝗ̄ sensitiuu3 ipsius non sit indiuisibile sed potius continuu3 et diuisibile. Si enim per alia3 et alia3 partem sui anima sentit sensibilia diuersorum sensuum: vt visibile et audibile: eadem ratione oportebit dicere eam sentire diuersa sensibilia eiusdem sensus. sicut albu3 et nigrum per alia3 et alia3 partem sui. quod est falsum. Quod si quis dicat duos esse visus sicut sunt duo oculi: hoc improbabile apparet quia vnus effectus est duoꝝ oculorum per quos visio fit scđm ꝙ reducuntur ad vnam virtutem visiua3 cui respōdet vnum visibile. si enim separatim visio fiat per duos oculos non similł se habebit potētia visiua in anima et oculi in corpore. Preterea sicut impossibile ē plures scias differētes numero esse ī

eodez: ita plures visus vel plures auditus. actus aūt sentiendi non ē sine virtute sensitiua: et hic non multiplicatur nisi multiplicato sensu. sicut ergo vnuz sensibile est respectu vnius sensus: ita et vna virtus sensitiua ē in vno subiecto respectu vnius sensibilis.

Preterea magis sentit anima in vno indiuisibili sensibilia eiusdez generis vt albuz et nigruz ꝙ multa diuersoꝛuz generuz vt sunt albuz ⁊ dulce. hoc autez licet sentiat alia ⁊ alia virtute tamen vt reducūtur ad vnuz sensuale in quo eis vniunē omes virtutes sensitiue cum vna q̄daz pars anime. Si ergo vna parte sui anima sentit diuersa sensibilia multoꝝ generuz ex quibus non fit vnuz sensibile: magis sentit per vnam partem sensibilia eiusdez generis. Est ergo vna quedaz pars anime que oīa sentit licet aliud sensibile per aliaz virtutez. Hec aūt pars anime q̄ omnia sentit in se considerata est ad vnum indiuisibile sensitiuuz sc̄dm actum oīum sensibiliuz vt dulcis ⁊ amari ⁊ similiuz. Considerata vero per respectuz ad q̄libet sensibile seoꝛsū ē alia ⁊ alia in virtute secundū potentias. Preterea queadmoduz in vna ⁊ eadez re numero inest simul albuz ⁊ dulce ⁊ alia multa sensibilia q̄ nisi sint in diuersis partib9 subiecti sic sunt vnum subiecto ꝙ alteruz est esse formale vniuscuiusq3 ipsoꝛuz: ita et in anima est vnum et idem sensitiuuz omniuz sensuuz sc̄dm rem: licet sit in aliud in virtute sc̄dm diuersam pꝛopoꝛtionez ad sensibilia diuersoꝛuz generuz. Quoniaz aūt nulluz sensibile est indiuisibile et q̄ālibet magnitudinez sic patet. ad hoc ꝙ q̄libet sēsibile sentiaē requirit finita et determinata distātia nisi sentiatur per tactuz extra quam distātiaz sensibile nō sentitur ac sta posteriori. i. distātia sic finita est q̄ dare vltimuz terminuz distātie in quo pꝛimo visibile videtur odoꝛabile odoꝛaē ⁊ audibile auditur ⁊ vltra quez terminuz nullum predictoꝝ sentitur ⁊ ideo talis terminus ē indiuisibilis. Si ergo ponaē indiuisibile sentiri: in aliquo termino sentietur pꝛimo. s. in vltimo distātie pꝛopoꝛtionate. Sed non maioꝛ ē ratio ꝙ pꝛimo sentiatur in vno termino q̄ in alio cum ip̄m semper sit indiuisibile simul esse sensibile et insensibile. hoc aūt est impossibile. De sensib9 ⁊ eorum oꝛganis quomodo se habeant tam in communi q̄ in sp̄ali dictum est.

Explicit liber de sensu ⁊ sensato

Incipiunt capitula eius.

Capituluz. j. cōtinet intentiōez auctoris et neccessitatem determinandi d' actionibus communib9 aīe ⁊ corpori.

ij. declarat neccessitatē sensuuz in animalib9 ⁊ cōparat audituz ad visuz q̄tuz ad perfectionē vtriusq3.

iij. quomodo antiqui attribuebāt oꝛgana sensuuz elemētis ⁊ specialiter oꝛganuz visus igni.

iiij. improbat opinionez dicentium oculum esse ignez ⁊ visionez fieri per egressuz luminis a visu.

v. declarat quid bene et quid nō bene dicunt opinātes visuz esse nature aq̄e.

vj. improbat opinionez dicentiuz visionez fieri extra mittēdo ⁊ per coniunctionem luminis rei vise ⁊ luminis egredientis a visu.

vij. declarat veritatez predictoꝝ ꝙ visio fit per mediuz illuminatuz et ꝙ ocul9 attribuitur aque.

viij. adaptat oꝛgana sensuuz elemētis.

ix. quid sit dictum de pꝛopꝛijs sensibilibus in libro de aīa et quid restat dicendum de eis et quid sit coloꝛ.

x. distinguit sp̄es coloꝝ extremoꝝ et medioꝝ: ⁊ apparentē generationē medioꝝ coloꝝ et q̄re aliqui sunt delectabiles.

xj. ostendit aliuz moduz apparentis generationis mediorum colorum.

xij. ostendit generationez medioꝝ colorum s' veritatez ⁊ q̄re medioꝝ multe sūt sp̄es.

xiij. excludit opiniones de generatione saporom.

xiiij. ostendit saporez generari ex permixtione sicci terrestris cū humido a quo alteratur.

xv. q̄ sapor ē passio sicci ⁊ humidi simul sumpti ⁊ q̄ saporuz nutrit propter siccitatem et humiditatem.

xvj. determinat generatiōem et distinctionem mediorum saporum.

xvij. ostendit causaz generationis odoris in quo humiduz incorporatuz sicco est actiuum.

xviij. confirmat dicta de odore per opiniones aliorum.

xix. q̄ species odoris alique sunt secundum conuenientiam ad sapores et aliqui sunt odores secundum se.

xx. quare homo et alia animalia habētia pulmonez odorant respirando. ita q̄ homo odorat non solum propter saporez sed etiam propter odorez in se.

xxj. q̄ animalia non respirantia odorant licet instrumētuz odoratus non sit in eis manifestuz.

xxij. q̄ alia animalia preter hominem non abhorrent fetidos odores propter fetorem sed aliquādo propter passionem aliam.

xxiij. excludit opinionez dicentium q̄dam animalia nutriri odoribus.

xxiiij. q̄ qualitates sensibiles non sunt diuisibiles in īfinitū q̄uis sint in subiecto quanto diuisibile in infinitum.

xxv. vtrum sensibilia prius veniant ad medium q̄ ad potentiaz seu organuz eius

xxvj. disputat vtrum duo sensus possūt simul esse in actu arguēs sophistice q̄ nō

xxvij. excludit quamdaz falsam solutionem questionis predicte.

xxviij. determinat q̄ duo sensus possūt simul esse in actu non per diuisionem substantialem anime: sed per potentias virtutis sensitiue et q̄ nullum sensibile est indiuisibile.

Deo gratias.

De memoria

De memoria ⁊ memorori et c. Prohemium huius libri continet intentionez di cendorum de memoria et reminiscentia. Considerandum est de memoria ⁊ de me morari quid sit. et propter qd fit et cui parti anime accidit hec passio. Et similiter ipm reminisci quod non est idez ꝙ memorari. Cuius signuz ē ꝙ multi tardi ad discēdū sunt bene memorativi. reminiscitivi aūt sunt qui veloces et bene apti sunt ad adiscendum.

Capituluz primuz quod sic incipit: prius quidem et c. Investigat dif finitionem memorie. s. quid sit. prius ostendēs ꝙ obiectū eius scilicet memorabile non est aliquid futuruz nec presens sed preteritum. Ad cognoscēdum aūt quid sit memorari primū accipienduz ē qualia sūt memorabilia. de hoc eni multotiens decipiūtur. Intelligēduz est ergo ꝙ futurum non est memorabile: sed opinabile et sperabile. vnde de futuris est scia que dicitur a quibusdaz sperativa a quibusdā divinativa. Presens etiam nō est memorabile sed potius sensibile. Relinquit ergo memoriaz esse tantuz prete riti. dico āt presens nō esse memorabile q2 cum aliquis videt rem presentē vel actu cō sideret intelligibile non dicim9 ipm memorari sed potius sentire ac speculari. si autez sine actuali presentia sensibilis aut intelligibilis. hētur notitia rei prius cognite per do ctrinam aut per invētionez aut per sensum: tunc dicim9 memorari. Est igitur me moria non sēsus nec opinio: sed habitus aut passio alic9 horuz relicta ex his vel ex eis cum intervenerit aliquod tēp9 mediū inter aprehēsionez sensus, vel intellectus ⁊ me moriam ipsoruz. Ipsius igitur presentis non ē memoria sed sens9. futuri aūt spes. fa cti vero memoria. et ideo oportet ipsaz fieri post aliquod tēpus mediuz. propter quod sola animalia memorātur. et eadez virtute memorātur qua tēpus sentiunt.

Capitulum. ij. quod sic incipit: quoniā autez et de fantasia. Investigat cui parti anime insit memoria. ostendens eam esse passionez sensus communis et fantasie.

Dictum est in tertio de anima quid est fantasia. et quod intelligere non est sine fantasmate. Quāvis enim intellect9 sit vniversalium: non intelligit tamē sine fantasmate. sicut enim geometra describēs figuras geometricas nō vtit quantitate determinata ex vi cōsiderationis et tamen pōculis semp habet figuraz quan titatis determinate sine qua nō pōt exequi descriptionez figure in quātum figura: sic e tiam intellectus sēper indiget aliquo fātasmate determinato sine quo intelligere non potest. Propter quā aūt causam intelligere nō est sine cōtinuo et tēpe aliarō. Nece cesse est eamdē partez anime cognoscere magnitudinē motum et tempus. motus āt qui remanet in absentia sensibiliuz cognoscitur mediāte fantasia que est passio sensus corporis. et ideo cognitio pdictorum fit in sensu communi tāq̄ in sensitivo. memoria e tiam intelligibiliuz per accidens pertinet ad intellectuz per se autem ad sensuz commu nem. quia talia non intelligūtur sine fantasmate. Et qm̄ memoria est sensus commu nis. ideo non soluz est in hoibus et in habentib9 intellectuz et prudentiaz sed etiam in quibusdam alijs animalib9. naz si memoria esset passio intellective partis non inesset fortasse alicui mortaliuz nisi homini. Et qm̄ memoria est semper respectu preteriti qđ prius quis sensit vel didicit. prius āt et posterius sunt in tēpore: hinc ē ꝙ non oīa a nimalia hñt memoriaz sed solū illa q̄ sequūtur dīas tēpis. Manifestuz igit memo riaz esse eiusdē ptis anime cui9 est fātasia. et per se memorabilia esse quoꝝ per se est fantasia. per accidens vero memorabilia sunt quorum est per accidens fantasia.

Capitulum.iij.quod ſic incipit:dubitabit autez aliquis. Declarat ꝙ animalibus ineſt memorari propter ſimilitudinez vel imaginem rei prius cognite que retinetur in fantaſmate in abſentia ſenſibilium.

Dubitabit aūt aliquis quare per memoriaz non memoramur paſſionez preſētem ſed potius abſentez rem. Qd enim q̄daz paſſio fit nobis cum memoramur:ex hoc patet ꝙ ſenſibile per ſenſuz efficit in aīa et in parte ſenſitiua corporis animati aliquaz paſſionez ſimilē picture animaliuz.cuius paſſiōis habitum ex aſſuefactione generatum dicim9 eſſe memoriam. Motus ei ſenſibiliuz efficit in organo ſenſus interioris figurā quamdā.que remanet in abſentia ſenſibilis ſicut impreſſio ſigilli remanet in eius abſēnā. Et quoniam in his q̄ ſunt in multo motu ſiue propter aliquaz paſſionez.vt eſt ira aut propter etatez ſicut ē iuuētus:non remanet impreſſio ſigilli influēte:ideo in eis non fit memoria.In quibuſdā etiaz propter deffectum virtutis retentiue fluit īpreſſio ſicut figure fluūt in antiquis hedificiis.aliquādo etiam propter duriciē cōplexionis non pōt imprimi figura in virtute ſenſitiuo. Multum enim iuuenes propter nimiuz motuz augmēti et multuz ſenes propter motum detrimēti.ſimiliter multuz veloces propter nimiuz deffectuz virtutis retētiue cauſatū o nimia humiditate.et multuz tardi propter nimiaz duriciem immemores ſunt.quia in eis aut cito fluit figura impreſſa organo aut non pōt imprimi in eis. Dubitatur igitur vtrum memoremur paſſionez factaz in potēna ſenſitiua aut rem a qua facta eſt Et ſi dicatur ꝙ memoramur paſſiōem q̄ preſens eſt:hoc non erit memorari.cum memorari ſit nō preſentis ſed preteriti. Si vero dicatur ꝙ memoramur rem abſentē inconueniēs videtur.quia memoria eſt paſſio primi ſenſitiui quod non videtur ineſſe actu niſi reſpectu ſenſibilis preſētis. Preterea ſi paſſio ſeu īpreſſio ſimul eſt figure ac picture:non oportet memoriaz eſſe alterius rei q̄ eiuſdez figure.intellectus enī et ſenſus memorādo in actu cognoſcūt hanc paſſionez. Preterea ſi virtus interior poteſt memorari rem abſentez et ſenſus exterior poterit eam videre. Contingit igitur videre et audire aliquid non preſēs quod falſum eſt. Ad hanc dubitationem dicendum eſt ꝙ ſicut animal pictum in tabula ſecūdum eandem rem:licet ſecunduz aliam et aliam rationez eſt animal et eſt imago alterius ⁊ conſiderari poteſt ſiē quedā res in ſe et ſicut imago alterius:ita et nobis fantaſia et ydolum rei in organo ſenſitiuo conſiderari poteſt ſecundum illud quod eſt in ſe et prout eſt ſimilitudo et imago alterius quando ergo agit in ſenſum aut in intellectum ſecūdum illud quod eſt in ſe:tunc animal dicitur intelligere vel ſentire.quando vero mouet vel conſideratur vt imago alterius prius cogniti:tunc ē memorari.ita ꝙ memoria fit ex hoc ꝙ ſimilitudo rei prius cognite in itellectu vel ſenſu cōſideraī vt imago repreſētans rem prius cognitam a ſe ſit. Igiī factis in anima motib9 talibus.ſ.ꝙ nō diſcernimus vtrum fiant ab eo qō prius cognouimus:neſcim9 ſi memoremur aut non memoremur ſed itelligim9 aut ſentimus. Aliquādo autez diſcernimus nos intelligere aut reminiſci rez prius auditam vel viſaz:ꝙ cognoſcimus nos memorari. hoc aūt cōtingit quando ſpeculās cōſiderat ſimilitudinez rei vt imaginez alterius prius cogniti qō repreſentat. Aliī vero credit homo ſe memorari rem preteritaz cum tū ſentiat preſentē.et hoc accidit quādo extimat fantaſma de nouo occurens eſſe imaginē alicuius precogniti. Meditationes autem frequēter facte de eadem re ſaluāt memoriaz et virtutem reminiſcitiuam.quia meditari nil aliud eſt q̄ multotiens ſpeculari ſimilitudinez rei prout eſt aliquid in ſe.ſed prout eſt imago alterius eſt memorari. Dictum eſt igitur quid ē me

morari quia est habitualis cõseruatio fãtasmatis prout est imago. et quod pertinet ad primuz sensitiuuz. s. sensuz communez per quez tẽpus sentimus.

Capitulum. iiij. quod sic incipit: de ipso reminisci etc̃. Determinãs de reminiscentia ostẽdit eaz non esse resũptionez memorie. nec preuiam acceptiõem rei cognite sed resumptionez prime acceptionis.

Ereminisci dicentes supponamus vera esse ea que disputatiuis sermonibus accipi possunt de ipso. Non est autez reminiscẽtia iterato memorie. nec p̃ma acceptio rei cognite aut cognoscibilis. Ista eñ inter se differũt. quando enim primo quis adiscit aut sentit: fit in eo prima acceptio. et hec non est acceptio memorie: eo q̃ nulla noticia prius facta est. Prima igitur acceptio noticie nõ est memoria. quia memoria ẽ cuz aliquis habitus vel passio facta ẽ ex preexistẽti noticia. et ideo nõ facta tali passione: non erit memoria. Nec in primo instãti quo facta ẽ passio siue noticia rei cognoscibilis. q2 licet tũc iam sciamus esse: nõ tamẽ memoramur eam p̃sentez sed potius preteritaz iam elapso aliquo tp̃e inter primaz acceptionez et instans memorãdi nõ eñ memoratur quis q̃ nũc videt aut audit: sed potius vidit aut audiuit

Nec reminiscẽtia est resũptio memorie. quis nõ memoratur quis huius quod nunc reminiscitur: sed eius qd̃ a p̃cipio sensit aut didiscit. Et reminisci igitur est cũ quis resumit primaz apprehẽsionez sensus aut scie. Et sic reminiscẽtia est resumptio prioris noticie ad quaz sequitur memorari et etiaz memoria que est habitus seu passio facta ex p̃ori noticia. Nec dico q̃ omnis resũptio prioris noticie sit reminiscẽtia. quia contingit dupliciter resumere prius notuz. vno modo id quod scitur in habitu aut in potẽtia reuertere ad actũ. quasi id qd̃ nõ ante inerat iteruz fiat: et hoc est reminisci. Alio modo illud qd̃ prius notuz fuit cum totaliter obliuioni fuit traditum iteruz resumere adiscẽdo vel inueniendo: et hoc non est reminisci sed iterato adiscere vel inuenire. a quibus differt reminisci. ad quod requirit aliquid plus q̃ sit principiuz istius ipsius: q̃ sit ex quo adiscitur vel inuenitur.

Capitulum. v. quod sic incipit: cõtingũt autẽ reminiscẽtie declarat q̃ reminiscuntur ex ordine motuum qui relinquũtur in anima ex prima ipressione eorum q̃ apph̃ẽdimus. qui motus vel ex necessitate vel ex cõsuetudine sese cõsequũtur

Eminisci contigit propter hoc q̃ vnus motus natus ẽ nobis occurrere post aliuz seu ex necessitate vt in his motibus in quibus secũdus necessario sequitur primuz. sicut apprehẽsionez hominis sequitur apprehẽsio aialis. in talibus eniz necessario mouetur secũdo motu quicũq3 mouetur primo seu ex natura siue ex cõsuetudine vnius motus aliuz sequitur in his motibus vt in pluribus secũdus sequitur primũ.

Hec aũt cõsuetudo quibusdaz inẽ efficacius et ex semel cõsueuisse q̃ alijs ex multo. sic q̃daz semel visa magis memoramur propter vehemẽtez impressionez q̃ alia visa multotiens debiliter ipressa. Quando igitur reminiscimur oportet nos moueri scd̃m aliquez priorez motuz quousq3 veniamus ad apprehẽsiõez illius motus qui consueuit sequi post primũ. vnde reminiscẽdo inquirimus hic cõsequenter se habet cuidaz alteri quod in memoria tenemus seu q2 similitudinem habet cum ipso. seu contrarietatem habet ad ipsum. seu propinquitatez et continuatiõez vt pater ad filium. propter hoc enim reminiscẽtis: quia motus horum se inuicem consequũtur: consequuntur autem se vel quia sũt quasi idez inter se vel q2 sunt similes. vel quia vnus ẽ pars alterius. et ideo residuũ fit q2 deest aprehẽsiõi: suppletur per motuz prioris. et hoc aliquando fit in omine non querẽte reminisci. aliquãdo vero querẽte. in pluribus aũt reminisci fit alteris mo

tibus factis ex quibus deuenitur in noticiã alicuiꝰ qđ ſequitur ad ipſos. Non oportet aũt querere q̃re inter duꝫ reminiſcũtur eoꝝ que procul ſũt magis ꝙ̃ eoruꝫ q̃ prope hoc enĩ accidit propter hoc ꝙ motus ſeſe inuiceꝫ conſequũtur. ſicut enĩ propter huiuſmodi cõſequẽtia aliquãdo non q̃rentibꝰ reminiſci occurrit nobis aliquid cuius prius nõ recordabamur quia facto priori motu inſurgit in nobis alius cõſequẽter ſe habens ad ipm: ita etiaꝫ facit aliquis cum uoluerit reminiſci. quereret enĩ accipere primuꝫ motum ad quem ſequitur ille cuius velit reminiſci ſiue procul fuerit factus ſiue prope. Igitur ordine motuuꝫ citiſſime fiunt reminiſcẽtie: quãdo quis incipit meditari a principio totius negocij. quia ſcđꝫ ordineꝫ reruꝫ cõſequũtur ſe motus ad inuicẽ
Maxime aũt reminiſcibilia ſũt que ſunt ad inuicẽ ordinata vt mathematica. que vero non ſũt ordinata: male reminiſcibilia ſunt.

Capitulum. vj. quod ſic incipit: et in hoc differt reminiſci oſtẽdit differẽtiam que ẽ inter reminiſci et iteruꝫ adiſcere atqꝫ iteruꝫ inuenire. ⁊ ꝙ reminiſcẽtem oportet incipere a prĩcipio magis vniuerſali. aſſignat etiaꝫ cauſã propter quã omnino non ſit reminiſcẽtia vel corrupte ſit.

Reminiſci in hoc differt ab adiſcere iteꝝ. quia iteruꝫ reminiſciť quis quando ꝑ ſe ipm ex aliquo in memoria retẽto poteſt venire in notitiaꝫ alicuiꝰ cognitum cuius tñ fuerat oblitus. quãdo vero in noticiaꝫ illius venit nõ per aliquod principium in memoria retentũ ſꝫ per aliud cognitum de nouo: dicitur iterum adiſcere et non rememorari. Multotiens aũt nõ poteſt quis reminiſci eius cuius oblitus eſt multis tamen motibus occurrẽtibus: ſit motꝰ alicuiꝰ ad quẽ ſequiť memoria rei oblite: ⁊ tunc non diciť quis reminiſci ſed iteruꝫ inuenire. quia non ex prĩcipio exiſtente in ipſo venit in noticiaꝫ eius cuius oblitꝰ fuit ſed ex motibꝰ alijs ſicͭ iam dictum ẽ. Oportet enim reminiſcẽteꝫ accipe principiuꝫ a quo incepit motus vel negocium. cuius pars eſt illud cuius velit reminiſci propter qđ a locis in quibus facta aliqua vel dicta ſunt aliquãdo incipiunt reminiſci vtẽtes loco quaſi quodã principio. Et bene reminiſcẽteꝫ oportet accipere prĩcipiuꝫ negocij. qꝛ faciliter ab illo venitur in noticiaꝫ alterius propter cõuenientiaꝫ ⁊ ordinẽ conueniẽtie ſeu ſimilitudinis. ſicͭ a lacte venitur ĩ memoriaꝫ albi ⁊ ab albo in aerẽ. et ab aere in humiduꝫ a quo fit memoria veris cuius eſt eſſe humiduꝫ. Videť aũt prĩcipiuꝫ et mediuꝫ omniuꝫ reminiſcibiliuꝫ eſſe aliqđ commune ⁊ vniuerſale a quo poteſt fieri motus reminiſcẽtie diuerſoꝝ. ſicut a lacte quis mouetur ad albedinẽ ⁊ dulcedineꝫ ⁊ ab albedine inuiceꝫ ⁊ cuiuꝫ. Si quis ergo reminiſci voluerit alicuius cõſequẽtiuꝫ albũ aut dulce: ſi non poſſit reminiſci eiꝰ per prĩcipiuꝫ oĩuꝫ alboꝝ puta per albedinẽ ⁊ reminiſceť per aliqđ principiuꝫ commune ad albuꝫ ⁊ dulcia. Aliqñ aũt ab eodeꝫ prĩcipio oẽs reminiſcũtur qñqꝫ non. qꝛ cõtingit ab eodeꝫ prĩcipio a quo quis ad diuiſa mouetur: pluries ad vnuꝫ moueri ꝙ̃ ad aliud. ſicͭ a lacte pluries quis moueť ad albedineꝫ ꝙ̃ ad dulcedineꝫ. Si igitur ex tali principio quis moueať ad idqđ magis cõſueuit moueri per ipſꝫ: de facili reminiſcitur eius propter cõſuetudineꝫ q̃ eſt q̃ſi natura. qꝛ ſicut in natura ẽ quidaꝫ ordo quo hoc ſit poſt aliud: ita qñ multe operanões ꝑ ordineꝫ ſe cõſequũtur: faciũt q̃ſi quãdaꝫ naturaꝫ. ⁊ hĩc eſt ꝙ facile recordãmur eoꝝ q̃ multotiens conſideramꝰ. Qm̃ ãt in his q̃ fiũt a natura cõtingit aliquid fieri extra naturaꝫ. ſ. a fortuna ⁊ a caſu: etiaꝫ in his q̃ fiunt ex cõſuetudine cõtingit aliquid fieri extra cõſuetudinẽ. cũ cõſuetudo minꝰ firma ſit ꝙ̃ natura. Ex hoc igitur ꝙ in his q̃ fiũt ex cõſuetudine a cõſueto ordine reminiſcibiliuꝫ retrohiť

quis eis velit tunc reminisci aliquid p̄ri⁹ scitorū: fit quidē soleecismus .i. inordinata
compositio eorū per que volumus reminisci ergo conuenit predicto modo.

Capitulū .viij. quod sic incipit: maxime aūt oportet cognoscere tp̄s ꝛc̄. Ma-
nifestat ꝙ reminiscēti necessariū est cognoscere tp̄us preteritū vel determi-
nate vel indeterminate cuius tēporis recordat̄ homo per similitudines relic-
tas in anima mot⁹ rei ꝛ tp̄oris ꝛ statī sequit̄ actus memorādi.

Maxime oportet volētē reminisci cognoscere tp̄us preteritū aut determinate
ꝛ sub certa mēsura: aut idiffinite .s. ꝙ aliqñ hoc fecit vel vidit vel sciuit. Po-
test autem hō recordari tēporis preteriti: qꝛ aliquid est in anima in quo cog-
noscit ꝛ iudicat magis ꝛ minus in tēpore ꝛ hoc rationabile esse: sicut in aīa respectu tem-
poris: sicut ei inest respectu magnitudis. intelligūt eī magnas ꝛ puas magnitudines
ꝛ etiam distātes. non quidē extēdendo intelligētiā vsqꝫ ad rem intellectā. sicut qui-
dā dicūt in visu: ꝙ videt extēdendo radios visuales vsqꝫ ad rem visā. aīa enī intelli-
git rem absente ꝛ etiā rem q̄ non ē. quod nō esset si intelligeret extēdendo intelligē-
tiam vsqꝫ ad rem intellectā. intelligit ergo absētia ꝛ presentia scd̄m ꝓportionē et si-
tudinē motuū qui ei p̄sentialr̄ insunt. remanēt enim in ipsa similitudines figurarum
et motuū in absentia rerum. Dubitatur autē in quo differat illud quo cognoscit
maiorem ꝛ minorem magnitudinē. qꝛ cum sit eiusdē spēi videtur ꝙ per eandē si-
militudinē cognoscātur. Ad qd̄ dicēdū ꝙ similitudines q̄ sunt in aīa proportionā-
tur rebus extra ipsam. ita ꝙ minor quantitas cognoscit̄ per similitudinē sibi proportio-
natā. ꝛ forte sic diuerse forme sunt extra aīam in alia ꝛ alia materia: ita diuerse simi-
litudines sunt in anima. vel sufficit eadē similitudo ad cognoscēdū multa habentia
eandē rationē. Sicut similitudo triāguli vnius sufficit ad cognoscēdū maiorē
et minorem triāgulū eiusdē rōis verbi gratia maiorem ꝛ minorē ysocheles. Cū
igitur simul fit in anima mot⁹ rei ꝛ tēporis in quo rem vidim⁹ vł aliquo alio modo co-
gnoscimus: tūc ē actus reminiscēdi qñ vero quis opinat̄ in se motū rei fieri ꝛ tp̄oris ꝛ
non fit: falso memorat̄ et decipit̄. possibile ē enī in memorādo esse mēdaciū. sic possi-
bile est qd̄ alicui videatur ꝙ memoretur et tñ non memorat̄ .s. qñ ei occurit memoria
tēporis in quo nō audiuit vel vidit vel aliquo modo cognouit aliquid. ꝛ occurrit ei me-
moria non rei illi⁹ quā prius cognouit: sed memoria alteri⁹ loco illius. Qñqꝫ etiā
aliquis memoratur et tñ nō putat memorari .s. qñ occurrit ei memoria rei ꝛ non tp̄oris
in quo rem prius sciuit. Temporis aūt duplex est recordatio. aliq̄n sub certa mēsura
scilicet qñ quis recordat̄ ꝙ die tertia hoc fecit. aliquando non sub certa. ꝛ tales cōsueti
sunt dicere ꝙ bene recordātur se hoc fecisse vel audiuisse: tamen non recordantur qñ
et hoc quando non comprehendunt temp⁹ sub certa mēsura.

Capitulū .viij. quod sic incipit: quoniā quidē non igitur idē et c̄. Decla-
rat ꝙ nō ē idē reminisci et memorari. ꝛ ꝙ reminiscētia est passio organi cor-
poralis et propter quam causā aliqui male reminiscūtur.

Quoniā aliqui sūt bene memoratiui qui tñ non sunt bene reminiscitiui et ecō-
uerso dictū est supra: differt memorari ꝛ reminisci non solū scd̄m tempus .s.
qꝛ reminisci precedit memoriā sicut via ad ipsum: sed etiam ex hoc est differen-
tia ipoꝝ quoniā animalia q̄dā diuersa ab homine participāt ipso memorari. nullū
tamen animal reminiscitur nisi homo. cuius ratio est qꝛ reminisci est quidā sillogism⁹
reminiscens enim ex aliquo principio sillogizat illud quod prius vidit vel audiuit a-
ut alio modo nouit. et sic reminiscentia est quedā inquisitio que non potest inesse ni-

si cui inest deliberatiua virtus p naturaz. deliberare ei idez est q sillogizare. Nō autem reminiscentia sit passio corporalis instrumēti .s. fantasmantis: signum ē qr aliqui turbātur z inquietātur qū non pñt reminisci. z multū cogitātur reminisci z etiaz desistētibus a conatu quo per ipm reminisci nō pñt: nichilominus inquietudo illa remanet in eis. z hoc maxime melācolicis propter vehemētez motuz fantasmatū. Causa autez nō possendi reminiscentes quiescere ab inquietudine cuz voluit ē qr moto fantasmatuz postq̄ inceperit moueri nō ē in eoz potestate. sicut nō ē in potestate proiicientis retinere corpus piectū quin moueat postq̄ piectuz fuerit. reminiscēs ei et inuestigās mouet corporale organuz in quo ē passio hec .s. reminiscētia. Maxime aūt inquietātur in reminiscēdo illi in quib9 ē multa humiditas circa locuz in quo sunt organa sentiendi. vt circa cerebruz. qr humiditas mota nō facile quiescit donec perueniat ad id qd queritur z donec motus inquisitionis recte procedat ad terminum. Unde passiōes ire timoris concupiscētie et similiuz non quietant statim volētib9 his qui i talibus passionibus fuerint: sz cōtra mouētur voluntati. qr motio organi corporalis facta per ipsos nō statz quietat. Et assimilātur passionib9 et melodijs ac rōib9 quib9 sit hō uehemēter itent9 z pter intētiōez audit nō eligēs nec volēs qd dicat cātet aut ratiocinet.

Habētes autem superiora majora q̄ inferiora sunt peius memoratiui q̄ habētes contrariaz dispositionez. et propter grauitatez quaz habēt circa organa sēsitiua ex multa materia. et propter hoc nec motus sensibiliuz a principio ipoz possūt in eisdem permanere sz cito dissoluūtur ei in igstarnet sūt. Sūt etiam male memoratiui pueri z senes. senes quidē propter multuz motuz decremēti. pueri etiaz usqz ad lōgaz etatez habent mēbra supiora grossiora et sunt nanosi. z sic propter multaz materiā agrauat in eis organū sētiendi. De memoria itaqz sicut z memorari z per quā ptez aie aīalia memorāt z quid sit reminisci et propter quam causaz fiat dictum est.

Recapitulatio

Capitulum primuz inuestigat quid ē memoria. z q obiectum memorabile nō est aliquid preteritu z vel presēs sz futuz.

ij. q memoria est in sensu comuni et fantasia.

iij. q actus memorādi inest mediante similitudine seu imagine rei presētis prius cognite retēte in fantasmate in absentia sensibilium.

iiij. q reminisci non ē resumptio memorie nec pma acceptio rei cognite sz resumptio prime acceptionis.

v. q reminisci causatur ex ordine motuz relictorum in anima ex prima ipressione rerum qui ordo aliquādo est ex natura aliquando ex consuetudine.

vj. ostēdit differētiaz inter reminisci et iterum addiscere et iteruz inuenire. et quare aliquādo non fit reminiscentia aliquādo fit sed corrupte.

vij. q reminiscēti neccessariū ē cognoscere tēpus preteritu z cuius fuit recordatio per similitudinez rerum prius cognitarum.

viij. vtrum idez est reminisci et memorari. et q reminiscētia est passio organi corporalis. et quare aliqui male reminiscentur.

De somno ꝛ vigilia. Huiꝰ libri primũ capitulũ cõtinet intẽtiões actoris enũ merãs ea q̃ dicẽda sunt de somno ꝛ vigilia. similiter ea q̃ oportet considerare de somno.

Et sõno aũt et vigilia considerãduz ẽ quid sit. Et vtruz sint propria anime vel corpori vel sint comunia vtriqz. ꝛ si comunia: cuius ptis aĩe vel corporis passiones sint. Et propter quam causaz insunt aĩalibus Et vtruz oĩa aĩalia comunicẽt ãbobꝰ aut non ꝫ quibusdaz insit solus sõnus quibusdaz vero sola vigilia quibusdaz neutruz quibusdaz vero vtrumqz ipoꝝ. Considerãdum tñ quid est somnuz ꝛ propter quaz causaz dormiẽtes interduz sõniant interduz non. vel vtrum sẽper sõnient sed nõ ꝑcipiunt se sõniare nec recordãtur cum euigilãt. ꝛ si hoc est propter quaz causam sit. Et vtrum contingat preuidere in sõnijs futura aut non. ꝛ si contingit qualiter cõtingat ꝛ vtruz contingat preuidere solũz ea q̃ ab hoĩe agẽda sunt. vel etiaz ea quorum causa est spiritus separatus per aliquam immissionem.

Capitulũ. ij. quod sic incipit: primuz quidez igiꝉ hoc manifestũ ẽ. Declarat ꝙ sõnus et vigilia sunt passiões non corporis ꝑ se nec aĩe sed cõiuncti ꝛ ꝙ soli aĩali insunt.

Primuz igiꝉ hoc manifestũ ẽ ꝙ circa eãdez partez aĩalis sõnus ꝛ vigilia fiunt cũ sint opposita. sõnus enĩ est q̃daz ꝑuatio vigilie. opposita eñ tam in naturalibꝰ q̃ in quibuslz alijs nata sũt fieri circa idez ꝛ sunt passiões eiusdez. sic visus ꝛ cecitas sũt circa oculũ ꝛ auditꝰ ꝛ surditas circa aurez ꝛ sic de alijs oppositis. Preterea ꝙ circa idez sit sõnus ꝛ vigilia manifestũ ẽ ex hoc ꝙ in eodez in quo cognoscimꝰ vigilãtez: in eodez cognoscimꝰ euz qui ꝑmittiꝉ sõno oẽm eñ sentientẽ vigilare putamꝰ. ꝛ oẽm vigilãtez sentire aliquid. aut eoꝝ que mouẽtur extrinsecꝰ. aut aliqđ motuz intrĩsecꝰ. Si ergo vigilare est in eodem in quo est sẽtire: manifestuz ẽ ꝙ instrumentum cum quo sentiũt animalia: hoc vigilãt vigilãtia et dormiunt dormientia. Sentire aũt nec aĩe propriũz est nec corporis: sed cõiuncti. eiusdez eñ est potentia cuius est actio. sensꝰ autem qui est aĩe per corpus quare impossibile sentire nec aĩe per se passio est nec aĩati corporis. sed ex vtroqz cõiunctũ. Et eiusdem sũt vigilia ꝛ sõnus Cum aũt declaratuz sit in libro de aĩa que sunt anime particule ꝛ ꝙ nutritiua sepatur ab alijs potẽtijs in corporibꝰ habẽtibus vitaz. nulla tñ alia potẽtia existit sine ipsa: manifestũ est qm̃ viuẽtibus q̃ participãt soluz augmẽtuz ꝛ diminutionẽ nõ inẽ sõnus nec vigilia vt plãtis. qꝛ nõ hñt ꝑticulã sensitiuaz q̃uis eĩ non sit separabilis a vegetatiua sbo est tamen separabilis ab ea potestate et diffinitione.

Capitulũ. iij. qđ sic incipit: similiꝉ aũt ꝙ nõ ẽ qđ semꝑ vigilet et c̃. Declarat ꝙ sõnus ꝛ vigilia oĩ aĩali insunt nec est aliquod aĩal quod semꝑ vigilet aut semꝑ dormiat et ꝙ plãtis nulla predictarum passionum inest.

Quia animal constituitur inesse animalis per habere sensum non cõtingit animal esse qđ nec dormiat nec vigilet: ꝫ oportet vtrũqz inesse cuilz aĩali cũ sit passiões ꝑmulsẽsitiui q̃ diciꝉ sensꝰ cois. Similiꝉ nõ cõtigit alteꝝ hoꝝ sẽp inesse alicui aĩali velut sit aliqđ genꝰ aĩaliũz sẽp dormiẽs vl̃ semꝑ vigilãs. Sẽper eñ vigilans esse non põt qꝛ quorũcumqz est aliqđ opꝰ ꝑ naturã qñ operãdo aliquod eorum quod facere potest excesserit multũ tẽpus: necesse ẽ ea deficere nisi q̇escãt. sic oculos ĩ videndo ꝛ manus ĩ opãdo necesse ẽ deficere: si nimiũz tpꝰ excesserit. Si igiꝉ sẽtire est

opus alicuius z hoc potēs sentire excedit multū tp9 in cōtinuādo actionē sensus: finaliter deficiet nec poterit amplius sentire. Cum ergo vigilare diffinoē per hoc qđ ē solutio sensus siue sensus in actu nec hoc posset sēper aīali inesse: necessarium ē ipm aliquādo dormire. q2 cōtrariorū si vnum nō inest. alterū necesse ē inesse. vigilare autē ei quod ē dormire cōtrarium ē. Si ḡ dormire est passio q̄ dicit somnus z hāc necesse ē omnibus inesse propter excessum in vigilādo qui excess9 quoq3 fit ab egritudine quoq3 ab aliqua causa: necesse ē oē quod vigilat aliquā dormire. cum impossibile sit sē per agere scđm sensū. Similiter aūt non cōtigit aliquod aīal semp dormire. somno enim ē passio sensitiue ptis tanq̄ vinculū z imobilitas quedā ipsius. Et iđ necesse ē oē dormiēs habere potētiam sensitiuā talis aūt potest sentire scđm actum. cum in natura nulla potētia sit ociosa. dormiētem vero īpossibile ē aliquid proprie z simpliciter actu sentire. quare necesse ē omne dormiens excitabile esse. Omē aūt animal aliquādo dormire ex hoc patet q̄ omnia animalia z natatilia z gressibilia somno communicāt. genera omnium piscium etiam marinorum visa sunt dormire. in tantū q̄ enthoma idest genera animalium habentia duros oculos manifestum est aliquando dormire licet sint breues somno. propter quā breuitatē latet vtrum dormiat an non

Utrum autē animalia habētia durā testā dormiāt: nundū factum ē manifestum sensui tm̄ visibile suadebitur ea dormire scđm dictā ratiōē. Quod igitur omnia animalia somno z vigilie communicāt manifestum est ex hoc q̄ animal diffinitur per habere sensum cuius sensus somno ē passio tanq̄ imobilitas z vinculum. vigilia vero tanq̄ solutio z remissio ipius. Plātarum āt nullas possibile est communicare de sōno vel vigilia. q2 nulla dictarū passionum inest nō habētib9 sensum. hoc autē nō est in plātis sicut eis non inest tristari z gaudere z cōcupiscere. q̄ insunt his quibus inest sensus. signum autē q̄ plāte non habēt sensum est q2 nutritiua particula efficacius pficit opus suum in animali dormiēte q̄ vigilante. nutritur enī tunc magis aīal et augetur tam q̄ nichil ad hoc opus indigens sensu.

Capitulum .iij. quod sic incipit: quare autem dormiunt z vigilāt et c. Manifestat q̄ somnus z vigilia sunt passiones nō alicuius sensus particularis sed potius sensus communis tanq̄ subiecti.

Quare autē dormiūt animalia dicēdum est. sed tamen prius considerari cōuenit cuius sensus vel quorū si plurium sit passio somnus z vigilia. Quoniam quedā animalia vt perfecta habēt sensus quedā vero aliquo sensu carēt vt visu: tactum aūt z gustum habēt omnia nisi valde īperfecta: dictū est in his q̄ de aīa. qm̄ etiā impossibile ē animal dum dormit sentire simpliciter aliquo sensu: necessarium est eādē passionē inesse omnib9 sensibus p̄sente somno. nam si vnus sensus in somno ligaret alius vero nō: cōtingeret aīal dormiens posse aliquo sensu sentire hoc autē est impossibile. Qm̄ autē aliquid proprium existit vnicuiq3 sensuum vt visui videre. auditui audire: etiā aliquid ē commune sensibile: necesse est esse quādā communem potētiā q̄ sequitur oīs sensus eo q̄ sentit oēs sensationes omnium sēsuum. sentit enim animal qđ vidit et qđ audiuit. visus enim non videt nec iudicat suā visionē: sed potius hāc sentit sēsus communis. Preterea nec gust9 nec visus nec ābo pñt discernere qm̄ alia sint dulcia ab albis sed hoc discernit hec potētia cōis oīb9 pticularib9 sensib9 z hec ē vn9 sēs9 cōis z pricipale sēsitiuū q̄ licet sit vnum sbo. tm̄ alteri9 rōis ē respectu sōni z alteri9 respectu coloris. Et hoc sēsui maxime simr existit cū sēsu tact9. hic enī sēc et sēs9 cōis separabilis est ab illis alij vero inseparabiles sunt ab ipso. dictum est autem

de bia in theorematib9 de aia. Quoniaz igitur vigilia et somnus insūt omnib9 animalibus: manifestuz est q̄ sunt passiones sensus comunis qui oibus sensibus inest sicut ⁊ tactus. Si eni dormitio fieret propter hoc q̄ oēs particulares sensus aliquid patiuntur: necesse esset in vigilia omnes ipos simul agere. Cum igitur nec necesse nec possibile sit ipos omnes in vigilia simul agere: inconueniens est dicere aial dormire q̄ oēs immobiles existunt q̄uis enim rationabilius accidat eos simul quiescere q̄ simul agere: tamen dormitio nō fit propter hoc q̄ simul quiescāt vel simul patiātur: sed tamen p̄ncipale oium sensitiuorum videlicet. sensus comunis ad quē alij tendunt aliquid patiatur et ligatur: etiam necesse est omnes particulares sēsus pati et ligari et non econuerso. nō enim necesse est sensuz comunez ligari cum aliquis sensus particularis ligat̄. Qm̄ autez nō quelibet priuatio vsus sensuuz nec q̄libet ipotētia sentiendi est somnus. patet ex pluribus. primo ex deffectionib9 aīe quales sunt raptus et extbasis in quibus est ipotentia et ligatio sensuuz. Secundo ex amētijs quibus sēsus ligat̄. Tertio ex his quibus ligātur vene colli tam forte q̄ insēsibiles fiūt. nulla enim ipotentia predicta est sōnus. nō enim ipotentia cuiuslibet sensus vel pro qualibet causa sōnus est sed sicut dictuz est quādo primuz sensitiuuz quo omnia sentiuntur impotēs fit: necesse est oia sensitiua in potētia esse et non econuerso ⁊ tunc fit somnus quando ipsum existit ligatum.

Capituluz. v. quod sic incipit propter quaz vero causaz et c̄. Determinat q̄ causa finalis dormitionis ē requies ordinata ad hoc q̄ animal possit iterato operari causa vero efficiens est spiritus qui est in corde.

Propter quaz vero causam accidit dormire et cuius mēbri p̄cipaliter sit hec passio dicēduz est. Qm̄ vero causa dicitur finis mouēs materia ⁊ forma: natura aūt agit propter finem: hoc autez est aliquod bonuz: oportet naturam dedisse animalibus somnuz propter aliqd̄ bonuz tanq̄ finez et ideo dicēduz est de causa finali somni. Sciēnduz est igitur q̄ oib9 que nata sunt moueri nec possunt sēp et continue moueri cum delectatione: quies ē necessaria et vtilis ad eoruz salutez. natura itaq3 ingeniauit somnūz qui ē quedaz quies aialibus quia non possunt semp cōtinuare operationez cum delectatione. vnde propter hāc virtutem quidam coaptant somno per moduz methaphore q̄ sit requies. hoc tamen veruz ē q̄ propter salutem animaliuz existit. nec tamen requies ē vltim9 finis: sed potius vigilia ad quaz requies ordinatur in qua potest aīa sentire vel intelligere hec eniz sunt finis eoruz quib9 insūt cum sint optima finis vero optim9. Dico aūt necessariuz inesse animalibus somnum non necessitate simpliciter. sed ex suppositione scilicet si animal est habens suā naturaz. que necessitas est qn̄ aliquib9 presuppositis alia necesse est existere. Dicendum ē quali motu et quali actu aduenientibus in corporibus accidit vigilare et dormire animalibus. Circa quod primo existimāduz est easdem causas vel proportionales huius passionis esse aialibus non habētibus sanguinez que sunt aialibus sanguinez habentibus. istis vero easdez que hoībus ⁊ iō ex his causis quibus accidit hoīb9 vigilia ⁊ sōn9: speculāde sūt hec passiōes in oīb9 aialib9. Nō igit̄ p̄cipiuz sēs9 insit aialib9 ab capite a qua ē in eis p̄cipiū mot9: in. ij. de aia dictū ē. hec nō ps ē medi9 loc9 triū determinatoz i aiali. vz mediū inter supmū capitis ⁊ infimuz vētris ⁊ hoc meduz in habentibus sanguinez est pars circa cor. omnia enim habentia sanguinez cor habent tanq̄ principium motus a quo principaliter est sensus quod patet ex hoc qm̄ ipsum cor est principiuz motus ⁊ spūs est principiuz caloris cuius signū ē necessi-

tas refrigerationis qua indiget animal circa cor ne suffocaretur. propter eandem etiam causam indiget respiratione. natura enim animalis adapta est respirare et refrigerari humido ad salutem caloris qui est in corde sicut dicetur in libro de respiratione. In animalibus vero carentibus sanguine et entbomis .i. animalibus intercisis ut muscis et non suscipientibus spiritum ex extrinseco est plantatus spiritus in loco proportionabili cordi residens et inflans animalia huiusmodi sicut patet in his que sunt volatilia sicut vespe et apes et musce. Quoniam itaque impossibile est animal movere aliquid aut facere seu vigilare sine vigore et robore ab eodem est principium motus et actionis a quo est principium vigoris. vigorem autem facit spiritus de centro cuius vigorem fortificat in respirantibus spiritus attractus de foris in non respirantibus autem spiritum conservat natura complantata eis. unde propter spiritum intrinsecum existentem talia animalia dum moventur bombant idest quemdam sonitum reddunt concussione spiritus offendentis idest impingentis ad quamdam peliculam dividentem huiusmodi animalia per medium quod vocatur succinctorium cotalorum. Incipit autem moveri omne animal facto aliquo sensu alieno in primo sensitivo. ideo ipsum est primum subiectum vigilie sicut et somni. fugitur somnus et vigilia est passio sensus communis manifestum est in quo loco quia in corde et in qua particula primo fit hec passio quia in sensu communi. Moventur autem quidam dum dormiunt et faciunt multa opera vigilantium. quod non contingit absque fantasmate et aliquo sensu. nam somnium quodammodo est aliquid sensitivum de quo postea est dicendum. quare autem expergefacti memorantur somniorum nec tamen aliquando memorantur actuum factorum in vigilia dictum est in problematibus.

Capitulum .vi. quod sic incipit: consequens autem est in his que dicta sunt declarat quod causa efficiens immediata somni est vapor resolutus ex extrinseco sursum ascendens et ibi infrigidatus.

Consequens est dicere quibus motibus factis et unde sit principium vigilandi et dormiendi. supponatur ergo quod est necessarium animali cum habeat sensum suscipere nutrimentum propter restaurationem et augmentum. Nutrimentum autem omnibus animalibus est ultimum relictum ex tercia digestione. hoc autem habet naturam sanguinis in animalibus habentibus sanguinem. in exsanguinibus vero habet naturam proportionatam sanguini. locus autem sanguinis sunt vene et harum principium est cor sicut patet ex anathomiis. Ingrediente igitur alimento de foris in loca susceptiva videlicet in stomachum et epar: fit evaporatio subtilioris ad venas in quibus alimentum permutatur in sanguinem vadit ad cor sicut dictum est in libro de nutrimento et nutribili et repetendum est hic ut speculemur principia motus et quo patiente sensu communi accidit vigilia et somnus. Sciendum est ergo quod non quelibet impotentia sensus communis est somnus sicut prius diximus .v. g. amentia suffocatio et similes defectiones aliquando enim quibusdam patientibus fortiter alienationem et deffectum anime: facta est in eis aliqua apparitio similis somnio. de qua tamen dubium est utrum sit somnium. nam si contingit patientem talem defectionem obdormire quando patitur: contingit tales apparitiones tunc esse somnia. multa enim apparent sic alienatis. et aliquando visi sunt quasi mortui. de his tamen omnibus putandum est eandem esse rationem. Sicut autem diximus non omnis impotentia sensus communis est somnus: sed illa tantum que causatur ex evaporatione nutrimenti. necesse est enim quod evaporat ex nutrimento pelli sursum usque ad superiorem partem capitis et ibi converti et fieri humidum et iterum converti in seipsum sicut eurippum .i. ventum turbinis facientis in se multas circulationes. Pellitur autem sursum huiusmodi vapor a calido. calidum

enim cuiuslibet animalis ad superiora natuz est ferri. cum ergo in superioribus locis
multum fuerit de tali materia seu vapore: simul reuertit̃ iteruz in inferiora ferturqz de-
orsum. ⁊ reuertẽdo propellit calorem naturalez ad inferiora nec obstruit meatus qui
bus sensus comunis influit sensib9 particularib9. et tunc organuz sentiendi ad exteri
ora ligatur et fit somnus. Propter hanc igit̃ causam maxime fiunt somni post sũ
ptionez nutrimenti. quia tunc repente multa humiditas ⁊ corpulẽtia sursum fertur. q̄
residens ibidez grauat caput et facit dormitare fluẽs vero deorsuz repellit calorem et
spũm ad inferiora et tunc fit somnus et animal dormit:

Capitulum. vij. qd̃ sic incipit: signuz autez horum et somnifera et c̃. Con
firmat per sex signa q̄ somnus causetur ex euaporatione ascendẽte ad cerebrũ.

Signum q̄ somnus causatur ex euaporatione ascẽdente ad cerebrum sunt oĩa
somnifera. talia autez faciunt grauedinez capitis vt potus cib9 opium mãdra
gora vinum lolium nam ⁊ quorum capita ferũtur deorsuz et qui dormitãt gra
uedinem capitis patiuntur ⁊ non possunt leuare caput et palpebras. maxime autem
hoc accidit post cibaria quia tunc multa euaporatio fit a cibis. Aliud signum est q̄
somnus causatur ex laboribus quibusdaz labor autem mediante aliquo calore tollica
tiuus ẽ. tollicat enim et subtiliat aliquod indigestuz nisi sit nimis frigiduz ⁊ tollican
do facit ascẽdere vapores ad cerebrum ex quib9 somnus causat̃. Tertium signum
huius ẽ q̄ quedaz egritudines somnuz dicunt videlicet ille q̄ causantur a superfluita
te calida et humida sicut accidit quibusdam febricitantibus et litargicis. Quartũ
signum huius accipitur ex prima etate. pueri enim vehemẽter dormiunt eo q̄ omne
nutrimẽtuz fertur sursum. cuius argumẽtum est q̄ magnitudo superioꝝ membrorũ
in ipsis excedit magnitudinem inferiorum eo q̄ in ipsis fit augmentuz superiorũ nutri
mento sursuz lato. propter qd̃ multotiens fiunt epilẽtici. somnus enĩ similis est epilen
sie. ipsa eĩ epilẽsia quodãmodo est somnus. et ideo multis accidit principiuz epilen-
sie in dormitione. ita q̄ patiẽtes eam: dormiẽtes suffocantur vigilantes autem nõ eẽ
enim multus spiritus ferat̃ sursum in dormientib9 qui descẽdendo tumefacit venas
coharttat porus quo fit respiratio et claudit̃ meat9 respiratiõis et sic suffocatur homo.

Quoniaz igitur multuz nutrimẽtuz sursum fert̃ in pueris: ideo ipsis non conferũt
vina nec nutricibus eoꝝ. differt enim parũ ipsos bibere vinuz vel nutrices. sed opor-
tet vtrosqz bibere aquaticuz et modicum. vinum enĩ est quid spumosuz hoc aũt habet
magis nigrum q̄ albuz ita vero superiora sunt plena nutrimẽto in pueris: q̄ non ver
tunt collum quiqz mensibus quia sursũ fertur in eis sicut in ebriis multa humiditas hãc
aũt passionez rationabile est putare causaz esse: quare in matricibus embria prius qui
escunt. Quintuz signuz est huius q̄ tam habentes occultas venas q̄ nani et habẽ
tes magna capita sunt amatores somni. habentiuz quidez occultas venas humiditas
q̄ descendit ad inferiora non facile nec cito defluit per artitudinem venaruz. haben-
tes vero manifestas venas non sũt somnolẽti propter amplitudinez venaruz nisi ali-
quaz aliam habuerint passionez. nam oĩbus habentib9 magna capita multus impe-
tus vaporis fit sursũ qui nõ de facili nec cito sedat̃. Sextũ signũ ẽ huius q̄ melãcolici
puesiit dormiẽtes eo q̄ stomach9 i eis ẽ frigidat9 nec multitudo euaporatiõis i ipsis fit
